

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
O P E R A O M N I A.

ANTIQUITATES
ITALICAE
MEDII AEVI,
SIVE
DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referentibus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATICUM
ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primum ex Archivis Italiae de promotorum,
ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS.
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO
SERENISSIMI DUCIS MUTINAE
BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilianensi Episcopilibus
alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS UNDECIMUS.



ARRETTII MDCCCLXXVII.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impres. Episcop. sub signo PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

CONFIDENTIAL
S H O U L D A T I

RECORDED IN THE

REPORTER'S OFFICE

AT THE TIME OF PUBLICATION

THE INFORMATION CONTAINED

HEREIN IS UNPUBLISHED AND

NOT TO BE QUOTED OR REFERRED TO

IN ANY OTHER PUBLICATION

OR BY ANYONE EXCEPT THOSE

APPROVED BY THE PUBLISHER

FOR PUBLICATION IN THIS PAPER

BY THE PUBLISHER


OR BY THE EDITOR

OR BY THE PUBLISHER'S

OR BY THE EDITOR'S

D E
O R I G I N E
E T P R O G R E S S U
I N I T A L I A
GIBELLINAE ET GUELPHAE
F A C T I O N U M .

D I S S E R T A T I O
Q U I N Q U A G E S I M A P R I M A .



DISSERTATIO QUINQUAGESIMA PRIMA.



Ortalium Animos, non minus quam Corpora, innumeris perturbationibus ac morbis obnoxios esse, nemo est qui nesciat, aut qui facile, si in mores & acta hominum attente inquirat, agnoscere continuo non possit. Sed pauci intelligunt, ex Animorum, quam ex Corporum, aegritudine plura incommoda ac detrimenta manare posse, & praecipue quod plerumque Animis ipsis vitia-
tis, aut vitio deditis tribuenda sit Corporum ipsorum pernicies. Ut au-
tem interdum pestilentia ex Ori-
entalibus, aut ab Australibus Turca-
rum Provinciis in Europam delecta,
ex uno in alterum hominem conta-
gione progreditur, eo successu & foe-
cunditate, ut universum ferme Po-
pulum inficiat, & Urbes integras

A mortibus inlatis exhauriat: ita quan-
doque pestis occulta in Phantasias
mentesve hominum illabi potest, &
amplissimum corrumpere Regnum,
nedum Populum unum; neque des-
nere, donec incredibilem cladium
& malorum Iliadem in rempublicam
attulerit. Ex hisce popularibus Ani-
morum morbis nullum fortasse pa-
rem, neque perniciosorem, neque
diuturniorem Italia peperit, atque
experta est, quam teterimas Gibel-
linorum & Guelphorum factiones, qui-
bus per tria Secula Regni tam no-
bilis viscera dilacerata fuerunt. Vi-
det interdum magna Britannia scis-
tos duobus contrariis, aut diversis
studiis Populos suos. Vidimus & nos,
C quum bella olim ferverent inter Gal-
licos & Hispanos Reges, aut inter
Caesarem & Gallos, diversis votis
concitari & uri Italicae gentis ani-
mos, quum hi unis, illi alteris fa-
verent, & in contumelias, immo &
in

in certamina ac caedes, eâ de causa interdum stulti prouerent. Sed nihil horum comparandum venit cum Factionibus iis, quas tandem Italia aluit, & quarum nunc, quam expeditissime potero, delineare faciem statui. Erit quod semper miremur, tantam pestem, tantum dementiae in pectore majorum nostrorum irreperere, tamque altas in iis radices agere olim potuisse. Sed ubi recogitabimus, quae quantaque sit humani generis infirmitas, quamquam nos incredibilis superbia quotidie inflat, mirandi finem faciemus; atque id tantum optandum erit, videlicet ne qua in posterum caussa ullorum animos in ejusmodi detestanda deliria abripiat. Itaque *Gibellinorum* nomine ii primo designabantur, qui aut Friderici I. Augusti Familiam sequebantur aut in fide Imperatorum Romanorum stabant, eorumque dominationi in Italia favebant, & subesse amabant. Contra, qui eorum familiam, imperium, atque auctoritatem aversabantur, *Guelphi* appellati fuere. Haec primis Factionum istarum propugnatoribus mens fuit, haec eorum cupidio, unde schismata innumera prodierunt. Neque tantum furibunda haec animorum discordia studia & vota Urbium divisit, sed etiam inter ipsos unius ejusdemque Urbis Populos pomum discordiae latissime disseminavit. Procedente postea tempore veluti his contentionibus fascinati homines, nihil interdum respexere, quid Factionem creasset, neque utrum Imperatoribus faverent, an obfisterent; sed ingenito ac pertinaciduntaxat odio, quod persaepe a majoribus uti hereditarium acceperant, unus adversus alterum agitati ac impulsi, unice ad illud inhiabant, ut adversarios, sive exteros, sive Cives

A suos, deprimerent atque everterent, sibique unis imperium in liberis Civitatibus affererent.

Originem ex Germania traxere Factiones istae, ut jam certis rerum documentis evicisse mihi videor Par. I. Cap. 31. pag. 355. Antiquitat. Estenium. Quae illic sum commentatus, nihil est quod ego heic repeatam. Illud ergo tantummodo retricandum puto, nempe caussam & nomen Factionibus hisce data fuisse a diutinis ferme simultatibus, quae intercessere inter Conradum Salicum Imperatorem, in villa *Guebelinga* aut progenitum, aut dominum, ejusque posteros masculos Henricos Imperatores, & Fridericum I. ejusque liberos per feminam ab ipso Conrado descendentes ex una parte; & ex altera lineam illam Estenis Familiae, quae Saeculo Christi Undecimo in Germaniam per *Guelphonem* Azonis magni Marchionis Ateslini filium translata, *Guelphæ* inclytæ olim Familiae facta heres, Ducatibus Bavariae & Saxonie diu praefuit. Haec autem Familia, quae antiquis temporibus celeberrimos Duces peperit, & nunc vividior quam antea floret in potentissimo magnæ Britanniae Rege Georgio II. & in reliqua Brunsvicensium Ducum & Principum, facri etiam Romani Imperii Electorum prosapia, *Guelphonum* nomine olim propagato, occasionem praebuit adhaerentibus sibi, ut *Guelphos* sese appellarent, aut ab aliis appellarentur, quum contra Friderico I. ejusque descendantibus faventes, *Gibellinorum* nomenclaturæ distinguenterentur. Sed quoniam *Welphonum* veterum prosapia mihi memorata, in quam insita fuit Marchienum Estenium proles adhuc splendidissima & potentissima, pauca adjungere heic liceat. Postrema

Wel-

Welphicae stirpis fuit *Cunegundis* nuper laudato Azoni II. Marchioni Estenensi nupta, quae circiter Annum MLX. naturae debitum solvit, uti jandiu in Antiquitatib. Estenib. ostendi. Heic autem minime fraudandus est *Lector Epigraphe*, ejus tumulo olim appositâ, quam debeo Clariss. Viro Guidoni Grandio, Camaldulensi Abbatî, & publico Mathematics Professori in Gymnasio Pisanô. Scriptis ille ad me, se inter veteres Chartas Monasterii Vangadiensis, ad Ordinem suum olim spectantis, reperisse memoriam loci, ubi tumulo data fuerat insignis mulier. Scilicet in Charta quadam veteri adnotatum fuerat, dum in Templo ejusdem Coenobii fabricaretur, Anno MCCCXXXIV. Augusto Men-

A le, apertam fuisse Arcam, in qua duo Corpora jacebant, junctim posita, sed ita ut unius caput jaceret, ubi alterius pedes. Adhuc ibi vestigia supererant panni, aureis sericisque filis contexti. Hoc fuit tempore Domni Severi, Dei & Apostolicâ gratiâ venerabilis Abbatis Monasteriæ Sanctæ Mariae de Vangadicia. Mar-

B more inscripta erat memoria *Cunegundis* ibi sepultae, quam nescio quibus tabulis fretus Chartae Scriptor ajebat, Anno MLVII. finem vivendi fecisse. Quod solum doleo, nimis erroribus scatet epitaphium ipsum, quos in antiquum descriptorem potius, quam in primum Autorem referendos opinor. Sed quale accepi ego, accipiat & a me Lector.

C

Epitaphium positum *Cunegundi Guelphæ*, Azonis II. Marchionis Estenis Conjugi, fato postremo suætae circiter Annum MLX.
& in Monasterio Vangadiensi tumulatae.

VICTA (a) GVNEGVLDIS REGALI STEMMATE FVLSI.
INDOLE NOBILIOR NULLVS IN ORBE FVIT.

GERMINE WELFONTIS (b) MAGNI SVM NATA GERMANA.
INDVPERATOR (c) ISTE FVIT TITVLVS.

VIR MEVS EGREGIVS: POPVLVS LOCVPLETIOR VLLVS
HAVD MANET: ITALIA HAVD SIMILE PEPPERIT.

AZO (d) VIR PRVDENS; MAGNVSQVE MARCHIO FVLGET,
QVEM CREDO MEMOREM SEMPFR ADESSE MEI.

IN TERRA CELESTIS SOPOLEM CONCESSIT VTRISQVE,
QVI WELFONS DICTVS. DVXQVE (e) POTENSQVE PIVS.
HVNC VIOLARE NEFAS LOCVLVM, NE INDE RECEDAM,
DONEC VERA CARNE RESVRGAM.

Tom. XI.

B

Dixi,

(a) *Victa*. Fortasse *Viva*.

(b) *Welfontis*, qui Dux Carinthiae, & Marchiae Veronensis Dominus fuit, cui heres *Cunegundis* nostræ filius fuit.

(c) *Hoc est, Imperator*. Sed quid ista significant definire difficile est.

(d) *Azo II*. Magnus Italiae Marchio, Rhodigii, Atestis, ac fertilissimæ regionis in variis Italiae partibus Dominus, a quo Regia Brunsvicensium Ducum, & Estenium Ducum Familiae procedunt.

(e) Nempe Welpho IV. Bavariae Dux, ejusdem Azonis & Cunegundae filius, celeberrimus Princeps, a quo potentissimus magnac Britannias Rex Georgius II. nunc regans

Dixi, inter Principes Guelphicae ac Wibelingicae stirpis aemulationem a majoribus acceptam viguisse. Et sane quot irae, quot bella inter ambas hasce nobilissimas Familias per duo ferme Secula continuata fuerint, non Germania solum, sed & Italia persaepe sensit, quum in hac etiam Provincia tum Gibellini sanguinis Imperatores, tum Welpho-Estenses Dukes saepe fuerint versati, multisque etiam ditionibus postremi potirentur. Seculo tamen XII. quamquam in Italia forent, qui Friderico I. Imperatori studerent, ejusque filiis, & contra qui adversarentur, nondum tamen erupere Guelphorum & Gibellinorum infausta nomina. Factiones, inquam, invaluerunt Seculo ipso XII. sed subsequenti duntaxat invidiosas illas appellations assumisse videntur. Auctor est Ricobaldus in Pomario Historico, Anno MCXC. Ferrariensem Urbem duabus Factionibus longe antea excitatis scissam fuisse, quarum uni Marchio Estensis praerat, alteri Salinguerra Taurelli filius. Tradit etiam Rolandinus Lib. primo Histor. Civitatem Veronensem Anno MCCVII. ejusmodi Factionibus dilaceratam fuisse, ut mittam Mediolanenses, aliasque Civitates, quae Friderico I. adversatae sunt, Ticinensisbus contra aliisque Populis eidem faventibus. Propterea fidere noli Gualvaneo de la Flamma scribenti Cap. 169. Manipul. Flor. Tomo XI. Rer. Italicarum, Guelphorum & Gibellinorum nomen circiter Annum Christi MCXL. Conrado II. regnante, in Sicilia inoleuisse. Ego primum audita haec nomina opinor, & sen-

A sim propagata, postquam Otto IV. Anno MCCIX. Imperatori corona Romae ab Innocentio III. Papa donatus, brevi in Pontificis odium incurrens, anathemate percussus declinare coepit, eique Pontificia sententia abrogatum Imperium fuit. Ottoni dejecto, sed suam dignitatem viriliter tuenti, continuò Innocentius opposuit Fridericum II. Siciliae Regem, Friderici I. nepotem, quem solicitatis Populis aduersus Ottонem, tot amicorum praesidiis, & tantâ officiorum mole juvit, ut is in Germaniam penetrans, Romanorum Rex primo salutatus, tum verò Ottone IV. tandem e vivis sublato, Anno MCCXX. Romae Augustalia insignia ac nomen Imperatoris suscepit. Italicorum animos discordia tantorum Principum mirum in modum scidit, stantibus his pro Ottone, illis pro Friderico. Pisani, Mediolanenses, Parmenses, Placentini, Bononienses, aliique Populi, amico studio in Ottонem IV. ferebantur. Contra summus Pontifex, Genuenses, Ticinenses, Cremonenses, Marchio Montisferrati, aliique Populi ac Principes, Fridericum II. pro viribus extollendum curarunt. Scissuram intulit haec ipsa controversia in Principum Estensium Familiam. Nam, uti ostendi Par. I. Cap. 40 Antiquit. Estens. Boni/aciis Marchio Estensis Ottoni sese adjunxit; Azzo autem VI. Marchio itidem Estensis, illius ex fratre nepos, vir celeberrimus ac potens, ita Friderico II. adhaesit (testibus Sicardo Cremonensi, Monacho Patavino, & Alberico Monacho trium Fontium) viresque tantas ad condescendum in Ger-

gnans descendit. Ergo longè post ejus mortem positum Cunegundi nostrae Epitaphium, nam Bavariae Dux is Anno tantum MLXXI. renuntiatus est; sed adhuc vivente Azone Marchione, ejus olim viro, qui Anno MXCVII. centenario major vivere desit, haec scripta fuere.

Germaniam contulit, ut ejus praesidio in primis fortunatum iter suum, faustaque consecaria Fridericus debuerit.

Exinde ergo deducta omnino videtur Guelphorum & Gibellinorum appellatio. Otto enim Quartus, Henrici Leonis, olim Saxonie & Bavariae Ducis inlyri filius, ex Guelphis Principibus sanguinem suum trahebat; Fridericus vero Secundus per feminam ex Augusta Familia de Guelbelinga, sive de Weibelingen prodierat. Postremae huic potissimum infensi Mediolanenses erant, quod Fridericus I. Anno MCLXXII. splendissimam eorum Urbe solo aequatam, ipsos in extremum calamitatum conjecisset. Sed acrius invaluere Factio-nes istae, quamquam non statim in vulgus plene eruperint odiosa illarum nomina, quum Romani Pontifices Fridericum ipsum Secundum, quo ad dejiciendum Ottонem IV. usi ante fuerant, mutatis rebus & animis, abominari & deprimere coeperunt, ab ejus etiam posteris voluntate alieni. Tunc Populorum illorum portio, quae in Lombardia, Tuscia, Ducatu Spoletano, aliisque Italiae regionibus Friderico, ejusque filiis patrocinium praebuere, pars Imperii, & Gibellini appellati sunt; & contra pars Ecclesiae, & Guelphi, qui adversabantur. Neque prius in Historia occurrunt hujusmodi nomina, ut propterea recte scripsit Albertinus Mussatus Patavinus Historicus Seculo Christi XIV. in Ludovico Bavarо, pag. 775. Tomi X. Rer. Italicarum: *In duas partes secta Christianitas erat, & paucos invenisse contingens fuerit per hanc praeceipue nostram Italianam, quos una ex duabus optio non inquinaverit, aut illa, quam ajunt, Gibolenga (ita is Gibellinos alibi quoque appellare amat)*

A vel Guelpha. Haec enim a tempore Friderici II. vocabula duo inseparabilia, germina seu potius pestifera schismata, pullularunt, atque invauerunt, quae semper tenuere Italianam inquietam. Haec vera sententia, quam etiam Sigonius, Mutirensium decus, Lib. 13. & 17. de Regno Italiae sequutus est, aliique Eruditi jandiu amplexi fuere. Nicolaus de Jamilla in Histor. de Reb. gest. Friderici II. Tomo VIII. Rer. Italicar. pag. 594. & 595. Author synchronus aperte nominat ad Annum MCCLXV. (hoc est, quindecim annis post Friderici II. obitum) Guellos & Gibellinos Romanos, infra addens, Jacobum Neapolionem, caput Gibellinorum Urbis propter Gibellinitatem ab Urbe dejectum. Quod quum audis, jam intelligis, non tunc ea nomina nata fuisse. Sabas Malaspina eodem Tomo pag. 787. illorum originem ad tempora tantum Manfredi Regis, idest post Annum MCCL. referre videtur. Sed dubia sunt illius verba; atque is praeterea Lib. primo, Cap. 2. satis prodit, Friderico II. regnante, divisionem hanc, & Gibellinitatem prodidisse. Ricordanus autem Malaspina, ejusdem Saeculi Scriptor, in ipso Tomo VIII. Rer. Ital. pag. 945. disertis verbis narrat, Anno MCCXV. (idest contendentibus adhuc Ottone IV. & Friderico II.) invectas fuisse in Populum Florentinum antea concordem *le maladette parti Guelse e Ghibelline*, itaut universae Nobilium Florentinorum familiae scissae fuerint, pars Guelpham, pars Gibellinam sectam amplexae, quas ille sigillatim recenset. Ricordani verba descripsit Johannes Villanius Lib. 5. Cap. 38. Historiar. agnoscens & ipse, ante ea tempora non defuisse in Populo Florentino Factiones, per cagione delle

delle brighe e quistioni della Chiesa e dell' Imperio. Addit etiam Ricordanus, & quidem non inconsulte, factiones ejusmodi ex Germania ad nos venisse, quamquam is non satis perspexerit, qui revera illarum germani parentes fuerint, quum scribat, duos Duces, duobus finitimis Castellis in Alamannia dominantes, quorum alter si chiamava Guelfo, e l' altro Ghibellino, tam diu, tantaque pertinacia inter se bellum gessisse, che tutti gli Alamanni se ne partirono, e chi tenne l' una parte, e chi l' altra; ed eziandio infino a Corte di Roma ne venne la quistione, e presevi parte. Multum veri, sed aliquid fabulosi intermixtum, sententia ista continet. Longius tamen a veritate abierunt, qui a Pistoriensium Civium schismate, in Nigros (qui se Guelphis adjunxerunt) & in Albos (qui Gibellinorum partem auxere) pestem hanc inchoatam sunt opinati. Pistorium iis sectis incunte tantum Saeculo XIV. originem dedit, quum tamen tot ante annos per Italiam sonarent Guelphorum & Gibellinorum vocabula atque dissidia. Nam quod habet Auctor Vitae Nicolai Laurentii (Scriptor & ipse Saeculi XIV. in hoc eodem Opere videndus (*)) Florentiae duos Caves, Ludovico Bavaro regnante, in ferum certamen insurrexisse, quoram uni nomen Guelphus, alteri Gibellinus fuit; vulgus autem in contraria studia abiens, aut uni aut alteri favisse; atque inde exortas Gibellinorum & Guelphorum sectas: id profecto inter ridicula commenta reconsendum est. Commento tamen caussam aliquam praebuisse videtur Germanici nominis Welp interpretatio, quod Canem significat. Hoc autem nomen, a majoribus ex parte matris derivatum, Germanica Esten-

A sium Principum soboles, Guibellingiae Henricorum & Fridericorum Augustorum toties opposita, diu retinuit. Sed minime mirandum, vel ipsos Saeculi XIV. Scriptores istorum nominum germanam originem ignorasse, quum unde Hugonottae Sectae appellatio prodierit, vix ipsi Galli noverint, & unde nomina Fechtorum Wights & Teris, Angli vix intelligent.

B Quid caussae hos in Guelphorum, illos in Gibellinorum coetum conjecterit, nunc diligentius persequamur oportet. Primo fuere, qui inveterato odio in praecordiis innutrito concoquere non poterant, sibi imperare Fridericum II. non quod prorsus Imperium odissent, aut Imperatori parere recusarent, sed quod is, ejusque filii Conradus, & Manfredus, ac deinde Conradius, ex odio suo ripite prognati fuissent, hoc est, ex Friderico I. Gibellinae Familiae herede, qui tot Italiae Urbes ad extremum exitium redegerat. atque ex Henrico VI. ejusdem Friderici filio, qui Apuliae & Siciliae innumeratas calamitates non ita pridem intulerat. Inter hos, ut jam monui, Mediolanenses numerabantur, Placentini, Dentonenses, aliique Populi. Itaque ubi actum est, Friderico ne Secundo, an Ortoni Quarto favendum esset, ii Ottonem statim praesulere, ex nobilissima Welphorum Estensiam Familia procreatam; ac propterea Guelphi fuere nuncupati. Vicissim vero iis Gibellinorum inditum est nomen, quibus satius visum est adhaerere Friderico II. ejusque filiis, in quorum venis Gibellinus sanguis fluebat. Anno MCCXV. quo nempe tempore vehementer fervebat contentio inter Ottonem, & Fridericum, auctor est Ptolomeus Lucensis in Annalibus, facro

(*) Edition. hujus Tom. VII. Antiq. Med. Aevi col. 473.

sacro die Paschatis Florentiae occijum fuisse Dominum Bondelmontem Uguccionis ab Ubertis; & ex tunc pullulavit divisio Guelpha & Ghibellina. Secundo non defuere, quibus auctoritas ipsa Imperatorum Teutonici generis, gravis nimium ac intoleranda videbatur; ac proinde aut ab iis suae timabant Libertati ac privilegiis; aut ipsis subesse omnino detrectabant, ac propterea quantis poterant viribus, ne subessent, curabant. Hi Guelphorum Factionem procedente tempore mirum in modum amplificarunt, aut suo patrocinio constantissimam in ea opinione effecero. Inter ceteros Carolus I. Siciliae, & Apuliae Rex, ejusque posteri, non segnes in ejusmodi studio sese praebuere, ita ut nisi erpta eidem Carolo ab Aragonensibus Sicilia, illius ac nepotum vires debilitasset, aut a majoribus ausis revocasset, nulla fortassis in Italia Civitas superfutura erat, quae ad eorum potentiam non accessisset. Tertio, quoties inter Romanos Pontifices, & Romanorum Imperatores dissidia emersere, qui Guelphici non minis erant, aut ultro ibant, aut nullo negotio adducebantur in partes Romani Pontificis: rati, si cum eo sociarentur, cui non in Italia solum, sed & in universis Regnis Christianae Religioni addictis, tanta erat auctoritas atque existimatio, ut in ipsis etiam Imperatores telis quandoque Ecclesiasticis, dirisque omnibus depugnare non dubitaret, bene utiliterque omnia sibi fore cessura. Tunc itidem Guelphis cum summo Pontifice junctis spes accrescebat, fidentius resistendi Romanis Augustis, aut erripiendae potestatis in Urbe sua, simulque ex auctorandae Factionis adversae. Ceterum minime statuendum, Romanis Pontificibus sem-

A per Guelphos adhaesisse, eoque minus Pontifices ipsos Factionem illam fuisse professos. Prout suadebat utilitas, & temporum ac discordiarum fortuna, in id foedus, ac sententiarum concordiam conveniebatur. Sed ubi politicae rationes, hoc est, emolumenti majoris spes, aut discriminis alicujus metus instabat, Guelphi ipsi a Papis, & Papae ab ipsis discedebant. Ita in Civitatibus Liberis, quoties utilitas, aliaeve caussae suadebant, Familiae Guelpham se etiam professae, ad alteram se conserabant, & e converso Gibellinae in Guelpham transibant. Quarto, multos in obsequio erga Augustos retinebat, aut iis adjungebat, ira in Urbes Liberas, quod sibi vetera Imperatorum privilegia ac Feuda erupta jam dolebant, aut ne eriperentur magnopere formidabant. Spe enim ducebantur, fore ut Augustorum praesidio antiquis dignitatibus ac beneficiis restituerentur, aut deperdita recuperent. Igitur ex his plerique, hoc est, Nobiles viri, cum Gibelliniis faciebant. Marchiones potissimum, Comites Vassii Caesarei, ceterique Optimates olim juri unius Augusti, aut Regis Italiae subiecti, Gibellinae parti adhaerentes, Imperatorum dignitatem pro viribus tuebantur.

B D E Id vero ea de causa contingebat, quod Liberae Civitates nihil non agebant, ut hosce Principes five Proceres Regni, suis Castellis ac juribus spoliarent, sibique subjicerent. Quo studio certarunt fere omnes Civitates, si Apuliam & Calabriam excipias, quas Regem novum acceperant, aliisque legibus & moribus regebantur. Vide Dissertationem XLVII. de amplificata Civitatum Italicarum potentia: ex qua intelligas, quanto conatu Civitates Italicae dejecerint

que.

quotcumque potuere e Regulis, ac Primoribus Regni. In Vita Alexandri III. Romani Pontificis, Tomo III. pag. 456 Rerum Italicarum, legimus, Fridericum I. Augustum coepisse Italiae Civitates omnino suspeltas habere. Unde factum est, quod de consilio Marchionum, atque Capitaneorum, qui erant Civitatibus odiosi, arcis in expugnabiles, & alias munitiones fortissimas in manibus suis recepit, & per Theotonicos fideliores sibi detineri & diligentius custodiri fecit. Acta haec fuere Anno MCLXV. Non aliunde nata simultas ista inter Civitates atque Marchiones & Comites, nisi quod illae Magnatibus antiqua Feuda ab Imperatoribus concessa eripere, ii verò sua tueri enixissime conabantur, quod praestare se non posse sine ope ac patrocinio Augustorum facile sentiebant. Propterea omnes ferme Barones (ita nempe appellati Proceres) Guibellinae factioni, vel antequam infesta haec nomina prodirent, addiēti fuere; Civitates verò pleraque ad Guelphicam accessere. Ut Landulphus junior Cap. 34. Historiae a me editae Tomo V. Rer. Italicar. pag. 504. memoriae prodidit, Anno MCXVIII. Mediolanensis Populus aversus erat ab Henrico inter Augustos Quarto, quem Archiepiscopus ex praecepto Romanae Curiae anathemate percuaserat. Tunc Marchiones, & Comites Longobardiae convenerunt Mediolani, ut ibi coram Episcopis suffraganeis & comprovinciis explicarent Imperatoris innocentiam, & ipsum Imperatorem perducerent in Archiepiscopi, & Episcoporum benevolentiam. Enī ut Marchiones, & Comites Langobardiae pro Augusti tutela starent. Quod si quis ex eis, ceterisve Optimatibus, tantae se esse potentiae cognovit, ut & nihil sibi

A timeret a Civitatibus (ad amplificandam ditionem suam perpetuo intentis) simulque in Libertatem asurgere, jugumque Caesareum excutere posset, hic pari contentione se adjugebatur Urbibus Liberis, & in Imperatorem sua arma convertebat, quod prae ceteris f. Et im animadversimus ab Op'zone Malaspina Marchione in Lombardorum bello ac Societate adversus Fridericum I. Augustum. Sed illos potissimum in studio erga Caesareas partes interdum emicuisse vidisses, quos urebat cupiditas invadendae dominationis, sive tyrannidis in Urbe sua, aut in ea Vice-riatus impetrandi, aut pretendendi imperii in finitimas Urbes. Si enī assequi poterant, ut aut conniventibus, aut rem probantibus Augustis res sibi succederet, praesertim verò si ad novos illorum fasces accedebant Caesarum D plomata ac privilegia: tunc sub umbra Caesareae auctoritatis facilius in officio Populus continebatur, & imperia nova constabili consueverunt. Tales fuere Eccelius de Romano, Obertus Pelavicinus Marchio, Mattheus sive Maphaeus Vicecomes, Scaligeri, Carrarienses, & alii. Quineto si qua potens Civitas Gælphae factio signa sequuta finitimi jugum minitabatur, tunc familiare fuit minus potentibus eidem conterminis nomen suum dare Gibellinorum coetui, ut se tum Cae-sareo patrocinio, tum sociorum praefidiis in pristina libertate servarent. Antea quam Mediolanensis inclita Civitas imperio Viecomitum pareret, prae reliquis Guelphicam partem sicut. Haec, ut opinor, ex praecipuis causis fuit, cur Ticinenses, & Cremonenses Gibellinam tuerentur. Ita in Mutineasi Urbe saepe visum est e publica re Gibellinis adhaerere, quoniam

Bono-

Bononienses Guelphi nihil minus cogitarent, quām circumiacentes quoque suae adjungere ditioni. Pari quoque ratione Pisani praetulere fere semper Gibellinorum foedus, quod suo jugulo imminere cernerent Florentiam, Urbem potentissimam, Guelpharum fere semper partium sectatrixem. Postremo, ut multa paucis complectar, quae prima, atque ultima consiliorum ratio in politicis semper fuit, semperque erit, nempe Utilitas, haec usitator causa dicenda est, cur aut Romanorum Pontificum, aut Imperatorum partes, sive Gibellinorum, Guelphorumque sectam olim Optimates ac Populi amplectentur, eamque interdum mutarent: neque enim aliis principiis regebatur antiquo tempore hominum genus, quām quibus nostro regitur.

Ita enatis, & in perniciem Italiae confirmatis duabus hisce Factionibus sub Friderico potissimum Secundo, quaedam ex Italicis Urbibus Romano Pontifici, quaedam Imperatori se se devoverunt. Parum id fuit. In finum ipsarum Urbium eadem discordia penetravit, sciditque Nobilium praeferit familias, ita ut vix ulla esset, quae hujusmodi morbo non laboraret. Quod nuper ex Ricordano Malaspina de Florentinis factum commemoravi, id in plerisque aliis accidisse Historia testatur. Neque satis id fuit. Eodem viru afflatae vel ipsae familiae, in eam devenere dementiam, ut nonnunquam parentes unam, liberi verò alteram Factionem tempore eodem profiterentur: & fratres, nedum reliqui sanguine aut affinitate juncti, inter se dissiderent, atque in perniciosissima non raro odio vicissim raperentur. Quid ergo aliud exspectandum fuit ex tanto animorum, consiliorumque dissidio,

A nisi intestinae simultates, exilia, & mutuae caedes, atque ingens perturbatio Urbium, immo & nonnullarum suprema paene ruina? In singulis sane Urbibus liberis utraque pars maiores Magistratus ambiebat, prima-que tenere cupiebat. Altera alteri gravis ac molesta facile apparebat; quare in publicis consiliis ad contra-ria studia ac jurgia saepe prolabebantur. Tum meditari clandestinas coniurationes, in seditionem deinde erumpere, & armis experiri, utra pars plus posset. Solenne etiam fuit, plateas, ac praecipue omnium maximam, occupare. Qui enim ibi, deturbatis aemulis, fortes perseverabant in armis, plerumque victoriam cecinere. Viētos Cives ea fors manebat, ut aut sponte solum verterent, aut inviti in exsilio truderentur. Ii autem ad socias Civitates se se conferebant, & quibus poterant artibus ac modis, patriam recipere, atque aemulis vicem rependere conabantur. Si res bene cedebat, adversarii, converso fortunae vultu, ad fugam capessendam adigebantur & ipsi. Ita factum est, ut Civitates complures saepe viderint modò unam, modò alteram Factionem profugam, & ex culmine imperii ac opum in imum aerumnarum prolapsam. Eo autem collineabant utriusque Sectae consilia, ut quantum possent socios sui nominis protegerent, tuerentur, augerent. Nemo erat, qui non sollicitaret finitos amicos ad arripiendam dominationem, atque ad exturbandos contrarii studii Cives. Ubi etiam occasio se se offerebat, vi adhibitâ, ac bello cogebant Populum conterminum ad ejurandam Sectam, quae dominabatur, atque ad contrariam amplectendam. Qua ex re suo foederi nova accessio potentiae fiebat.

bat. Exemplis posseni parcere; neque enim Historiam conscribendam heic suscepi; attamen unum duntaxat adferre statui. Nemo acrius quam Florentina Respublica, Guelphae Factioni fere semper addicta, omnem lapidem movit, ut reliquos Guelphos ad nova molienda incitaret, & vel externos Principes, nedum Italicos, armaret in gentem contrariae Sectae devotam. Populisque arma ministraret aduersus Romanorum Imperatores. Mirum, quantum pecuniae in ejusmodi studium exposuerint olim Florentici. Quid autem ii egerint

A ineunte Saeculo XIV. quum in Italiā descendit optimus Caesar Henricus VII. a compluribus Historiis discas, quas in Collectione Rer. Italicarum edidi. Addere nunc juvat Chartas nonnullas, testes tractatum a Florentinis ipsis, & Bononiensibus habitorum Anno MCCCI. quibus Guibertum de Corrigia abduxerunt a fide per eum sacramento obligata eidem Henrico VII. Fas descripsit ex Archivo Nosocomii Senensis Sanctae Mariae de Scala Clariss. Vir Ubertus Benvoglientus Senensis Patricius, dum in vivis erat.

Instrumenta Florentinorum, Bononiensium, aliorumque Guelphorum
in foedus coēuentiū aduersus Henricum VII. Regem
Romanorum, Anno 1311.

IN Christi nomine. Amen. Hec est concordia inter Ambassatores & Procuratores Egregii Militis Domini Ghiberti de Corrigia, & aliorum Nobilium Civitatum Parme & Regii ex parte una, & Sindicos Civitatum Bononie, Florentie, Luce, atque Senarum, & Procuratores Domini Guidonis de la Turre, & suorum sequacium, & extrinsecorum Guelphorum Civitatis Cremone, & Procuratores extrinsecorum Mutine Guelphorum ex altera. Primo quidem pro executioni mandandis tractatis inter predictos, & que per ipos invicem promittentur, fieri debet depositum penes Dominum Romeum de Popolis Camporum Civitatis Bononie per Sindicos supradictos de treginta millibus Libris Bononiens. Quod depositum, & quam pecunie quantitatem depositam, dictus Dominus Romeus dare & solvere debeat predicto Domino Ghiberto, vel ejus legitimo Procuratori hoc modo, videlicet, facta primo promissione per Procuratores eosdem, quod

C dictus Dominus Ghibertus in rebelionem publicam & notoriam contra Regem Romanorum, & ejus complices & sequaces ponet Civitatem Parme ac Regii, & eorum districtus & terras, Castra & Villas, que presentialiter tenentur & custodiuntur per ipsas Civitates: expelendo de dicta Civitate Parme Vicarium dicti Regis Romanorum. & nomen Vicarius dicti Regis Romanorum Civitatis Regii, & Ghibellinos, & alios adharentes ipsi Regi Romanorum. Ita quod facta dicta rebellione, dictus Dominus Ghibertus faciet & procurabit cum effectu, quod Communia Civitatum Parme & Regii consentient & facient suos solepnes Syndicos, & ipse Dominus Ghibertus faciet suum solepnum Syndicum & Procuratorem ad contrabendam ligam, fraternitatem, & societatem, & unionem cum Civitatibus predictis, & Sindicis earum, & cum Dominis Guidone de la Turre, & suis sequacibus, & extrinsecis Gelfis Cremone, & etiam

etiam extrinsecis Guelfis Civitatis Mutine, si tunc temporis ipsi Mutinenses comparebunt legiptime ad dictam Societatem fiendam: ita quod comparentibus in Civitate Bononie Sindicis Civitatum Parme & Regii, ad contrahendam dictam Societatem & ligam, & contrafacta dicta Societate cum predictis Syndicis Civitatum Bononie, Florentie, Luce, & Senarum, & Domino Guidone de la Turre & suis sequacibus & extrinsecis Mutine Guelfis modo predicto & extrinsecis Guelfis Cremone, dicta pecunia debeat tradi dicto Domino Ghiberto, aut ejus Procuratori; salvo quod comparentibus dictis Sindicis Civitatum Parme, & Regii in Civi-

tate Bononie, si per aliquem Syndicem Civitatis Bononie, aut Florentie, aut Luce, aut Senarum remaneret dictam Societatem contrahere, dictis Syndicis Civitatis Parme & Regii voluntibus eam Societatem adimplere, & per eos non remanentibus, quod tunc etiam & in eum casum dicta pecunia debeat dari & tradi dicto Domino Ghiberto, aut ejus Procuratori sine aliqua diminutione, & absque aliqua contradictione.

Ego Bartolinus Terzolini de Bocadelis Imperiali Auctoritate Notarius, & nunc Notarius Antianorum & Consulium Populi Bononie, I. Mensis Novembbris scripsi.

*Exemplum ejusdam Instrumenti Sindicatus Bononiensium cum die
& Consule, cuius tenor talis est. Anno 1311.*

ANNO Domini Millefmo Trecentesimo Undecimo, Indictione IX. die XXVI. Mensis Novemboris. Consilium Oftingentorum & Populi Civitatis Bononie fecit Nobilis & discretus Milex Dominus Tavena de Tholomeis de Senis, honorabilis Potestas Civitatis Bononie in Pallatio veteri dicti Comunis ad sonum campanarum, & voce Preconum, ut moris est, congregari de consensu & voluntate discreti, & sapientis Viri Domini Bartolomei Cantis de Castro Florentino, Judicis & Vicarii atque Assessoris, Nobilis & potentis viri Domini Gerardi de Visdominis de Florentia, Capitanei Comunis & Populi Bononie, ac etiam Antianorum & Consulium Populi Bononie presentis Mensis Novemboris, ibidem existentium. Qui predictus Dominus Potestas, Vicarius, Antiani, & Consules, ac omnes in dicto Consilio existentes, & ipsum Consilium ibidem congregatum, unanimiter & concorditer fecerunt, constituerunt,

Tom. XI.

C & ordinaverunt providum & discretum virum Dominum Petrum Domini Lenardi fratri Bornizini Notarium Civem Bononie, ibidem presentem, & mandatum sponte suscipientem eorum & dicti Comunis & Populi Bononie Sindicum, Procuratorem, Factorem, & Nuncium specialem, ad ineundam, contrahendam, ordinandam, firmandam, & faciendam Societatem, unionem, ligam, & juramentum cum quocumque seu quibuscumque Domino seu Dominis, Baronibus, Comunibus, Civitatibus, Castris, & Terris, Universitatibus, & singularibus personis, seu cum Sindicis, aut Sindacis, seu Procuratore, vel Procuratoribus ipsorum vel alicuius eorum, cum quo seu quibus communiter aut singulariter inire, contrahere, ordinare, firmare, & facere voluerit jam dictus Syndicus Comunis Bononie cum illis, & sub illis modis, partis, conditionibus, ordinamentis, promissionibus, obligationibus, juramentis, & cum omni robore

C firmis

firmitatis, que & quas jam dictus Syndicus Comunis Bononie ordinare, firmare, & facere voluerit in predictis, & pro predictis & infrascriptis omnibus & singulis, & circa ea, & pro eorum executione, observantia, & ratihabitione, prout & sicut eidem Syndico plauerit & videbitur. Et ad faciendum & firmandum, ac etiam recipientium, & stipulandum pro ipso Populo & Comuni Bononie, & ipsius Populi & Comunis nomine & vice in predictis & super predictis omnibus & singulis, & pro ipsorum omnium executione, observantia, & ratihabitione pacta, conventiones, promissiones, & obligationes simplices & penales, personales & reales, cum pene & penarum appositione. Et generaliter & specialiter alia omnia & singula, que ipsi Syndico ordinare, firmare, & facere, recipere, & stipulari voluerit, & que predictorum omnium, & contractuum super his, & predictorum occasione celebrandorum, postulabunt qualitas & natura. Et ad obligandum propter ipsum Populum & Comune Bononie, & omnia & singula bona ipsius Populi & Comunis. Dantes & concedentes eidem Syndico, & in totum in

A onnibus & super omnibus & singulis supradictis plenum, liberum, generale, & speciale mandatum, cum plena, & libera, generali, & speciali administratione, etiam in casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Ac etiam proximantes mihi Notario infrascripto, tamquam publice persone recipienti nomine & vice omnium & singulorum, quorum interest vel intererit, se & dictum Comune, & Populum Bononie, firmum & ratum habiturum totum & quicquid gestum seu factum fuerit in predictis vel circa predicta per Syndicatum supradictum, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum dicti Comunis.

B Atum Bononie in Pallatio veteri Comunis Bononie, presentibus Domino Guidotto de Lazaris, Domino Petro de Manzalino Notario, Domino Bertolacio Domini Dominici Tholomei Notario, Domino Nicholao Domini Johannis de Magnanis Notario, & Domino Sandro de Sancto Petro, testibus in dicto Consilio existentibus.

C Ego Thonax Juliani Piscatoris, Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius ad Discum Domini Potestatis, publice scripsi.

*Exemplum ejusdem Instrumenti Syndicatus & Procurationis
Guelphorum Mediolanensium, cum die & Consule,
cujus tenor talis est. Anno 1311.*

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno ejusdem Millesimo Trecentesimo Undecimo, Indictione Decima, die Sabati XXVII. Mensis Novembris. Dominus Guido de la Turre, & Symon ejus filius, Oliverius & Pasquinus de la Turre, Johannes de Vedano, Girardinus Lauterius, Johannes Caymus, Jacobus Parapullus, Ubertus de Farra, Octonellus Otonis, Ottobellus Pasqualis, Leonardus de Vedano, Pa-

E ghanus Manescottus, Ugolinus de Cezate, Bamius de Bani, Ottonius Zavatanus, Beltraminus Dolcebonus, Ubertinus Ser Raynerii de Lonate, Mivarus de Vedano, Robertus Pasqualis, Anthoniolas de Madiis, Cristofanus Cavallus, & Filixinus Caventanus, omnes de parte Guelfa extrinseca Mediolani, eorum proprio nomine, & nomine & vice omnium sequacium suorum, tam de dicta Domo & proenice de la

de la Turre, quām omnium aliorum de dicta parte extrinseca Mediolani, fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt eorum & omnium predicatorum Procuratorem & Nuntium speciale, providum virum Ubertinum Porenzonum dictae Partis presentem, ad ineundum, contrahendum, ordinandum, firmandum, & faciendum Societatem, unionem, & juramentum, sive posfuram cum quocumque seu quibuscumque Domino seu Dominis, Baronibus, Civitatibus, Castris & Terris, Universitatibus, & singularris personis, seu cum Syndico aut Syndicis, seu Procuratore vel Procuratoribus ipsorum, vel alicujus eorum, cum quo, seu cum quibus communiter aut singulariter inire, contrahere, ordinare, firmare, & facere voluerit jam dictus Procurator & Nuntius: cum illis & sub illis modis & pacis & conventionibus, conditionibus & ordinamentis, promissionibus, obligationibus, & juramentis, & cum omni robore firmatis, que & quas jam dictus Procurator & Nuntius ordinare, firmare, & facere voluerit in predictis & pro predictis & infra scriptis omnibus & singulis, & circa ea, & pro eorum executione, observantia, & rati habitione, prout & sicut eidem Procuratori placuerit & videbitur. Et ad faciendum & firmandum, ac etiam recipiendum & stipulandum pro predicto Domino Guidone, & pro predictis superius nominatis, & sequacium suorum, & eorum nomine & vice in predictis & super predictis omnibus & singulis, & pro ipsorum omnium executione, observantia, & rati habitione, pacta, conventiones, promissiones, & obligationes, simplices & penales, personales & reales, cum pene & penarum appositione. Et generaliter & specialiter alia omnia & singula, que ipse Procurator & Nuntius ordinare, firmare, & facere, recipere, &

A stipulari voluerit, & que predictorum omnium, & contractuum super hiis, & predictorum occasione celebrandorum postulabit qualitas & natura. Et ad obligandum propterea ipsum Dominum Guidonem & predictos superius nominatos, & quemlibet eorum insolitum, & omnia & singula bona ipsorum, & cuiuslibet eorum. Dantes & concedentes eidem B Procuratori suo in omnibus & super omnibus & singulis supradictis plenum, liberum, generale & speciale mandatum, cum plena, libera, & generali, & speciali administratione etiam in casibus, in quibus speciale mandatum requirunt. Ac etiam promittentes michi Maphiolo Notario supradicto Partis infra scripto, tamquam publice persone recipienti vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, vel intererit, se & dilectos sequaces suos firmum & ratum habitueros totum & quidquid gestum seu factum fuerit in predictis vel circa predicta per Procuratorem suum & Nuntium supradictum, sub hypotheca & obligatione omnium suorum bonorum.

C D E

Datum in Civitate Bononie in Monasterio Beati Proculi, in quo habitat dictus Dominus Guido, presente Alberto Scudano Notario de dicta Parte. Intervenerunt ibi testes rogati Dominus Pinus de Vernaciis Milex de Parte extrinseca Cremona, filius quondam Domini Bartolomei de Vernaciis, Presbiter Johannes de Panentibus de Mediolano, Corus de Ferno filius Domini Ambrosii de Ferno, & Guillielmus de Anguarda filius quondam Maphei, omnes Cives Mediolani, & de dicta Parte extrinseca Mediolani.

Ego Maphiolus filius Domini Uberti de Farra, Notarius dicti Domini Guidonis & dictae Partis, rogatus predictum Instrumentum de mandato dicti Domini Guidonis, & omnium suprascriptorum tradidi & scripsi.

*Exemplum cuiusdam Instrumenti Syndicatus & Procurationis
Guelphorum Mutinensem cum die & Consule,
cujus tenor talis est. Anno 1311.*

IN Christi nomine. Amen. Millesimo Trecentesimo Undecimo. Indictione IX. die Jovis XVIII. Mensis Novembris. Nobiles Milites Domini Bernardinus de Sixolo, Guillelmus & Rudolphus de Garzonibus, quilibet eorum pro se ipsis & vice & nomine Dominorum Saxoli de Saxolo, Gerardi, Guidotti, Zinelli, Pellis, & Boglione de Savignano, Mansredini de Ganaceto, & omnium aliorum de dictis Domibus, seu Saxolibus, ac etiam omnium & singulorum Partis Guelse nunc extrinsece Civitatis Mutine, & omni jure & modo, quibus melius possunt; pro quibus omnibus promiserunt de rato: fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Nobilem virum Dominum Bonifacium de Livizano, ibi presentem, & suscipientem, suum, & Partis predilecte Nuntpium, Syndicum, & Procuratorem seu quem eorum, & eo nomine quo melius de jure fieri potest; specialiter ad ineundam, faciendam, & contrahendam Ligam, Unionem, Societatem veram & fraternitatem cum quibuscumque Partis Civitatibus, Comuniibus, & Universitatibus, & Hominibus Partis Guelse de Lombardia, Tuscia, Romandiola, & aliunde. Et ad omnes & singulas pro-

A missiones, stipulationes, conventiones, pata, & peras necessarias & utiles fieri in predictis & quolibet predictorum: & ad obligandum omnia ipsorum bona pro predictis, & quolibet predictorum faciendis & observandis. Et generaliter ad omnia alia & singula facienda & exercenda, que in predictis & circa predicta, seu aliquo preditorum fuerint utilia & opportuna. Dantes & concedentes dicto Procuratori seu Syndico plenum & generale mandatum & speciale, ubi speciale exigitur, & liberam administrationem. Necnon premittentes pro se, & vice & nomine omnium suprascriptorum, pro quibus promiserunt de rato, se firma & rata habitueros quecunque dictus Procurator seu Syndicus in predictis & quolibet predictorum duxerit facienda, sub obligacione omnium suorum bonorum.

B Adam in Castro Saxoli super Pallatiuum Nobilis Militis Domini Bernardini de Sixolo, presentibus testibus, Dominis Bartolomeo de Saxolo, Raynoccino de Monte, Zane de Paulo, & Albertino de Teza, & aliis.

C Ego Preolinus de Preolini Notarius scripsi.

D

*Exemplum cuiusdam Instrumenti Syndicatus & Procurationis Parmensium
cum die & Consule, cuius tenor talis est. Anno 1311.*

IN Dei nomine. Amen. Anno ejusdem Millesimo Trecentesimo Undecimo, Indictione IX. die XIX. mensis Novembris. Magnificus Vir Dominus Ghibertus de Corrigia, Poteslas Mer-

E chadantie Civitatis Parme, Reverendus Pater Dominus Anselinus de Marano, Dei gratia Abbas Monasterii Sancti Johannis de Parma, & Dominus Jacobinus de Rufinis Legum Professor, Matheus

theus de Corigia Milex, Johannes de Santo Vitali, Symon de Forapegoris, Johannes Guilicus de Santo Vitali, Buglierinus de Servideis, Bonifacius de Corviaco, Guido Tercius, Boreta de Corviaco, Symon Anzilis, Rolandinus de Ramixinis, Giliolus de la Senaza, Andriottus de Marano, Brandalixius de Marano, Johannes de Barrattis, & Todixinus de Anzilibus, Cives Parme, pro se universaliter, & pro singulis omnes pro omnibus & singuli pro singulis, & pro omnibus suis amicis, & sequacibus, fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt, eorum, & cuiuslibet eorum Syndicum, Procuratorem & Nunptium specialem, providum Virum Ser Armaninum de Zabrilis Civem Parme, absentem tamquam presentem: ad inhibendam, contrahendam, ordinandam, firmendam, & faciendam Societatem, Unionem, & Juram, sive Posturam cum quocumque seu quibuscumque Domino seu Dominis, Baronibus, Comunibus, Civitatibus, Castris, & Terris, Universitatibus, & singularibus personis, seu cum Syndico aut Syndicis, seu Procuratore vel Procuratoribus ipsorum, vel alicuius eorum, cum quo seu quibus communiter, aut singulariter inire, contrahere, ordinare, firmare, & facere voluerit jam dictus Syndicus & Procurator cum illis, & sub illis modis, pactis, conventionibus, conditionibus, ordinamentis, promissionibus, obligacionibus, & juramentis, & cum omni robre firmitatis, que & quas jam dictus Syndicus & Procurator ordinare, firmare, & facere voluerit in predictis, & pro predictis & infra scriptis omnibus & singulis, & circa ea, & pro eorum executione, observantia, & rati habitione, pro ut & sicut eidem Procuratori & Syndico videbitur & placuerit. Et ad faciendum & firman-

A dum, & etiam recipiendum, & stipulandum pro ipsis Dominis & quolibet ipsorum, & eorum amicis, & sequacibus in predictis, & super predictis omnibus & singulis, & pro ipsorum omnium executione, observantia, & rati habitione, pacta, conventiones, promissiones, & obligationes, simplices, & penales, personales, & reales cum pene & penarum appositione. Et generaliter & specialiter alia omnia & singula, que ipse Syndicus & Procurator ordinare, firmare, & facere, recipere, & stipulari voluerit, & que predictorum omnium, & contractuum super hiis, & predictorum occasione celebrandorum postulabunt qualitas & natura. Et ad obligandum propterea ipsos Dominos, & singula bona ipsorum, & cuiuslibet ipsorum. Dantes & concedentes eidem Syndico & Procuratori in omnibus & super omnibus & singulis supradictis plenum, liberum, generale, & speciale mandatum, cum plena, & libera, generali, & speciali administratione etiam in casibus, in quibus mandatum exigitur speciale. Ac etiam promidentes mihi Johannins Notorio infra scripto, tamquam publice persone recipienti vice & nomine omnium & singularium, quorum interest vel intererit, se firmum & ratum habituros totum & quidquid gestum seu factum fuerit in predictis & circa predicta per Syndicum vel Procuratorem suprascriptum, sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum.

Datum in Civitate Parme, in Camera presati Domini Abbatis, presentibus Dominis Barattino de Carbonibus, Fratre Johanne Canevaro, Jacobo Gato, & Petro de Berguncis, omnibus Civibus Parme, testibus rogatis, & vocatis.

Ego Johanninus de Meldulo, sacri Pallacii Notarius hiis omnibus interfui, audivi, vidi, & rogatus scripsi.

*Exemplum cuiusdam Instrumenti Syndicatus & Procurationis
Guelphorum Regiensium, cum die & Consule,
cujus tenor talis est. Anno 1311.*

IN Dei nomine. Amen. Millesimo Trec
centesimo Undecimo, Indictione IX.
Vigesimo primo mensis Novembris. No
biles Viri Domini Mathew de Foliano,
Guillielmus de Foliano, Thomas
ximus quondam Domini Nicolai de Fo
liano, pro se ipsis & vice & nomine
aliorum omnium Domus sue; Dominus
Guido de Tripulli de Robertis, Domi
nus Gerardus de Tripulli de Robertis
pro se ipsis, & vice, & nomine om
nium aliorum de eorum Domo; Domi
nus Guillielmus de Canossa, & Rayne
rius de Canossa pro se ipsis, & vice
& nomine aliorum omnium de Domo sua;
Dominus Tadeus de Manfredis, & Do
minus Ugolinus ejus filius pro se ipsis,
& vice & nomine aliorum omnium sue
Domus; Dominus Gerardinus de Bojardis;
Albertus quondam Domini Guidoni
de Luvixinis; & Rolandinus de Robertis;
& Brexanus de Luvixinis, omnes predi
cti honorabiles Civis Civi
tatis Regii, pro se universaliter, &
pro singulis, omnes pro omnibus, &
singuli pro singulis, & pro omnibus suis
amicis & sequacibus, fecerunt, consti
tuerunt, & ordinaverunt eorum & cu
juslibet eorum Syndicum, Procuratorem,
& Nuntium specialem, Providum Vi
rūm Dominum Johanninum de Malodulo
Civem Regii, licet absentem tamquam
presentem: ad ineundam, contraben
dam, ordinandam, firmandam, &
faciendam Societatem, Unionem, &
Juratam, sive Posturam cum quocumque, seu
quibuscumque Domino seu Dominis, Ba
ronibus, Comunibus, Civitatibus, Ca
stris, & Terris, Universitatibus, &
singularibus personis, seu cum Syndico

Ant Syndicis, Procuratore vel Procura
toribus ipserum vel alicujus eorum, cum
quo seu quibus communiter aut singulariter
inire, contrahere, ordinare, fir
mare, & facere voluerint jam dictus
Syndicus & Procurator, cum illis &
sub illis modis, pactis, conventionibus,
conditionibus, ordinamentis, promissio
nibus, obligationibus, & juramentis,
& cum omni labore firmitatis, que &
quas jam dictus Syndicus & Procurator
ordinare, firmare, & facere voluerit
in predictis & pro predictis & infra
scriptis omnibus & singulis, & circa
ea, & pro eorum executione, obser
vantia, & rati habitione, prout, &
sicut eidem Syndico & Procuratori plar
cuerit & videbitur. Et ad faciendum
& firmandum, ac etiam recipiendum,
& stipulandum pro ipsis Dominis, &
quilibet ipsorum, & eorum amicis &
sequacibus in predictis, & super predi
ctis omnibus & singulis, & pro ipso
rum omnium executione, observantia,
& rati habitione, pacta, conven
tiones, promissiones, & obligationes, sim
plices & penales, personales & reales,
cum pene & penarum appositione; &
generaliter & specialiter alia omnia &
singula, que ipse Syndicus & Procura
tor ordinare, firmare, & facere, re
cipere, & stipulari voluerit, & que
predictorum omnium, & contractuum su
per hiis, & predictorum occasione cele
brandorum postulabunt qualitas, &
natura. Et ad obligandum propterea ipsos
Dominos, & omnia & singula bona ip
sorum, & cuiuslibet ipsorum. Dantes
& concedentes eidem Syndico & Procu
ratori in omnibus & singulis supradi
cis

Eis plenum, liberum, generale, & speciale mandatum, cum plena, libera, generali, & speciali administratione, etiam in omnibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Ac etiam promittentes michi Petro Notario infra scripto tamquam publice persone recipiente vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest vel intererit, se firmum & ratum habituros totum & quicquid gestum seu factum fuerit in predictis vel circa predicta per Syndicum vel Procuratorem supra scriptum, sub hypotheca & obligatione omnium suorum bonorum.

Alia fuerunt omnia & singula supra scripta in Civitate Regii sub Porticu Tripudii positi juxta Molendinum Communis Regii, quod dicitur Molendinum Albrigonium, ibidem sub dicto Porticu predictis Nobilibus viris adunatis, pre-

A sentibus Dominis Guidone Ricio de Feliiano, Azone Domini Thadei de Mansfredis, Corrado de Bojardis, & Branca de Mansfredis, ad hec testibus rogatis & vocatis.

Ego Petrus de Cartanis, Imperiali auctoritate Notarius, predictis omnibus interfui, & ea rogatus publice scripsi.

B Propterea factum est, ut subsequenti Anno 1312. Henricus jam Coronata Romanus donatus, instituto processu contra eundem Guibertum Corriogensem, aliosque Populos sibi obstantes, sententiam damnationis in eos promulgarit: quam quia nondum editam vidi, ad lucem Historiae temporis illius hisce adjungendam censui, ex Archivo Estensi de promtam.

G

Sententia contra Guibertum Corriogensem, & aliquot Civitates sibi adversantes, ab Henrico VII. Augusto lata, Anno 1312.

IN nomine Domini. Amen. Anno Domini Incarnationis Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo, Indictione XI. die VIII. Septembris: Cremona in Palatio Communis ad solitum bancum, ubi jus redditur, presentibus Baldessaro de Burlaudis, Antoniolo de Paterno, & Bernardo de Pontevico de Cremona, Notariis, testibus ibi vocatis & rogatis. Noverint universi, presentis Instrumentum inspecturi, quod ego Thomassinus de Zampis Notarius de Collegio Notariorum Cremonae, una cum supra scriptis testibus & Notariis vidi & legi, & ipsi mecum viderunt & legerunt in quadam Libro, qui sic intitulatur, videlicet Liber Petitionum, Responsionum, Juramentorum, Testium productionum, Instrumentorum, & Jarium, & Relationum, & alia-

D rum diversarum scripturarum, factorum & factarum ad Officium Zeppi Porci Ariberti Cremonensis in Civitate tempore Potestarie Nobilis & egregii viri Domini Guidoli de Vicomercate, honorandi Potestatis Civitatis, & districtus Cremonae pro Magnifice & excelsa Domino, Domino Bernabovo de Vicecomitibus, Civitatum Mediolani, Cremonae &c. Domino Generali: existente ejus Judice, sapiente & discreto viro Domino Thaddeo de Molcis de Parma Judice, Vicario ad dictum Officium per dictum Dominum Potestatem specialiter deputato: & existentibus pro Consulibus sapientibus & discretis viris Domino Antonio de la Fossa, & Corradino de Arrigonibus: & existente pro Notario ad dictum Officium Thomassino de Zampis, & me Bernardo de Pon-

tevico,

terico, Notariis de Collegio Notario-
rum Cremone. Currentibus Annis Do-
mini nostri Jesu Christi Millesimo Tre-
centesimo Quinquagesimo Octavo, Indi-
ctione XI. die & mense infra scriptis,
infra scripta Acta & Scripturas tenoris
& continentie infra scriptorum, videlicet:
Millesimo Trecentesimo Quinqua-
gesimo Octavo, Indictione XI. die Ve-
neris VII. Septembris, coram vobis di-
scretis viris Dominis Johanni de So-
rexina Consule Justitie Porte Pertuxii
Cremone, & Guidone de Ripariis Con-
sule Justitie Porte Natalis Cremone,
pro tribunali sedentibus, comparuit Za-
charias de la Senazia de Parma, Pro-
curator & procuratorio nomine Reve-
rendi in Christo Patris & Domini,
Domini Hugolini de Rubeis, Dei
gratiâ, Episcopi Parmensis: & coram
ipsis Consulibus produxit, exhibuit, &
depositus penes me Thomasinum de Zam-
pis Notarium presentis Officii, Instru-
mentum tenoris & continentie infra scri-
ptorum, videlicet.

In Dei nomine. Amen. Henricus,
Dei gratiâ, Romanorum Rex semper
Augustus. Ad certitudinem presentium,
& memoriam futurorum. Ex quo Rei-
publice curam assumpsimus divina juben-
te clementia, sedatisque discordiis, que
per Alamannie partes inimico pacis
pullulaverant operante, in Italiani ac-
cedere festinavimus. In qua propter Ro-
manorum Regis absentiam universe Ci-
vitates & Comunitates regalia Romani
Imperii occupaverant, & intra se ci-
vilibus bellis afflita partialitatum di-
scordia excrescente, partibus certis
ex ipsarum qualibet quasi dejectis, mo-
re tyrannico regebantur; multis, immo
infinitis ipsarum Civibus exulantibus
ab eisdem, & bonis propriis per ad-
versarios occupatis, diffusi cogebantur
per Civitates exteris mendicare. Et
per Dei gratiam universâ Lombardiâ,

A & Civitatibus & Communitatibus ei-
dem ad pacis reductis concordiam, &
extrinsecis exulibus cum intrinsecis
compacatis, & aliquibus ex dictis Ci-
vitatibus postea coërrantibus emendatis,
disponimus Tuciam proficisci, ubi guer-
rarrum discrimina, partialitatum odia,
scandala, universaque ex ipsis mala
provenientia in personis & bonis Tu-
scorum communiter intus & de foris
per singulas Comunitates ejusdem adeo
excreverant, & continue augebantur,
ut rix mens amplecti, & manus scri-
bentis sufficeret ad narrandum. A clati-
mationibus etiam & a lacrymationibus
multorum ex ipsis Terris exulum no-
stra excitabatur intentio; mensque re-
galis & animus cura vigili non cessa-
bat, ut universam presatam Tusciam,
dictis exstirpatis erroribus & discordiis,
ad pacis federa restaurare possemus, &
universis de Italici juris, & Romani
Imperii fidelibus pacis & unitatis se-
dere congaudentibus justitie constitutis
exhibitione Romanum fulgeret Imperium,
& regalis majestas ad sacrarum suscep-
tionem insularum Romanam progredi quie-
to animo cum Dei auxilio abjectis ho-
stilitatis valeret conatibus. Verum non-
nullas dilec Tuscie Civitates, scilicet
Florentiam, Lucam, & Senas, omnium
ipsius patrie malorum & scandalorum
auctrices, ipsarumque tyrannos Cives,
quorum iniquis & pervercis gubernatur
consiliariis, ut suorum concivium exu-
lantium spoliis uti solitis non cessarent,
humane nature hostis dolostatibus ac
superbia obstinanter offuscante, contra-
nos & Romanum Imperium & fidèles
nostrós, cum nonnullis aliis dilec Tuscie
Communitatibus invicem temerarias se-
ditiones, confederaciones, conspiraciones
invisse, & in publicam rebellionem pro-
rupsisse comperimus, & sese gentium,
equitum, & peditum multitudine muni-
visse: passus etiam ipsarum territorii
impe-

impeditos, & munitos tenere: Nuntios nostros, & gentes, & Romani fideles Imperii per eosdem facere transitum non sinendo. Et quod inhumanius est, in se ipsis divinam & humanam Legem transgredi non contenti, tamquam proditio- nis filii, Lombardie nostram provin- ciam, jam ad pacis concordiam restitu- tam resubverttere, & ad ipsam prodi- tionem adducere satagentes, hostis hu- mani sequentes vestigia, qui primos ho- mines dulce pomum contra ipsorum Con- ditoris prohibitionem comedere & * gua- flare seduxit.

Ghibertum de Corrigia Civem Par- mensem, Vassallum & fidelem tunc Imperii, atque nostrum, quem non modicis munificantibus & honoribus pre- fecimus, videlicet Castro Guastalle, quod sibi in Feudum de Camera Rega- li concessimus, & Vicarie Civitatis Re- gii, quam commisimus eidem, & Jo- hannem Chiricum de Sancto Vitali, ejusdem Ghiberti generum & concivem, quorum magis consilio dicta Civitatis Parme & Regii, eorumque concives uti & regi potissime dicebantur, deceptivâ pecuniâ, ac Florenorum non modica quantitate corruperunt, ut dictas Civi- tates Parme & Regii, & ipsarum ho- mines ad confederandum cum ipsis Tu- sciae Civitatibus rebellibus procurarent, ipsorum Tuscorum dolositatibus, & di- clorum Ghiberti, & Johannis, & Opi- zini de Anzolla Judicis operibus & traftatu, Communia & homines dictarum Civitatum Parme & Regii subver- terunt, ac etiam induxerunt, ut se cum eis conspirarent & confederarent, ac etiam cum ipsis Civitatum Parme & Regii Communibus & hominibus, & cum dictis Ghiberto, & Johanne Communia, & homines dictarum Civi- tum Florentie, Luce, & Senarum, dictae Communitates, & homines Parme & Regii, & dicti Socer & Gener cum.

Tom. XI.

A dictis Civitatibus Florentie, Luce, & Senarum, & aliis nostri Romani Imperii emulis & infidelibus, ac etiam ex- bannitis nostris de Civitatibus Medio- lani & Cremone, temerarie, dolose, & nequiter contra nos, & Romanum Imperium & fideles ejusdem, conse- derationem, conspirationem, ac sedi- tione publica & notoria relatione perce- pimus inivisse: & contra nos, & Ro- manum Imperium in rebellionem publi- cam convolasse, nostrum etiam expellen- do Vicarium de regimine dicta Civita- tis Parme, dileque Civitatis Regii re- gimen, quod dictus nequam & insidelis Ghibertus nostro regebat nomine, con- tra nos eodem suo privato & proprio nomine abutendo. Occupavit insuper di- ctus Ghibertus violenter Castrum no- strum Burgi Sancti Donini, & occupa- tum detinet, & Vicarium nostrum de ipius regimine intro expulit seu expel- li fecit contra dicti nostri Vicarii ve- luntatem, & dictum Opizinum de An- zolla in Potestatem Rectorem dicti Ca- stri eligi fecit, & procuravit. Et ip- sam Potestarianam & regimen dictus Opi- zinus acceptavit, exercuit, & exercebat. Dileque Ghibertus, & Johannes gentes equitum & peditum in favorem Caval- cabobum, & aliorum rebellium exban- nitorum Imperii nostri destinando, & personaliter eundo ad invadendum & occupandum nostram Villam Casalis Ma- joris, & Pontem Dexulli districtus Cre- monae, que nostro nomine tenebantur, & cavalcandum, & predandum dictam Civitatem Cremone, tunc in nostra fi- delitate manentem, & intrinsecos ejusdem tunc fideles nostros. Propter que in Lombardia predicta excitata sunt guerrarum discrimina, scandala plurima, & turbationes commote in Terris quam- pluribus dictae nostre provincie Lombar- die. Committendo predictae Communita- tes omnes & singule, & singule personæ

D

super-

superius nominate predicta omnia & singula temporibus in inquisitione, quam inde fieri fecimus, denotatis, contra nos, & Romanum Imperium, & in derogationem juris & honoris nostri, atque Imperii: prout hec omnia & singula publica & notoria sunt, quanplurimum fide dignorum est regalibus auribus patefactum. Et licet hec omnia & alia per universas Lombardie & Tuscie partes fama notoria divulgaret, divinum sequentes exemplum, descendere voluimus & videre. Et per discretos viros Palmerium de Altitidis de Florentia Legum Professorem, & Andream Candalrinum de Advocatis de Roma, Consiliarios & Aule nostre Judices, contra predictas Civitates de Toscia & de Lombardia, eorumque homines, & dictos Ghibertum, & Johannem, & Opizinum, inquirere fecimus de predictis facinoribus, selloniis, ac criminibus memoratis. Ipsaque Communia, Civitates, & homines, & quemlibet ipsorum citari & requiri fecimus per nostros Judices antedictos predicatorum publicorum, proposita voce preconia, ut certo jam clapo termino coram nobis, & dictis nostris Judicibus dicte Communitates per eorum Syndicos, & dicte speciales persone personaliter comparere curarent, nostra sceluri mandata, & sese de premissis excusaturi, si possent. Quod nequaquam facere curaverunt. Postmodum & iterato eisdem citari fecimus, certis & legitimis eis terminis pro secundo, tertio, & peremptorio assignatis pro Judicibus prelibatis, ut coram nobis, & dictis nostris Judicibus comparevent, nostris parituri mandatis, & se, si poterunt, defendere de predictis; alias a dictis terminis in antea pro confessis & legitime convallis de predictis haberentur, & singulis predicatorum: & tamquam legitime convictos & confessos ex predictis damnaremus, &

A exbanniremus eosdem. Qui ex tantorum scelerum commissione contra eorum Regem & Dominum protinus desperati, nostram misericordem clementiam non attendentes, que potentibus quandomque peccantibus misericordiam debitam non negavit, pro obedientia contumaciam elegerunt, reatus reatibus, & scelera sceleribus in deterius jugiter cumulando. B Quis ergo Rex & Dominus superni Regis iram provocare non timet, si tam euormia & detestabilia inulta dimittat? Et si contra tales jura & leges inanimate armantur, quomodo animata lex arma vellet deponere contra eos, quos quia Dei timor non retraxit a malo, rigor saltem nostre debet corrigeare discipline? Nec enim Rex justus esse censetur, qui bonos premis non exhortatur, & malos penam debitam non affligit. C Volentes igitur more justi Regis, ne Superioris iram contra nos adducere videamus, tales subjectorum nostrorum excessus, ac scelera punire & corriger, negligendo, arma iustitiae sumsimus ad predicatorum rebellium punitionem, ut eorum exemplo alii terreatur; ut nostrum de vultu Dei prodeat judicium: Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, habentes predicta Communia, Civitates, & Homines, & speciales superius denotatos ex notoriis, & ex eorum contumacia pro confessis, & legitime convictis de predictis omnibus & singulis excessibus & deliciis: de plenitudine Regie Majestatis contra eos, ut infra, sententias proferimus in his scriptis. Privamus quidem Communia & Homines distarum Civitatum Luce, Sevarum, Parme, & Regii, & quamlibet, & quemlibet ipsorum mero & mixto imperio, & jurisdictione, omnique jure, & dominio Potestarie seu Rectorie, & regimine ipsarum Civitatum, que habent vel babuerunt, vel qui-

quibus utuntur, seu uti consueverunt pro ipsis Civitatibus, & eorum Districtibus. Ipsaque merum & mixtum imperium, omnem jurisdictionem, atque regimen ipsorum, nec non omnia ipsarum Civitatum Castra, Villas, Possessions, & Bona intus & de foris, ubicumque sint, omnesque ipsaram in eiuslibet ipsarum Civitatum introitus, redditus, & proventus, nostris & Romanis Imperiis Erario & Camere aducamus, publicamus, & confiscamus. Privantes easdem, & quamlibet ipsarum Civitatum & Communitatum, & personarum, & privatas declarantes omnibus franchiciis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & honoribus, Fendis, & omnibus juribus, a nobis, vel ab Imperatoribus, seu Regibus Romanorum, & predecessoribus nostris, concessis seu qualitercumque acquisitis eisdem: ipsaque revocantes cassamus, irritanus, & ex certa scientia annullamus. Pronuntiantes & declarantes, predicta Communia & personas predictas, & quelibet & quamlibet eorum & earum, sellonianam, prodictionem, & lese Majestatis crimen contra Regiam celsitudinem nostram, & Romanum Imperium ex predictis excessibus incurrisse. Et nihilominus ipsa Communia & homines, & quodlibet ipsorum Communium multamus, ac condemnamus Fisco Camere nostrae & Romani Imperii, videlicet Commune & Homines Civitatis Luce in tribus millibus Libris auri puri: Commune & Homines Civitatis Senarum in tribus millibus Libris auri puri: Commune & Homines Civitatis Parme in duobus millibus Libris auri puri: Commune & Homines Civitatis Regii in Libris mille auri puri. Predictum vero Ghibertum declaramus sellonianam & prodictionem & crimen lese Majestatis contra nos, & Romanum Imperium commisso, & etiam fecisse con-

A tra formam fidelitatis per eum prestatam nobis pro Fendo dicti Castri Guastalle, quod eidem concederamus in Feudum. Privantes eum, & privatum declarantes Fendo Castri predicti: ipsumque Castrum, ejusque districtum, vassallos & habitatores cum omni jurisdictione & jure, & omnibus pertinentiis suis ad nostram Cameram revocantes. Nec non ipsum Ghibertum, Johannem Chirici, Opizinum de Anzolla, tamquam rebentes & proditores Imperii, & lese Majestatis criminis reos de toto Romano Imperio exbannimus, & eorum, & eiuslibet eorum bona omnia Camere nostra & Romani Imperii aducamus & publicamus. Privantes eos, & quemlibet eorum omni honore & dignitate, immunitate, privilegiis, franchiciis, & libertatibus a nobis, & a Romanis Regibus, vel Imperatoribus predecessoribus nostris, & quibuscumque aliis concessis, seu qualitercumque eis acquisitis. Et eos, & quemlibet eorum perpetua volumus laborare infamia. Et si quando aliquis predictorum singularium in forciam nostram, seu Romani Imperii pervenerit, furcis suspendatur, ita quod moriatur. Antianos quoque, Priors, Consules, & Consiliarios dictarum Terrarum, & eiuslibet earum, qui tempore dictae rebellionis erant, & successive fuerunt, & in futurum fuerint dicta rebellione durante, de toto Romano Imperio exbannimus, & perpetua notamus infamia. Privantes eosdem, & quemlibet ipsorum omnibus privilegiis & honoribus, franchiciis & immunitatibus, a nobis, vel Romanis Imperatoribus, seu Regibus predecessoribus nostris, concessis, vel aliter eisdem acquisitis. Et inabiles esse volumus judicandi, & assidendi Officio, & eiuslibet Magistratus honore. Potestates vero, Judices, Notarii a tempore dictae rebellionis, & ab inde citra, de predi-

etis omnino sunt, & qui deinceps in regimine ipsorum Terrarum presuerint, & absque nostra, vel successorum nostrorum licentia ad ipsarum regimen exercendum accesserint, privamus, & privatos esse volumus ab officio iudicandi & assidendi, & Notariatus, & cuiuslibet Magistratus, & perpetue voluntatis infamie subjacere. Ac etiam omni privilegio, franchiciis, immunitatibus, & honoribus, & juribus, a nobis, vel predecessoribus nostris concessis, vel altero eisdem questis privamus; ipsa privilegia, honores, franchicias, & immunitates, & jura ex certa scientia revocantes. Ipso que exbannimus, & tamquam rebelles Romani Imperii a cunctis nostris, & dicti Imperii fidelibus volumus personaliter teneri, & impune offendti. Judices quoque, Advocatos, & Notarios dictarum Civitatum, & earum districtuum Cives vel incolas, iudicandi & assidendi, & Tabellionatus officiis privamus, & perpetue voluntas infamie subjacere.

Item quia dictarum Civitatum Communia in dicto rebellionis, & tam destabilium scelerum obstinatione publica tanto tempore nullatenus perdurassent, cum ipsorum Civium & incolarum patientia vel assensu, & ut pene metu coacti, se & dicta eorum Communia a predictis nefandis erroribus retrahere, & ad debitam reverentiam nostram, & Romani Imperii reducantur, universos & singulos dictarum Civitatum, earumque districtuum Cives & incolas, tamquam nostros, & Romani Imperii rebelles, de toto Romano Imperio exbannimus. Mandantes, quod nulla Civitas, Castrum, vel Villa, seu Baro, vel alia singularis persona prestet deinceps ipsis Communibus, vel singularibus personis eorum, vel dictis Ghiberto, Johannem, & Opizino, vel alicui ipsorum, auxilium vel favorem; nec dicta Com-

munia vel aliquod ipsorum, vel ipsorum Cives, incolas, districtuales, vel filios Ghibertum, Johannem, Opizinum, vel aliquem ipsorum receptet, post unius mensis spatium a recitatione hujus nostre sententie decurrentem, sub pena quinquaginta Librarum auri pro qualibet Civitate, & viginti Librarum aurum pro qualibet Castro vel Barone, & decem Librarum aurum pro qualibet persona, & contrafacentibus, & quotiens contraferret, & plus & minus ad nostrum arbitrium, attenta qualitate personarum, & modo delicti, nostre Came- re persolendaram. Decernentes, quod quilibet possit & debeat Cives & incolas & districtuales Civitatum predictarum tamquam bannitos & rebelles Romani Imperii personaliter capere, & in nostram forciam consignare, & ipsorum bona capere & habere. Inhibentes, quod nullus dictorum Communium vel singularium personarum, vel aliquis ipsorum Communium debitores de ipsorum debitibus eisdem satisfaciat, vel refundere presumat. Ab omnibus autem predictis excipimus illos omnes, qui sunt de nostra familia, & illos, qui sunt exiles a dictis Civitatibus ratione partium; eorumque familias & bona. Quos familiares nostros & exiles, eorumque familias & bona a dictis sententia, penis, & bannis eximimus, & sub protectione nostra & Romani Imperii reservamus. Nec non & illos omnes qui iam ad nostra mandata venerunt & sunt, vel qui infra unum Mensum proxime subsequentem ad nostra, & Romani Imperii mandata redierint. Volumus tamen de benignitate Regia, ut spem misericordie peccantibus non tollamus, sed ut eis prebeamus ad gratiam materiam redendi, quod dicta Communia, si venerint infra terminos infra scriptos, nostri super premissis parituri mandatis, videlicet Commune Lu-

te infra decem dies, Commune Senarum infra quindecim dies, Communia Parme & Regii infra viginti dies proxime subsequentes, a nexibus dictae Sententie sint soluta. Contra Commune vero Civitatis Florentie, ejuque Cives, & districtuales & Officiales, alios processus & sententias, penas & banna de dictis criminibus & excessibus, quos & que per nos & Judices nostros fecimus & protulimus, qui & que in Archivo nostro, & Romani Imperii conservantur, confirmamus, corroboramus, ac etiam innovamus, reservata nobis potestate in predictis criminibus mutandi, corrigendi, addendi, & detrahendi, prout de nostre majestatis processerit voluntate. Et predicta omnia & singula ex certa scientia, & de plenitudine nostrae Regie potestatis pronuntiamus, facimus, & promulgamus. Statuentes predictas sententias & processus super his habitis valere & tenere roboris perpetui firmitatem, non obstantibus, si juris ordo & solemnitas in predictis non fuerit observata, vel si aliquis aliis defectus opponi possit a quolibet contra ea: & non obstantibus etiam Legibus aliquibus, quibus caretur, absentes condemnari non posse, & quod ordo iudiciorum sit servandus. Quibus omnibus, & aliis contra facientibus, quo ad predicta, ex certa scientia, & ex potestate plenaria derogamus:

Data & pronuntiata fuit dicta sententia per dictum Serenissimum Regem pro tribunali sedentem, & testa & publicata mandato & in presentia ipsius Domini Regis per Paulum quondam Ser Ranucii de Podiobonicii Notarium, & Officialem ipsius Domini Regis, & in presentia mei Leopardi Freneti de Pis, Camere ipsius Domini Regis, in Civitate Pisarum, sub logia domus viridarii Gerardi & Bonacoxii Gambacurtaram, in Capella Sancti Egidii po-

liti. Quibus nobis Leopardi & Paulo * Notarius suis supradictis idem Dominus Rex mandavit de predictis fieri per nos publica Instrumenta. Et hec omnia ibidem acta fuerunt, convocatae ibi & adunatae multitudine copiosa Civium Pisarum, & diversarum Terrarum Italicarum, & aliunde, de Regie Majestatis mandato. Presentibus Magnificis & Nobilibus viris Domino Henrico de Flandria Marecalcho ipsius Domini Regis, Roberto de Flandria, Guisredo Comite de Levigava, Nicolao de Bonsignoribus de Senis, Thoma de Septemfontibus Camerario ipsius Domini Regis, Brancaleone de Auria de Genua, Umbertino de Lando de Placentia, Pisarum Potestate, Simone Domini Johannis de Spoleto Capitaneo Pisarum Populi, & Mense de Vico Judice, Mattheo de Cantono, Vanne Torcino, Guiqueto Graffo, Gbegno Levli, Batrameo Gonis, Betto Benajuti, & Pardo Boedicella, Antianis Pisarum Populi, & Antonio de Surdis de Placentia, Bartholomeo de Spoleto, Judicibus, Jobannezon de Domo Lanfrancorum de Pis, Simone Philippi de Pistorio, Emfredo de Virgalensis de Pistorio, Jobanne de Cerchiis, & Jobanne Jacotti de Florentia, & aliis pluribus fide dignis testibus ad hec: Dominice Nativitatis Anno Millesimo Trecentesimo Duodecimo, Indictione Decima, die Undecimo Mensis Aprilis, ac Regni ipsius Domini Regis Anno Quarto.

Ego Franciscus filius Ser Ubaldi Frenceti Notarii de Santo Petro Vallis Here, Civis Pisarum, Imperiali auctoritate Notarius, authenticum hujus Sententie dicti Serenissimi Principis Domini Henrici, Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti, scriptum & rotatum per Leopardum Freneti de Pis, Notarium Camere dicti Domini Regis, non vitiatum, non corruptum,

non abrāsum, nec in aliqua sui parte abolitum vel cancellatum, vidi & legi una cum infrascriptis Notariis de verbo ad verbum, coram Nobili & preclaro Milite Domino Lovio Domini Antonii de Montechio Marchie Pisarum Potestate, atque Domino Petro Puccii de Trevigio Legum Doctore, Judice & assistente supralcripto Domino Potestati in Curia Cancellarie Pisarum Communis, & una cum infrascriptis Notariis & testibus auscultavi. Et ipse idem Dominus Pisarum Potestas, & dictus Dominus Petrus una mecum predictam Sententiam cum dicto authenticō auscultaverunt & viderunt, non abolito vel vitiato in aliqua parte sui, ut supra dictum est. Ideoque de verbo ad verbum nihil addito vel diminuto, decreto & auctoritate predicti Domini Pisarum Potestatis & mandato, pro tribunali sedentis, in his interpositis, fideliter ut dictum est supra, exemplavi. Et quia dictus Dominus Pisarum Potestas una mecum dictam Sententiam cum dicto authenticō in omnibus concordare invenit, & dictum authenticum esse sine aliquo vicio, ejus mandato, decreto & auctoritate ipsam Sententiam publicavi & authenticavi, & ad futuram rei memoriam signum & nomen meum apposui assuetum. Que auscultatio, lectura, visio, & exemplatio, & authenticatio, decreti & auctoritatis interpositio, facile fuerunt in presentia suprascripti Domini Pisarum Potestatis, & ejus decreto & auctoritate, pro tribunali sedentis. Et in presentia suprascripti Domini Petri, & infrascriptorum Notariorum & testium, videlicet Lippatini filii Cochatonis de Massa Marchie Anconitane Capitanei Populi Pisani, & Lovi Domini Roberti de Montechio dilete provincie, socii suprascripti Domini Potestatis, Jacomini de Sanctis, & Fidenti de Bernachais, amborum de Cre-

A mona, nec non Francisci Colli de Pisarum de Capella Sancti Andree, & Henrici Ser Tavelli de Ceulli Pisani, & Civis de Capella Sancti Martini, & Ursi de Pallaria Pisarum Comitatus Notarii, subscriptorum testimoniū ibi specialiter ad hec vocatorum & rogatorum, ad petitionem Johannis de Nassellis Notarii de Cremona, presentis & petentis a predicto Domino Pisarum Potestate, & a me Francisco Notario suprascripto omnia suprascripta fieri debere in Civitate Pisarum in Palatio Potestatis Pisarum Communis, posito in Capella Sancti Ambrosii, presentibus suprascriptis testibus & Notariis sub Anno Dominice Incarnationis Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Septimo, Indictione Quintadecima, die Calendarum Martii, secundum cursum & consuetudinem Notariorum Civitatis Pisarum.

Ego Franciscus filius Colli de Capella Sancti Andree Litere, Imperiali auctoritate Notarius, suprascriptam sententiam una cum suprascripto Francisco Notario, & infrascriptis Notariis ad suprascriptum authenticum coram dicto Domino Pisarum Potestate, & dicto Domino Petro, & cum eis diligenter & fideliter auscultavi. Et quia utrumque concordare inveni, de ipsis licentia & mandato, & ejus decreto & auctoritate in his interpositis, suprascriptis loco & die, & presentibus suprascriptis testibus, in ipsis sententie plenam fidem & testimonium me subscripsi, & signum & nomen meum apposui consuetum.

Ego Ursus de Pallaria quondam Ser Nardi, Notarius de Capella Sancte Euphrasie Pisarum Civitatis, Imperiali auctoritate Notarius, suprascriptam sententiam una cum &c. ut supra.

Ego Henricus filius Tavelli Notarius de Ceulli Pisarum Civis, Imperiali auctoritate Notarius, suprascri-

ptans

ptam sententiam cum supra scriptis No-
tariis &c. ut supra.

Ego Thomasinus de Zimpis, Civis Cremonae, publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Notarius & Scriba ad Officium Zeppi Porte Ariberti Cremonensis, supra scripta Acta, Scripturas &c. fideliter extraxi & exemplavi, & in hac formam publici Instrumenti redigi & scripsi, nil addito vel diminuto in eis, quod sensum mutet, vel variet intellectum; & ad eternam rei memoriam & plenam fidem, de predictis ubilibet faciendam, me cum meis signo & nomine subscripti, sub supra scriptis Millefimo, Indictione, Mensa & Die.

Haec ab Henrico VII. acta fuere;
quamquam probo Principi, quum in

A Italiam descendit, id unum statutum suisset, tot animorum motus in Italia componere, nulloque partium studio pacem cunctis afferre: cuius rei fidem facit non una eorum temporum Historia. Quid verò potissimum Mediolanensi in Urbe ille praestiterit, hoc est, quomodo dissidentes animos Turrianæ, idest Guelphæ partis, & Vicecomitum, hoc est, Gibellinae Factionis, ad concordiam redegerit, quoniam luce adhuc carens Acta illa, ego evulgare decrevi, ex MSto Codice Novariensi depromta, grata, ut puto, futura Mediolanensibus meis.

B

Pax ab Henrico VII. Romanorum Rege stabilita inter Gibellinos & Guelphos Mediolanenses, Anno 1310.

IN nomine Regis pacifici. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo Undecimo, Indictione IX. die XXVII. mēsis Decembri, Pontificatus Domini Clementis Papae Quinti Anno VI. ac Regni Serenissimi Principis Domini Enrici, Dei gratiā Romanorum Regis semper Augusti Anno III. Per hoc praeiens Instrumentum cunctis appareat presentibus & futuris, quod prae fatus Dominus Rex remediis invigilans subditorum, & Regali providentia cupiens fideles suos Cives Mediolani, diutius invicem dissidentes, & in duas partes divisos, quarum una erat illorum de la Turre, & altera Vicecomitum, ad concordiam revocare, super eorum dissidiis & iniuriciis, praesentibus Majoribus eorumdem, quorum nomina inferius describuntur, tam ex Regia auctoritate, quam ex petestate in eum per ipsas Partes collata, pronuntiavit & statuit,

C prout inferius continetur. In primis quod inter omnes Cives prae didos & Partes prae didas, & eorum sequaces, & sibi adhaerentes sit, & vigeat de cetero vera & perpetua Pax & unitas, amputatis & depositis hinc inde quibuslibet dissidiis, rancoribus, & odiorum somitibus, ac cessantibus verbis & alibus partialibus quibuscumque.

D Item quod iidem Cives invicem sibi condonent & remittant omnes injurias & offensas habentes alterutri in personis vel rebus illatas, & quamlibet emendam & restitutionem eis hujusmodi injuriarum & offensarum occasione debitam. A quibus nihilominus idem Dominus Rex auctoritate & potestate prae dictis, ex nunc omnes & siagulos ipsorum absolvit & liberat perpetuo. Item

E quod illi ex memoratis Civibus, qui exulabant a Civitate prædicta, occasione prædictæ discordiae, ex nunc revertantur ad bona & jura propria eaque.

eaque recipiant, & habcant, & eis
gaudent plene & libere sicut prius,
sine contradictione cujusque. Ad quae
nibilominus idem Dominus Rex ex nunc
restituit & vult & decernit pro resti-
tutis haberri, ita etiam quod nemini
ipsorum in bonis & juribus suis praedi-
citis quaevis obstat prae scriptio a tem-
pore, quo Civitatem exiverunt praedi-
ctam. Item relaxavit omnia banna,
quibus suppositi forent hactenus a dicto
tempore citra Cives, qui exulabant a
Civitate praedicta. Sive pro contumacia,
sive pro offensa, magna vel par-
va, vel alia quacumque de causa & om-
nesque Collectas sive Taleas quoquo mo-
do impositas remisit eisdem, absolvens
eos a praedictis omnibus, & a poenis
& multis, quas hujusmodi occasionibus
incurrissent, & quibuslibet condemnationibus,
sententiis, & poenis propter
hoc latis vel statutis in eos. Item quod
omnes Cives praedicti hanc Pacem, &
suprascripta omnia & singula observent
& faciant cum effectu sub debito praedi-
ctito a parcibus juramento, & sub in-
dignatione ipsius Domini Regis, ac
mille Librarum auri puri poenâ, que-
ties contrafecerint, in singulis Capitu-
lis contentâ, & exigendâ a secus fa-
cientibus, complicibus, & fautoribus eo-
rumdem. Item quod illi ex dictis Ci-
vibus, qui nunc sint in ipsius Domini
Regis praesentia constituti, pro se &
suis omnibus Pacem hujusmodi, Pacis
intervenientibus osculis, & praedicta
omnia ex nunc acceperint & approbent
ac emolgent, & a suis sequacibus &
fautoribus curen t & faciant pro viri-
bus observari. Haec autem, ut praedi-
mittitur, dictus Dominus Rex super
discordiis praedictorum ad praesens pra-
nantiavit & statuit, retentâ videlicet,
& reservatâ sibi omnimoda potestate,
ea omnia & singula interpretandi, de-
clarandi, supplendi, & corrigendi, ac

A super aliis pronuntiandi, & statuendi,
ubi, quando, & quoties videbitur ex-
pedire. Nomina verò praedictorum in
praesentia Regiae Majestatis existentium
sunt haec. Et primo de Parte illorum
de Turre, Domini Casto Archiepisco-
pus Mediolani, Paganus Episcopus
Paduensis, Guido de Turre, filius quon-
dam Domini Francisci de Turre, Si-
moninus de Turre, Zonsfredas de Tur-
re, Johanninus de Turre, Imberardus
de Turre, Cajontius de Turre, Johan-
nes & Raymundus de Turre fratres,
Amphosius & Jacobinus de Turre fratres,
Philippus de Turre, Passerinus
de Turre, Monzirinus de Medoëtia
Jurisperitus, Oliverius de Turre, Leo
de Turre, Vincentius de Turre, Phi-
lippus de Turre, Raymundus de Turre,
Concinus de Turre, Vincentius de Tur-
re, Philippus Niger, Jacobus Baruf-
fius, Sambuelus de Turre, Villanus de
Turre, Minatius & Bonifacius de Oz-
zino fratres, Grisis Imperialis, Singe-
baldus, & Zanaterius, Ubertus &
Crosinus de Cuticis, Senagius Spanzo-
ta, Johannes de Vedano, Merlinus Te-
geracha de Paravixino, Jacobus de Con-
coretio, Philippus de Mora, Dominus
Jacobus Judex, Obizo & Thomasius de
Bernadigio, Paganus de Cernuscio, In-
geramus de Barni, Carlottus de Bar-
ni, Beltraminus de Barni, Obertinus
de Aliate, & Jacobus Mirabilia. Item
de Parte Vicecomitum Dominus Mat-
thaeus Vicecomes pro se & Dominis
Galeatio, Johanne, & Stephano filiis
suis absentibus, Luchinus & Marcus
filii sui praesentes, Ubertus Vicecomes
pro se, & Vercellino, & Ottolino si-
liis suis absentibus, Johanninus filius
ejus praesens, Ludovicus Vicecomes si-
lius Domini Petri pro se, & Gaspari-
no fratre suo absente. Qui omnes &
singuli supradicti unanimiter & concor-
diter nominibus, quibus supra, auditâ

¶ intellecta supradicta Domini Regis sententia, ipsam, & omnia ejus Capitula sponte & gratauerunt acceptaverunt, approbaverunt, & emologaverunt: promittentes sibi ad invicem, ac dicto Domino Regi per pacta expressa, & sub obligatione omnium honorum suorum, & in poenâ, & sub poenâ praedictâ, universa & singula attendere, facere, & completere. Et ad sancta Dei Evangelia corporaliter tacta juraverunt, condonantes sibi & remittentes invicem omnes injurias, restitutions, & emendas praedictas, & se in signum pacis invicem osculantes.

Asta sunt haec in Civitate Mediolani in Aula Domus Communis, praesentibus Dominis Balduino Archiepiscopo Treverensi, Tebaldo Episcopo Leodiensi, Pampiniano Episcopo Parmensi, Aymone Episcopo Gebennensi, Valerano fratre dicti Domini Regis, Amadeo Comite Sabaudiae, Guidone & Henrico de Flandria fratribus, Theodoro Marchione Montiferati, Ugone & Guidone Delfini fratribus.

A bus, Manfredo Marchione Salutarium, Henrico de Spanensi Praepositu Tertianensi, Andrea de Garrettis, Bernardo Layali, & pluribus testibus fide dignis, ad praemissa vocatis & rogatis.

Ego Bernardus de Mercato de Janua, sacrosanctae Romanae Ecclesiae & sacri Imperii auctoritatibus publicus Notarius, suprascriptis, una cum Jobanne de Disib Notario infrascripto praesens fui, & hanc chartam manu propria scripsi, signoque meo consueto signavi, & tradidi, feliciter rogatus.

Et ego Johannes de Disib, dictus de Cruce, Clericus Leodiensis diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, una cum suprascriptis testibus, & Bernardo Notario suprascripto, praemissis omnibus & singulis praesens interfui, & hanc chartam scriptam manu didi Bernardi signavi, & subscripsi rogatus.

Quandoquidem vero obscura quaedam in ejusmodi Pacem incurserant, novo edicto Henricus eadem explicavit.

Additamenta ad Pacem ab Henrico VII. Rege Romanorum facta inter Gibellinos & Guelphos Mediolanenses, Anno 1311.

IN nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecennisimo Undecimo, Indictione IX. die Secundo Mensis Januarii, Pontificatus Domini Clementis Papae Quinti Anno VI. ac Regni Serenissimi Principis Domini Enrici Dei gratia Romanorum Regis Anno III. Idem Dominus Rex, convocatis propter hoc & constitutis coram Regia majestate personis inferius nominatis, de plenitudine potestatis suae determinando & declarando quemadama articulum Pacis, quam nuper composuit inter eos & quosdam vicinos eorum, statuit, praecepit, de-

D crevit, & ordinavit, quod nullus eorum, vel sibi adhaerentium, bona vel jura occupet alterius: immo detenta & occupata per eum, sine contradictione qualibet dimitat illi personae, cuius sunt. Quod si de dictis bonis aut iuribus controversia, aut resistentia aliqua fuerit, recurrat petitor ad Vicarium Civitatis, qui vocato adversario audiat & definiat causam eorum super possessorio vel petitorio, prout actor voluerit eligere, sine strepitu & figura judicii, & puniat actorem succumbentem in restituzione expensarum litis facienda &c. 1 Reum vero injuste resistentem seu con-

Tom. XI.

E tradi-

tradicentem puniat poenâ centum Librarum Imperialium pro qualibet die, qua detinuerit rem petitam a die factae coram eo super ipsa re petitionis. Nomina verò praeditorum haec sunt: Dominus Paganus de Turre, Ibarralis de Turre: Josinus de Turre nomine suo, & Domini Guidonis de Turre: Phoebus de Turre; Tigeracha de Paravino; Thomas de Bernadigo; Manzinus de Modoëtia Jurisperitus; Minateius de Oxio; Griffus Sanarum; Ubertinus Dalga; Philippus Mora; Palarius de Turre; Ardecinus Marcellinus: Johannes de Vedano; Nestor Reyna; Isorradus de Varna; Johannes Morigia de Modoëtia; Ubertus Codega; Merlinus de Magis; Paganus de Raude, omnes Cives Mediolani.

Actum est hoc in Civitate Mediolani in Palatio veteri, quod inhabitat ipse Dominus Rex: præsentibus Dominis Theobaldo Episcopo Leodiensi, Pamphiliano Episcopo Parmensi, Amadeo Comite Sabaudiae, Guidone & Henrico de Flandria fratribus, Sallano de Pellarcano, & pluribus aliis testibus fide dignis, ad præmissa vocatis & rogatis.

Subsequenter verò Anno, Indictione, & loco, quibus supra, die III. Mensis Januarii, coram eisdem testibus præfatis Dominus Rex, convocatis propter hoc specialiter & constitutis in præsencia Majestatis suae personis inferius nominatis, de plenitudine potestatis suae determinando iterum & declarando articulum supradictum Pacis prædictæ, ipsam declarationem, ut superius scriptum est, fecit eis legi & publicari. Et iterum ipsis præsentibus statuit, præcepit, decrevit, & ordinavit, prout superius continentur. Nomina verò ipsorum sunt haec; Oliverius Marcellinus: Imberlandus de Mandello: Ottolinus de Sorefina: Ricardus Vicecomes: Lampu-

Agnanus de Pusterla: Mazinus de Mandello: Manzinus Marcellinus: Puginus de Buzichio: Cabrinus de Lampugnano: Bazianus de Bevebò: Oldranus de Bizozero: Johannulus de Modoëtia: Annalia de Beutio: Marlianus de Marliano: Villanus Beccarins, Francinus Vicecomes, omnes Cives Mediolani.

B
Et ego Bernardus de Mercato de Janua, sacro anæ Romanae Ecclesiae, ac sacri Imperii auctoritatibus publicus Notarius, his omnibus una cum Leopardo inscripto præfens sui, & hanc chartam scripti, signoque meo conueto signavi, & tradidi feliciter, rogatus.

C
Ego Leopardus filius quondam Freneti Notarii de Sancto Petro de Pisis, Imperiale auctoritate, Judex ordinarius atque Notarius, prædictis omnibus & singulis in dicto ultimo Instrumento contentis, una cum Magistro Bernardo Notario præsens fui, & ipsi Instrumento, manu dicti Notarii scripto, me subscripti, ipsiusque meo signo consueto signavi fideliter, rogatus.

D
Ad haec diversa pro diversis Urbibus fuit Gibellinorum Guelphorumque civilis discordia. Nonnullis sat erat, adversam partem e Civitate extrudere, eorumque fortunas addicere Fisco, sanguini & animabus, quantum poterant, suorum Civium temperantes. Quam moderationem offendisse mihi visus sum præcipue in Genuensi Populo: & quamvis non semper servata haec fuerit, laude tamen sua minime fraudandus est Populus ille. Annales Caffari ejusque Continuatorum percurre: ipsis quoque addesis Annales Stellae. Incredibili contentione animi ac virium utraque Factio, quibus eximia illa Civitas diutissime scissa fuit. in id identidem nitebatur, ut alterum sibi adversaretur dejiceret. Conserebantur saepe manus; sed raro e mente excidebat, iram

iram & pugnam esse adversus suos, hoc est ejusdem Civitatis filios, sibi-que non raro vinculo affinitatis con-junctos. Stellam loquentem audiamus ad Annum MCCCXCIV. pag. 1143. Tomi XVII. Rer. Italicarum: *Si re-probandi sunt Januenses, quia tam de facili surgunt ad arma; eorum tamen est exprobratio mitiganda, quum his temporibus raro armorum strepitu scelus eveniat in ipsa Urbe. Absunt enim praedae, homicidia, & adulteria, aliaque nefaria. Sed si qua in ipsis Civitatis loco intersecio accidit, sive praeda, hae raro, & contra valde paucos eveniunt. Sed alias acrior rabies armabat. Aemulis e lare paterno eliminatis, sae-viebant in eorum Palatia, Turres, ac aedes, eas nimirum funditus ever-tentes: quae dementissima ira aliquot Civitatum faciem omnino deforma-vit. Id praeferit Florentiae, Bononiae, Cremonae, ut ceteras Urbes omittam, accidit. Celeberrimum ver-rò in Historia est Gibellinorum Flo-rentinorum consilium. Nempe extor-res ii e patria, quum in proelio ad Montem Apertum Anno MCCLX. Guelphos Florentiae dominantes insi-gni clade attrivissent, ipsumque Urbem, elapsis inde partis adversae reliquiis, recepissent: statuerant uni-versam Urbem, Patriam videlicet suam, moenibus exuere, ac ferme delere, ne aemulis profligatis ultra spes esset refugii. Vix absuit, quin furiosam deliberationem effectus con-sequeretur, verum tantà constantià animi ac vocis obstitit Farinata de Ubertis vir sapiens, ut suorum Ci-vium fuorem florens illa Civitas felicissime evaserit. Evidem tempera-re non possum, quin heic Majorum nostrorum insaniam aperto ore pro-dam atque execreri. Vix ullam ex Civitatibus tunc Liberis mihi ostend-*

A das, quae, dum furentes ejusmodi factiones vigebant, aut inter Ple-bem & Nobiles discordia seruebat, non confueverit, ut nuper ajebam, dejicere & solo aequare domos ac Palatia adversorum Civium succum-bentium, aut in seditiones quoque & homicidas pari rigore animadver-teret. Immo poena haec in munici-palibus eorum temporum Legibus sae-pe constituta recurrit. Uni Mutinen-ses instar omnium heic mihi sunt. Ut est in Statutis MStis hujus Ur-bis, Anno MCCLXXV. decretum fuit: *ut si quis per se, vel per alium, Civem, vel Comitatuum Mutinae, stu-diose interfecerit, in Banno perpetuale ponatur &c. Et omnia sua bona immo-bilia devastentur; mobilia, & jura om-nia, & rationes ipsius perveniant ad heredem defuncti; etiam immobilia, postquam devastata fuerint, integre pro-medietate debeant pervenire ad ejus heredes &c. Quod canes in lapidem contra se projectum irascantur, ride-re solemus. At quod homines ratio-ne utentes, & patriae suae, ut de-cet, ac opus est, amatores, quando in Cives inimicos, aut fontes rabiem exercere non poterant, aut iis etiam prostratis ac caesis, in eorum aedes tam facile saevierint, nemo nisi cae-co furori id tribuat. Non adversariis tantum, sive facinorosis, eo consilio officiebant, sed & sibi, ac ipsi Pa-triae suae, quam tot commodis ac ornamentis spoliabant, & aedes aliis profuturas prorsus evertebant. Quare non immerito Gualvaneus de la Flam-ma Anno MCCCXL. laudabiles con-suetudines a Principibus Vicecomiti-bus in Urbem Mediolanensem inve-etas describens Tomo XII. Rer. Ita-licar. pag. 1041. in haec verba lo-quebatur: *Sexta Lex est, quod domus exbannitorum, seu preditorum non de-bruantur,**

scruantur, immo pro communi utilitate serventur: quod hactenus non sivebat, immo quasi pro nibilo ad terram projectebantur: quod miro modo Civitatem deturpabat, & manifestam infamiam inducebat. Detestabatur & Matthaeus Villanius Lib. 9. Cap. 55. brutalem hunc morem, quem in concionibus suis laudarat Frater Jacobus Bussolarius, Ticinensis Populi tunc paene Rector, nobis certe hac de causa minime laudandus, immo ne suo quidem tempore meliorum vituperatione immunis. Ma quello, inquit Villanius de eodem B ssolario, che più pareva suo (*) nome d' errore nel cospetto di tutti, erano le rovine de' nobili edificj di que' di Boccheriz, e d' altri notabili Cittadini, che li seguivano: mostrando, che l' abbattere il nido agli uomini rei, era meritorio; quasi come se peccassono le case: che è stolta cosa, tuttociò per mala osservanza tutto giorno s' insegnano queste cose.

A Denique fuere, qui non secus immo acris, quam contra exteroros hostes, exarserunt, atque egerunt adversus Civis suos contrariae Factio- nis. Pessimam hanc laudem non inter ultimos occuparunt Mutinenses mei, quibus usque ad internectionem persequi adversarios suos mos fuit, quum heic Gibellina Secta, quam partem Graulorum appellabant, & Guelpha sub nomine * Agonum cognita, acerbissimis odiis inter se decer- taient. Et vetustae quidem ejusmodi Factiones in Urbe nostra fuere, scilicet vel antequam infanda nomina Guelphorum & G bellinorum ex Erebo emersissent, in montibus nostris nata, & suâ contagione in Civita tem ipsam illapsa. Mentio sane earum occurrit in Actis, quae manu exarata adserat Regestum antiquissimum MStum Civitatis nostrae, & nunc evulganda censui.

Juramentum praestitum a Rektoribus Procerum & Valvassorum
Mutinae de recto regimine tenendo sub Rektoribus
Communis Mutinae, Anno 1185.

IN nomine Domini nostri Ihesu Christi. Millesimo Centesimo Octuagesimo Quinto, XI. Kalendas Junii, die Jovis. Breve recordationis, qualiter Barufaldus, & Lotberius, & Tibertus de Falsabrina, Bernardus de Campilio, Johannes Balugole, & Campiliolus, Rektores Procerum, & Valvassorum Mutine, juraverunt regere omnes alios bona fide ad eorum conscientiam, & te-

D nere pacem inter eos, & bene operare ad Curiam & ad Civitatem. & non male eis, qui sub eis juraverunt, vel deinceps jurabunt. Et si discordia est vel erit inter eos, facere fieri pacem, nec guerram facere, nec vindictam sine parabola Rektorum, & dicere eis illud, quod melius vilum fuerit, & finire infra quadraginta dies, si per partes non siterit, sine fraude. Et si qua pars sub

(*) In editione Hist. Matthaei Villanii, quam Venetiis Dominicus & Joannes Baptista Guerra fratres typis confignauerunt instantibus haeredibus Bernardi Junctae de Florentia anno 1567. haec eadem lectio occurrit, non quidem in Cap. 55. lib. IX. verum 34. Et ad verba, che più pareva suo nome d' errore ec. marginalis haec nota fuit adposita: *Menca alcun verbo; uti & inferius, ubi legitur, che è stata cosa, non stolta cosa ec. adnotatur in margine: Scorretto. Utra vera sit lectio videant Eruditi, & quibus MSta consulendi, quae nobis deest, copia datur.*

Sub eis esse noluerit, & obedire, omnes tenentur adjuvare eum vel eos, qui obedire voluerint; & pacem tenere. scilicet Corboli, & Gualandelli, & A giones, & illi de Campilio, & Vallavassores Balzulæ. Et unusquisque de predictis juravit, quod facheret jurare unumquemque de eorum progeniis, stare & obedire mandatum & mandata Rectorum, & consilium dare, & Credentias tenere inter se de eis, que erunt dicte per Rectoribus, vel per Nuncium, five literas; & pacem tenere contra omnes homines, preter contra Imperatorem, & Commune Mutine; & in eis adjuvare bona fide. Et si electi fuerint, accipere Consulatum, accipere debent; & ipsi Rectores debent esse sub Rectoribus Civitatis Mutine, vel sub Potestate, qui erit per tempora; & apud Curiam Imperatoris, & suis Nun-

A *ciis ex parte Civitatis bene operare & agere & consulere debent, quicquid eis, & nobis utile erit, bona fide, & sine fraude; & hoc totum observare debent usque ad decem annos; & semper in Kalendis Junii debent mutare Consulē vel Consules, five Potestatem; & jungere debet Communi concordia Rectorum, scilicet Civitatis & predictorum, salva fidelitate Imperatoris, id quod eis melius visum fuerit.*

B *Actum in Ecclesia de Castro Vigne feliciter.*

C *Isti sunt, qui juraverunt de predictis Rectoribus, Jacobus, Enricus, Ildebrandinus, Albertocius, Salomon, Birvinus, Azolinus, Gioldus, Guido de Paule, Guido de la Montania, Ugolinus de Campilio, Ubertinus Bazalorius, Bonifacius, Gerardinus.*

Laudum promulgatum a Consulibus Mutinae inter Fregnanenses & Aginonos, Anno 1188.

IN Christi nomine. Millesimo Centesimo Octagesimo Octavo, Indictione Sexta, XIX. Kalendas Januarii, die Mercurii. Nos Consules Mutine, Radalus Fredionum, Albertus Pildegnere, Jacobus de Gorzano, Carnelvarius, Rolandus de Pregenariis, in quos, Fregnanenses, scilicet Domini Gualandelli, quorum quidam erant ex una parte, & quidam ex altera, & Aginoni, quorum quidam similiter erant ex uni parte, & quidam ex altera, & Casulanenses, atque Punianenses, & Gwinulenses, se compromiserunt cum pignoribus & ossidibus, & sacramentis prestitis pro Communi Mutine, videlicet de omnibus guerris & maleficiis & dampnis, & de omnibus controversiis, quarum occasione guerre inter eos erant: convocato Consilio totius Civita-

D *tis ad campanam sonatam, concorditer tale Laudum inter eos constitutos in presentia nostra & predicti Consilii tulimus: Ubaldum scilicet Gualandellum, tunc temporis Potestatem Fregnanensem, & sue partis Gualandellorum, & Bartholomeum, Heircum, Picam, Parixium, Grimaldum, & filios ejus Jacobum & Ugolinum, Thomaxium, Radaldum, Turisanum, Bonifacium Rizelli, Paganellum, & Rialem, atque Ugolinum de Campilio, & fratres pro se, & pro aliis de sua parte, & Tebertum Falsabrine, Loterium, Adegerium de Bagno, Bernardinum Buceferri, & Girardum, & Tebertum fratres, Beruinum, & filium Bonifacium, Albertocium, Lanfrancum, Cimigellum, & Rainerium Gualandellum, Petricinum de Gomula, & Rainerium, omnes*

ex

ex alia pro se, & sua parte, videlicet ut sententiam, sive laudum Domini Episcopi latam inter Tebertum & suam partem, & Casulanos & Pulianos, & suam partem ex alia, obseruent perpetuo & firmam teneant. Et pro morte Nicolai Tebertus, & Aginones emendent filiis Nicolai tres Libras Imperiales, & quadraginta Soldos Barnafaldo. Et ut in singulis Rochis & Castris, illi, quorum Communia sunt, secesserent eas ad invicem sibi per sacramentum & confines earum. Et ut consortes Domini Becasabe suam partem Benedelii & Curtis pro arbitrio tenere quiete, & pro suo velle alienare non impedian, quousque per legitimas probations ostendant, quod ipse debeat eis alienare, quando vult alienare. Et ut in Mesolata nullum edificium faciant, sed ita dimittant, sicut nunc est, usquequo Rectoribus Mutine, qui per tempora erunt, placuerit cum communici Consilio ad campanam sonatam aliter precipere & ordinare. Et hoc retinemus in fortia Communis, nec aliter diffiniimus. De omnibus verò maleficiis & dampnis & offendis ab utraque parte commissis precipimus, ut finem factum vicissim firmiter teneant, salvis precepit, que fecimus de rebus invicem restituendis. Predicam verò securitatem Rocharum & Castrorum, & restitutions rerum ablatarum, sicut precepimus, hinc usque ad proximum annum novum fieri precepimus. Et sic omnia predicta per sacramentum, & sub pignoribus & offidibus nobis datis, utrique parti pro se, & pro aliis precepimus.

Affum in Consilio ad campanam sonatam, Mutine feliciter.

Hi interfuerant de Consilio: Dominus Guiscardus Parmensis Advocatus Mutine, Johannes Canis Advocatus Mutine, Gerardus Judex de Bajoaria, Rolandus Bajamontis, Albertus de Prege-

A nariis, Albertus Piligrini, Albertus Ubaldus, Guillielmus Atti, Lanfrancus Munarii, & Conradius Bosseti, Lambertinus Grepi, Adegerius Donusdei, Girardus Graciani, Bulgarinus, Ubertinus, Rainucinus Bucebadate, Prodorus, Ubertinus Arcarie, Raynaldus Ysembardi, Albertus de Panzano, Modenensis Ferrariorum, Guizardus Rocii Canelli, Gaudulfus de Saltino, Armaninus Pegolotti, Squartia, Bravus, Rainierius, Albertus de Marano, Sinebalodus de Montevelio, Rolandus Richelmi, Wizardus Colonensis, Johannes de Runcho, Bernardus Notarius, Petrus Pacifico, Guido Necius, Petricinus de Montevelio, & Gerardettus, & alii multi.

C Ego Petrus sacri Palatii Notarius iussu preditorum Consulum hoc scriptum, ut supra legitur, scripsi.

D Attamen in hoc etiam non dicam discordiae, sed crudelitatis studio Bononiensis Populus Mutinensem post se reliquit. Ibi Hieremienium factio sub Guelphorum signis militans, Lambertaciis Gibellini nominis infesta, Anno MCCLXXIV. (Ricobaldo teste synchroно in suo Pomario, Tomo IX. Rerum Italicarum) in aemulos furibunda insurrexit, eosque post diras caedes ac incendia salutem fugā querere coēgit. Non satis fuit viatoribus, exsilio viētos multasse; ne eos quidem, quod se in amicas Urbes receperissent. pace atque hospitio frui siverunt, sed precibus ac minis inde exturbandos curarunt. Ita Genuae (ut hoc obiter dicam) Mascherati Gibellinam factiōnem, Rampini Guelpham profitebantur. Arretini verò Guelphi la Parte Verde appellati sunt, Gibellini i Secchi. Post haec Bononiae invaluerunt geminae Factiōnes, Scacchesia, videlicet, & Mala-

traversa. Pisis quoque Pergolini, & Raspanti internecinis odiis inter se certarunt. Sed ejusmodi postremae, aliaeque similes Civitatum Factio-
nes Familiae potius aliquujus amore, quam Guelphi aut Gibellini nominis studio furebant. In Actis Populi Ferrariensis sub Ohizone Principe Estensi Anno MCCLXXIV statutum fuit, ut quicumque bannitus fuerit a Communi Bononiae, sive sit pro parte Lamberti-
cia, sive Gibellina, abeat, aut extrudatur e Civitate & districtu Ferrariae. Quod verò Imolenses, Faventini, & Forolienses profugis hospitium praebuissent, neque eos dimittendos censerent, iis indictum est bellum a Bononiensibus, qui post Imolam receptam, Faventiam quoque obsidione tentarunt. Sequenti Anno, inito proelio inter ipsos & Lambertios, ingenti clade fracti Hieremenses, Carrocium in potestate hostium dereliquerunt. Tunc restauratis viribus, iterum cum iis & Foroliensibus manum conseruere: in quo certamine Guelphorum Bononiensium plura millia desiderata fuere; atque ita eorum res affictae, ut quae Ci-
vitas antea toti ferme Romandiolas dominari videbatur, e pristino splen-
dore atque potentia aperte nimis decidere coeperit. Quod exempli caus-
à de Bononiensibus memoratum est, compluribus aliis Urbibus pari infelicitate accidit, quae ex hujusmodi odiorum diffidiorumque immanitate, aut multum dignitatis, ac opum sibi detractum viderunt, aut libertatis ja-
cturam fecere. Infelicia sane tempora, quibus nulla intestina quies ple-
risque Civibus erat, & bella fere semper aut erant, aut imminebant, non cum hostibus tantum externis,

A sed & cum suis; & exsiliū subire modò una pars, modò altera cogebatur, & nemo finebatur domi confi-
stere tuto.

B Sed jam inquies: nulla-ne erat via ac ratio compescendi tanti furoris? Episcopos, aliosque Religiosos viros num zelus, num vox è tempestate deficiebat: quo subsidio nunquam amplius quam in tanta perturbatione Civium opus fuit? Utique non defuit in sacris viris concordiae stu-
dium, & cura omnis restituendae pacis; neque ulla praetermissa fuere officia atque experimenta, quae Religio, Caritas, & sacra Eloquentia ministrare consueverunt. Interdum quoque solemnibus pactis ac ceremoniis ad osculum pacis dissidentium ira deducebatur. Anno MCCXXXIII.
C ut habent Annales veteres Mutinen-
ses, Tomo XI. Rer. Italicarum, fa-
ctae fuerunt paces Mutinensem, me-
diante Fratre Gerardo Ordinis Minorum,
D & omnes quacumque de causa a Communi Mutinae banniti, reversi sunt,
praeter quinque. Sed brevi inita con-
cordia scissa fuit. Saepe etiam quum instabat proelium aliquod inter Ci-
ves, erupcebant Episcopi & Clerus cum Crucibus, sacrificante Reliquiis, fuoremque insanientis Populi repre-
mabant. Quae grandia egerit Frater Johannes Vicentinus Ordinis Prae-
dicatorum eodem Saeculo XIII. pro deducendis ad pacem Populis Mar-
chiae Tarvisinae, Bononiensibus, &
E aliis, Rolandinus, Miscella Bononiensis, & complura alia Chronica edisserunt. Atque heic editum volo Instrumentum ipsum Laudi, quod tunc idem religiosus vir pronuntia-
vit, adservatum apud nobiles viros Monticellos Cremenses.

Laudum pacis stabilitae a Fratre Johanne Vicentino Ord. Praedico;
inter Cives Veronenses Gibellinos & Guelphos,
Anno Ch. 1233.

„ IN nomine Domini nostri Jesu
 „ Christi, a Nativitate ejusdem
 „ Millesimo Ducentesimo Trigesimo
 „ Tertio, Indictione Sexta; Domi-
 „ no Federico Imperatore regnante,
 „ die Lunae IV. Kalendas Septem-
 „ bris. In campane Veronae versus
 „ Mantuam, juxta fluvium Atesis,
 „ longe a Civitate Veronae per tria
 „ milliaria: ubi namque aderant Ci-
 „ vitates Veronae, Mantuae, Bri-
 „ xiae, Paduae, & Vincentiae cum
 „ Carociis, & Tarvisani, Veneti,
 „ Bononienses, Ferarienses, & de
 „ diversis partibus in maxima quan-
 „ titate gentium cum Insignis, &
 „ Vexillis. Præsentibus Dominis Ja-
 „ cobo Veronensi, Fratre Gualla Bri-
 „ xiensi, Guidotto Mantuano, Henrico
 „ Bononiensi, Guillielmo Mutinensi, Ni-
 „ colao Regiensi, Tisio Tarvisino, Man-
 „ fredo Vicentino, & Nicolao Padua-
 „ no, Episcopis: Tancredo Bononiensi
 „ Archidiacono, Fratre Bartholomaeo
 „ Priore Fratrum Praedicatorum de
 „ Verona, Fratre Jacobo de Bono-
 „ nia, Fratre Guidone de Parma,
 „ Fratre Susinello de Padua ejusdem
 „ Ordinis: Dominis Uberto Viceco-
 „ mite Bononiensi, Petro Aluferii
 „ Tarvisino, Arditione Advocato Pa-
 „ duano, Henrico Becaldi de Rivo-
 „ lis Vicentino, Jacobo de Terzago
 „ Brixensi, & Johanne Bochaz Fe-
 „ rariensi, Potestatibus: Domino Jor-
 „ dano Sancti Benedicti de Padua,
 „ & Girardo de Ganausis de Padua.
 „ Cum quaestio & discordia vertere-
 „ tur de multis, & Guerra fuisset
 „ haec tenuis a multis retro temporis

A „ bus inter Dominum Rizardum Co-
 „ mitem de Sancto Bonifacio & par-
 „ tem ejus ex una parte, & Qua-
 „ tuor viginti & Monticulos ex par-
 „ te altera. Et cum utraque pars
 „ compromisisset in me Fratrem Joan-
 „ nem Vicentinum de Ordine Fra-
 „ trum Praedicatorum, tamquam in
 „ Arbitrum, arbitratorem, & ami-
 „ cabilem compositorem; & meis
 „ mandatis stare jurassent, compro-
 „ misso, seu promissione vallata sub
 „ poena mille Marcharum auri pro
 „ parte, & pro quolibet Principe,
 „ & sub poena mille Marcharum ar-
 „ genti pro quolibet Milite, sicut
 „ apparer Instrumento facto per Gi-
 „ rardum de Tramonte Notarium
 „ Paduanum.

B „ Ego Frater Joannes Vicentinus
 „ de Ordine Fratrum Praedicatorum,
 „ primo divina gratia invocata ex
 „ parte Redemptoris Domini nostri
 „ Jesu Christi, & auctoritate beato-
 „ rum Apostolorum Petri & Pauli,
 „ & Domini Gregorii Papae, excom-
 „ munico, maledico, anathematizo,
 „ & trado Diabolo Sathanæ omnes
 „ contradictores, & violatores Pa-
 „ cis, quam super praedictis, & in-
 „ ter praedictos promulgavero, &
 „ pronuntiavero; & sequenter pro-
 „ nuntio & promulgo, arbitror &
 „ sentio, sicut Arbitr, arbitrator,
 „ & amicabilis compositor, plena-
 „ riā remissionem de omnibus dam-
 „ nis datis, injuriis, & contumeliis
 „ tam in personis, quam in rebus,
 „ & juribus, ut ita loquar, ab una
 „ parte in aliam, & e converso ab

C „ „ una

D „

E „

„ una persona vel pluribus in unam
 „ personam alterius partis, vel plu-
 „ res, vel in unum jus alterius par-
 „ tis, vel plura. Et de his omni-
 „ bus, & consimilibus pronuntio,
 „ arbitror, & statuo firmam Facem
 „ inter..... esse, & in perpe-
 „ tuum inviolabiliter observari, ut
 „ & ipsi per suos ita faciant obser-
 „ vari, & conservari, nec aliquo
 „ modo, vel ingenio, seu fraude fa-
 „ ciant, vel procurent, aut suo pos-
 „ se permittant, ut al'a Pars offen-
 „ datur, vel aliquis alterius partis,
 „ vel favore ipsius Partis in rebus,
 „ five personis, vel alio quovis mo-
 „ do, occasione praedictae guerrae.
 „ Item volo, & mando, ut Comes
 „ cum sua Parte tam de Civitate,
 „ quam de Villis, ad sua Loca re-
 „ vertatur libere ac secure, de qui-
 „ bus propter guerram exiverunt, si
 „ ve de Civitate, five de districtu.
 „ Item praecipio sub poena sacra-
 „ menti, quod illi, qui steterunt in
 „ Civitate, & in Villis, nullam in-
 „ juriam inferant illis, qui rever-
 „ tentur, sed cumquam fratres eis
 „ benigne ac pacifice recipiant, at
 „ que tractent. Item praecipio per
 „ aspersiōnē Sanguinis Domini mei
 „ Jesu Christi, sub attestatione divi-
 „ ni Judicii, & sub ejus maledicō-
 „ ne, atque mea, utramque Partem.
 „ & singulos de ipsa, & in remis-
 „ sionem omnium peccatorum injun-
 „ go, ut omnem injuriam sibi ad
 „ invicem factam verbo vel facto,
 „ de puro corde remittant, omne o-
 „ dium & omnem rancorem de suis
 „ cordibus expellentes. Quae quidem
 „ Partes in continent i sibi invicem
 „ remiserunt omnia supradicta, ut
 „ dictum est, stipulatione praemissa.
 „ Item decerno, volo, & districte
 „ praecipiendo mando, ut quicum-

A „ que de parte alterutra in Civitate,
 „ vel extra occasione hujus guerrae
 „ possessionem suam, vel quasi di-
 „ misit. Item si rem quacumque
 „ mobilem vel semoventem ad ipsum
 „ absque difficultate & contradicō-
 „ ne alicujus revertantur; & ipsam
 „ rem habeant cum effectu: ita ta-
 „ men quod nulli ex hoc in petito-
 „ rio vel possessorio praejudicium ge-
 „ neretur, non obstante occupatione,
 „ adjudicatione, five designatione per
 „ quacumque personam privatam,
 „ seu publicam, five per Commune
 „ tempore guerrae, factam, seu sal-
 „ vis omnibus actionibus, & juribus
 „ utriusque parti nunc competentibus
 „ in omnibus possessionibus aliis ven-
 „ dicandis, five procernendis, quas
 „ aliquo tempore perdiderunt. De
 „ dannis vero ab utraque parte fa-
 „ ctis & datis post treguam meam,
 „ sub debito juramenti districte prae-
 „ cipiendo, ut restituatur hinc inde;
 „ tamen ab alterutra partium nulla
 „ propter hoc sumatur vindicta, sed
 „ pro restitutione obtainenda recurra-
 „ tur ad illos, quos super hoc du-
 „ xero depositando. De dannis tem-
 „ pore guerrarum datis, nihil desig-
 „ nio ad praesens, sed meae potesta-
 „ ti, & arbitrio reservo. Item dico
 „ & praecipio de debitibus pecuniariis
 „ ex causa mutui vel quasi mutui
 „ factis, non fit jus, vel reddatur,
 „ nisi pro ut ego meo consilio dispo-
 „ suero plus vel minus, secundum
 „ meam voluntatem. Item volo &
 „ jubeo quod omnes condemnationes
 „ non exactae vel solutae, & banna-
 „ usque ad tempus treguae meae,
 „ quocumque tempore, ante etiam
 „ a centum annis facta, irrita peni-
 „ tus sint & cassa, & ipsa refringo
 „ & cassio: & praecipio, quod om-
 „ nes banniti de Libro bannitorum

B „

C „

D „

E „

F „ extra-

„ extrahantur, qui positi sunt ante tempus treguae praedictae. De damnis autem datis Episcopatui Veronensi, & aliis Ecclesiis ab utraque parte, meo arbitrio reservo. Item laudo & praeципio, quod omnes Dajae, Collectae, atque Taleae hactenus impositae, quae exactae non sunt, cassae sint, & amplius non exigantur sine mea licentia speciali, vel ejus cui dilaxavero. Item Colligationes & conjuratores huic Paci contrarias, ab utraque parte factas & faciendas casso penitus, & damno, pronuntians illos, qui se talibus sacramentis astrinxerunt aliquatenus, non teneant. Et pronuntio, ut ad invicem se absolvant.

„ Et haec omnia laudo, pronuntio, atque praeципio, in perpetuum in singulis Capitulis observari sub poena & in poena mille Marcharum auri, & sub maledictione Domini mei Jesu Christi atque mea, facta contra violatores Pacis, & contradictores mandatorum meorum. Ut autem Pax ista, Deo auctore promota, ipso adjuvante remaneat inconcussa, pro ipsa scientia poenam duxi contra violatores, & perturbatores ipsi meritò apponendas. Ex parte igitur Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Apostolorum Petri & Pauli, maledico, excommunico, & anathematizo illam Partem, vel illos, seu illum de altera partium, qui hanc Pacem non suscepserint, & mandata mea, & pro ea factis non paruerint, vel non servaverint, vel dictam Partem violaverint, aut turbaverint, seu quovis modo contravenerint, partem aliquam, vel aliquem de ipsa in rebus, vel personis per do-

A „ lum, vel violentiam graviter offendendo. Cui sententiae volo sub jacere omnes, qui violatoribus, & turbatoribus hujus Pacis dederint in hoc auxilium, consilium, vel favorem. In qua sententia volo etiam comprehendendi circumvicinarum Potestates & Consilia Civitatum vel in unam alterius partis, vel plures..... sed sit res in eo statu, quo erat ante per octo dies, quod occasione praedicta eam taliter dimisisset.

B „ Ego Bonifacius Regalis Aulæ Notarius, quondam Aspectari filius, Mutinensis Civis, & nunc Notarius dicti Fratris, praedictis omnibus interfui, una cum Girardo de Tramonte Paduano, & Jacobino Gratioli de Bononia Notariis, & jussu praedicti Fratris, e jusdem tenoris cum eidem plura Instrumenta scripsi, & superius correi & emendavi, vel in unara ac etiam & alibi, sed sic res est.

C „ Ego Boniprandus de Spitiariis Notarius Domini Regis Federici autenticum hujus exempli vidi & legi, & ut in eo continebatur, ita in hoc legitur exemplo, nihil per me juncto nec diminuto praeter literas vel syllabas, seu signa, pro quo sensum vel sententiam mutet in aliquo &c. rogatus scripsi.

D „ Porro dies me deficeret, si quoslibet Religiosorum virorum conatus pro reintegranda tunc pace & amore inter Cives enumerandos susciperem. Verum quod una dies, singulari omnium plausu & gaudio sarciebat, altera subsequens dilacerabat: adeo exulcerati erant animi, & ad tumultum uitiorumque proni, & quietis ac pacis impatientes. Vide in Tomo IX. Rer. Italicar. quae Jacobus de Varagine Archiepiscopus Genuensis

Anno

Anno MCCXCV. egerit, ut immanni discordiae finem faceret inter Civites suos, & quam brevi pax parta labore summo evanuerit in leves au ras. Attamen dolens repeatam: nulla fortasse Civitas civilis belli ac odii pertinaciâ cum Mutinensi certare potuit. Anno MCCLXXXIV. seditiones, ac mutuae caedes miseram faciem, & extremum paene discrimen divisae Urbi attulerant. Nihil omisere tunc socii Parmenses industriae, officiorum, & precum, ut turbinem pejora minitantem sedarent. Sed primo ne auditu quidem fuere illorum Legati. Suis addidere illi Bononiensem Legatos, ac tandem adhibitis tot arietibus fractus est Muniten sium furor; atque Episcopo & Cle-ro cum Reliquiis Sanctorum intercede nte, in Palatio Reipublicae ad concordiam res adducta est, & pax constituta. Sed non ita multo post ignis sopitus quidem, non autem extinctus, in gravius incendium erupit, usque adeo ut Mutinensis Populus nunc mitissimus, ac in omnia huma nitatis, comitatis & pacis consilia proclivis, Majores suos mirari pos sit, qui asperitate ac pervicaciâ ceteris ferme Italiae Populis infelici sime olim anteibant. Atque ii propterea, neque fortasse immerito, in se pertraxerunt duram illam notam, qua eos aspersit Anonymus Auctor Historiae Parmensis, & quidem synchronus Scriptor, in eodem Tomo IX. Rer. Italicarum, quum ad Annū MGCCVII. ait: *In Civitate Mutinae, quae semper fuit in his parti bus Lombardiae exordium motionum, & novitatum origo, ex antiquis ediis partium, scilicet Guelsae & Gibellinae, multae novitates fuerunt. Nam Mutinenses non valentes simul quiescere, se noviter diviserunt &c.*

A Jam supra monui, ex hisce feralibus discordiis debilitas Urbes non paucas, aut vicinis potentioribus in praedam tandem cessisse, aut coætas fuisse sibi adsciscere, sive pati novos Dominos, veteri Libertate amissâ. Ultro Ferrariensis Civitas Seculo Christi Tertiodecimo Estensum Marchionum placido regimini sese com misit. Ultro quoque Mutinenses Anno MCCLXXXVIII. omnia sua sub didere Obizoni Marchioni Estensi, Ferrariae ac Rhodigii domino, ejusque successoribus; quo exemplo permoti Regienses Anno MCCXC. & ipsi in ejus ditionem sponte conces serunt. Nimurum nullum aliud præsentius ac efficacius remedium est adinventum a quibusdam Populis, quo tollerentur tot pessima abominandæ illius divisionis consecaria, quam Principem sibi diligere, cuius prudentia ac potentia singuli in pace ac officio continerentur. Libertatem enim cum Servitute commutare tunc optimum est, quum Libertas in extremam perniciem rem publicam trahit. Non juvat inquirere, an iisdem gradibus, ac voluntaria Populorum de ditione, aut electione, tot alii per ea tempora, & post etiam, ad principatum in sua patria, aut in finiti mis Urbibus ascenderint. Illud tantummodo innuendum, vix ullam numerari posse e liberis olim Italiae Civitatibus, quae non aliquando in potestatem alicujus sive Domini, sive Tyranni, aut sponte, aut invita migrarit; idque præcipue tribuendum esse insanis earum Factionum motibus, & calamitatibus inde subsequatis. Quamquam ne sic quidem quiete multi didicerunt. Neque Libertatem, neque Servitatem pati no verant animi adeo ab affectibus tur gidi ac incitati. Proinde ubi sese offe

offerebat occasio, tumultuari denuo mos fuit, & excusis prioribus Dominis, aut alii ad clavum rei publicae admovebantur, aut Libertas perniciösior interdum recipiebatur. Fuerunt etiam Urbes & Populi, in quibus tam aliae ejusmodi tēterrīma odia radicem fixerant, ut vel sub ipsis Principib: altera Factio in alteram saeviret, earumque furor cohiberi nulli ratione posset. Jam evulgavi D:arum rerum Bergomatum, Auctore Castello, Tomo XVI. Rer. Italicarum. Suberat ea Civitas a multis annis Vicecomitum Mediolani dominantium imperio. Attamen vide quot calamitates, quo caedes vel circiter Annū MCCCC. eam ob caussam inter Bergomates acciderint, ita ut lacerata & collapsa fere tota illa Civitas fuerit, quum sub Philippo Maria Mediolani Duce ditioni Venetorum Anno MCCCCXXVIII. adjuncta est.

Ceterum justae Historiae locus foret, si quis Guelphorum & Gibellinorum detestanda facinora, frequentissimas caedes, dominatum mutationes, fluxum & refluxum, variam denique fortunam latius enarrandam

A susciperet. Mihi paucis agere in isto argumēto constitutum est. Sed minime reticebo, exitiales hasce Sectas non in furialia tanum certamina fuisse raptas, sed & in deliria perquam ridenda declinasse. Aliis enim vexillis aliis vestibus, ut veteres Historici tradunt, alio regimento capitis utebatur una Factio, aliis altera. Guelphum & Gibellinam a certo vestium colore dignovisses, a capillis demissis aut in nodis collectis, aut aliam in speciem educatis, a salutationis quoque formula, immo vel ab ipsa incidendi panis, aut mappulae componendae ratione. Et haec quidem dissidentiam Populorum rabies potiorem Seculi XIII. partem & per totum Seculum XIV. Italiā fere universam afflixit. Neque ab ea immune fuit Seculi XV. exordium. Sunt mihi Literae eo tempore scriptae a Florentinis ad Pandulfum Malatestam Brixiae dominantem, quas tenebris eruptas volo, desumptas ex Codice MSto Chronicī Mediolanensis: ut inde intellegas, quām bene animati forent in Gibellinos Guelphi illius temporis.

Epistola Populi Florentini ad Pandulfum Malatestam, Brixaē Dominum, Anno 1406.

Magnifice Domine, amice carissime. Postquam per Dei gratiam inclyta Pars Guelphorum, quae jam annis plusquam nonaginta saevissimā pessumdata tyrannide jacuit sub umbra mortis, velut vitae reddita resurrexit, velit vestra nobilitas & magnanimitas Lombardorum ipsam sicut matrem optimam exaltare; fore vos invicem; & statim, quem multa cum gloria quaesivis, omni cum diligen-

tia conservare. Nos hinc curabimus favore divi Numinis, nedum Gibellinæ Factionis extinguere, & Pisaniam Urbem sub ditione nostra in honorem & gloriam Guelfi nominis conservare. Cavete prodiciones Gibellinorum. Nolite credere blanditiis eorum. Sint vobis suspecta Gibellinorum colloquia, quee numquam esse possunt nisi fraudibus plena & insidiis. Ubi tractatur de confirmatione

ne & utilitate Guelorum, facite quod extra potest solo non contingat vos dicere: Non putavi. Nos autem offerimus posse nostrum; & numquam deficiet, quod fieri poterit in exaltationem hujus sanctissimae Societatis.

Data Florentiae XII. Januarii MCCCCVI.

Priores Artium, & Vexillifer Justitiae Populi & Communis Florentiae.

Magnifico Donino, Donino Pandulpho de Malateulis Brixiae &c. amico carissimo.

Verum post illos annos funestissima haec pestilentia decrescere coepit, sive quod constabiliti Principatus multi ac potentes in Italia, Populos meliora sapere cogerent, sive quod homines ipsi ad affectuum & Factionum hujusmodi insaniam respicientes, suae tandem mentis esse inciperent. Factionibus profecto, & ingenti bellorum tumultu ne illud quidem Saeculum caruit; attamen sub aperto nomine Guelphorum & Gibellinorum vix quidquam aetum est. Nempe in Castella quaedam, & in privatas tantum Familias odiosa haec nomina sensim recepere sese, tum denique ita exolevere, ut ex memoria hominum oblitterata, in Historiis duntaxat a multo tempore vivant. Attamen Jacobus Philippus Bergomensis Lib. XV. Chronic. ad Annum MCCXXXIV. Guelphorum & Gibellinorum originem, & incredibilia inde profecta mala describens, haec addit: Et utinam saltem nostris tempo-

A ribus extinta fuissent. Haec ille circiter Annum MDIII. & cur ei fidem non adhibeam, nihil occurrit. Contra erunt, qui illam aegre adjungere velint Ghirardaccio scribenti in Historiae Bononiensis Libro quinto ad Annum MCCXXVII. de hisce Factionibus: Pestis veramente orribile, & fuoco inextinguibile, che indanno e rovina di tante misere Città, e di tante nobili Famiglie, ancora non è intieramente estinta. Anno MDXCVI. haec literis mandabat Ghirardaccius, quo tempore mirum videatur, Bononiae istarum Sectarum superfuisse vestigia, quando tot ante annos ipsa earum nomina prouersus per Italiā defecisse videntur. Fulvius ve-

C rò Azzarius in Histor. Eccles. Regensi MSta, quam adservat Estensis Bibliotheca, scribit & ipse, ejusmodi Factiones ne Anno quidem MDX. e Regio Lepidi exterminatas fuissent. Quod superest, Seculis nostris certe sua non desunt incommoda, & cum publicae tum privatae calamitates: hisce enim tribulis aeternum abundabit miserum hominum genus. Sed quum levissima haec sint prae illis malis, quae olim invexit pestilens Guelphorum & Gibellinorum contagio, aetati nostrae gratulandum, quod quamquam bella, eaque perniciosa, non desint, interna saltem Civium pax & concordia in Civitatibus Italiciis habitet, atque amor (utinam non interdum quoque nimius) antiquis odiis successerit.

E


D E
R E G I M I N E
A C D I V I S I O N E
N O B I L I U M & P L E B I S
I N C I V I T A T I B U S L I B E R I S
I T A L I A E.

D I S S E R T A T I O
Q U I N Q U A G E S I M A S E C U N D A .

DISSE

R T A T I O

QUINQUAGESIMASECUNDA.



N quot aerumnas Italianam conjecterit Guelfae & Gibelinae fæctionum deploranda origo & pertinacissimus cursus, in praecedenti Dissertatione innui potius quam descripsi. Sed non haec una pestis Italicas Civitates affixit. Altera etiam accessit, quanquam non adeo late dominans, multorum tamen & ipsa maiorum ferax: nempe scissura in non-nullis Civitatibus orta inter Cives Nobiles, & Plebem. Guelphos & Ghibellinos vix mihi temperare possum, quin dementiae arguam, quod postpositâ concordiâ & quiete tam publicâ, quam privatâ, inani affectu ac studio seducti, tot turbas ac bella, in propriam, aut propriae patriae perniciem, excitarint & foverint: scilicet pro vanis nominibus invicem concorrentes, nihilque interdum animadverentes, an iusta ac utili de causâ sanguinem & vitas profunderent. Quae verò discordiarum semina Patricios a Plebejis divisere, aut a dominandi libidine, aut a suae libertatis tuendae ardore, originem duxere. Quum enim Populi Civitatum Italicarum ad Reipublicae statum assurrexissent, alicubi contigit, ut Nobilium ordo Plebem immoderatius, quam par es-

A set, contemneret & conculcaret, si bique omnia ferme officia, immo & integrum regimen vendicaret. Contra Plebs, seu Populus infra Nobiles situs, uti Artifices, & vile Vulgus, cuius potissimum numero ac robore bella gerebantur, aegre ferens, se tributis quidem & bellicis expeditionibus saepe affligi, ac nullos deinde honores sibi communes esse, aut a Patriciis superbe se despici: in seditionem acta, saepe nihil intentatum reliquit, ut sibi clavum Reipublicae assereret, suosque contemtores dejiceret, atque deprimeret. Et sane, uti norunt Eruditi, si non eadem prorsus, certe similes olim caussae, vigente Romanorum Republicâ, discordiam concitavere non semel inter Optimates & Plebem; ita ut Patrici imperium saltem partiri, & Tribunos Plebis amplissimâ facultate adlectos tolerare, atque interdum succumbere coacti fuerint: quae omnia narrat Romanorum Historia. Nullus dubito, quin haec ipsa potentissimae ac omnium celebratissimae Reipublicae exempla, vel ipsis ignorantiae Saeculis, in oculos alicujus incurrent uti obvia in veterum Libris, iisque usum quempiam fuisse ad excitandas adversus coetum Nobilium Populi vires. Nomine autem Populi liceat mihi quoscumque non Nobiles, & interdum ipsam significare

G

Plebem,

Plebeum, quum tamen apud nonullos olim distingua haec nomina viderim. Sed etiam si exempla scissurae praecedentis Saeculis rudibus defuerint, attamen alii stimuli, sive justi, sive injusti, non defuere interdum Vulgo instabili, ut in arma proueret, atque e potentum manu lora imperii eripienda curaret. Quo tempore Civitates Italicae complures, amotis aut dejectis Comitibus Secularibus, aut Episcoporum regentium loco Comitis potentia imminutâ, Libertatem ac regimen suscepere politicum (quod Saeculo Christi Undecimo factum) quaenam portio auctoritatis cum Plebe communicata fuerit, nondum aperite agnoscere potui. Multum sane juris tunc Episcopis aut relictum, aut datum, multumque etiam Nobilibus. In celebris Monasterii Mantuanus Padolironensis Tabulario pergamenta adseruntur, Anno MCXXVI. *Quinto Nonas Julii scripta, comple-*
& tens exitum controversiae agitatae
inter Henricum ejusdem Coenobii
Abbatem, & Mantuanae Civitatis
Rerpublicam causâ quorumdam prae-
diorum. Finem fecerunt Cives Abba-
ti, hoc est, Consules quinque Civita-
tis, & Arimanni. Consulum nomina
alibi commemoravi. Singuli Ariman-
ni illic recensentur, idest Ingelladus
filius Muciani, Otto & Wibertus &
Anselmus filii Ingellandi: Albertus A-
zonis filius: Johannes-Bonus, filius
Blanci de Levata: Albertus filius Gir-
berti de Gudino, & reliqui. At-

A qui Arimanni, uti jam ostendi in Dissertatione XIII. Liberorum hominum quorumvis, interdum verò unum Nobilium Ordinem constituisse videntur, quorum dignitatem ac nomen praecipue in Urbe Mantuana effulsiſſe, monumenta a me producta sat produnt. Quare ne hinc quidem eluet, an regimen Civitatis illius Nobiles uni, Plebe exclusâ, tenuerint. Illud tamen certum puto, plerumque, si non semper, in Italicarum Rerumpublicarum institutione suum Plebi quoque in regimine locum fuisse. Testem offero, idoneum profecto, Ottонem videlicet Frisingensem, Lib. 2. Cap. 13. de Gest. Friderici. Scribit ille, quo tempore Consules in Civitatibus liberis ad clavum Reipublicae adhibebantur, ex Popularium factione aliquot etiam fuisse adlectos. *Quumque*, ait, tres inter eos (nempe Italos) ordines, idest Capitancorum, Valvassorum, & Plebis esse noscantur, ad reprimendam superbiam, non de uno, sed de singulis praedicti Consules eliguntur; neve ad dominandi libidinem prorumpant, singulis paene annis variantur. Immo & id extra Italianam factum video: quam in rem proferre juvat Chartam, cuius exemplum debo humanissimo viro P. D. Bernardo Cretonio Monacho & Priori Benedictino. Descripta autem fuit ex antiqua membrana existente in Archivo Monasterii Benedictinorum Ragusii.

Restitutio facultatum facta a Republica Ragusina Petro Abbatii Monasterii Sanctae Mariae de Lacroma, Anno Christi 1044.

¶ *N* nomine Sanctae & unicae Trinitatis. Undecimo Kalendas Martii, Luna II. Indictione XII.

Con. IIII. Temporibus piissimi Augusti Constantino scilicet Monomacho una cum Domina Theodora piissima Augusta:

gusta: apud nos verò degente Vitalis Episcopus Prior quoque Petrus, cognominatus Slaba. Ego denique Petrus praefatus Prior cum omnes pariter Nobiles atque ignobiles mei tam senes, juvenes, adolescentuli, quam etiam pueri, securitatem quidem firmam, atque inclitam facimus huic Monachus Presbiter Dominicus, tam ei, quam & omnes parentos ejus, quo ad hoc sit & erat usque in finem seculi. Ex eo igitur qualiter Antecessores nostri tulerunt ei per vim hereditatem Sandri Cosmae & Damiani cum dominibus, quae sunt circa eam, quae quandam emerant parentes ejus ex quodam vir, nomine Balsamus, in centum & decem Solidis; & misserunt eum per pecuniam Graecorum in publico, ut fieret Praetorium, plus miseri oberrantes eorum mandata, quam Domini praecepta, qui dicit: Domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et iterum: vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Et illud: in Ecclesia Dei aut orate seu psallite, verba otiosa nolite dicere. Unde notandum est nobis, fratres carissimi, ut si verba otiosa Dominus in Ecclesia sua prohibet dicere, quod leve est: quanto magis nos prohibet in domo sua lupanar facere, quod nimis gravum est? Et si ego tantillus homo nihil volo in domo mea cernere sordidum, sed omnia pulchra ac nitida: quanto magis Deus, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium, vult habere omnia pulcherrima & nitidissima in domo sua? Quapropter timore perterriti, optantesque nos ex antiqui hostis laqueo eripere, rogavimus praedictus Monachus unanimiter, ut in loco fabricae constituto alterum Praetorium..... & praefatam hereditatem fiat secundum Domini praeceptum amodo & usque in sem-

A piternum liberam, ut decet domum Dei; Et hoc factum est, sicuti praefati sumus, ex consensu omni Populo, & Domini Petri venerabilis Abbatis, quae morabatur temporibus in Insula, quae vocatur Lacrumno, sub cuius regula degebat etiam & ipse Monachus. Unde non audeat ei an nullus enjusbet homo contradicere, nec successor scilicet noster, nec Nobilis noster. Quod si quis noster sive successor, vel Nobilis noster temerare praesumpserit, sot vereque attemptaverit firmissimo pactu nostro, habeat ille mancip..... io videatur, iram Dei Omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus Sancti incurrat, & Sanctorum omnium, & a maledictiones vinculo tercentorum & octo Partium insolubiliter denodetur, & in novissimo maranatha cum Diabolo, & ejus tetros ministros, ac Juda Schariothaea in gehenae baratrum munaretur, & statuta privilegii redintegrare aplicia pretio judiciali sententia perdatur atque conviciatur.

D Actum est hoc palam testibus corroboratum tempore suprascripto mense Februarii. Et nosmetipsi scilicet privilegia qui disposuimus facere, elegimus tantos ac tales testes.

Prior omnium ego prae nominatus Prior testis sum, & hoc est ✕ signum meum.

Signum ✕ manu Stephani Presbiteri, filii

Signum ✕ manu Domini Lampridii Presbiteri frater Joannis.

Signum ✕ manu Lampridii Presbiteri filius Joannis Presbiteri.

Signum ✕ manu Ursaci Diaconi.

Signum ✕ manu Tripbonii Diaconi.

Signum ✕ manu Petrarcha Diaconi.

Signum ✕ manu Nicerphori Diaconi.

Signum ✕ manu Dabri Diaconi.

Signum ✕ manu Petri Diaconi frater Georgii.

- Signum ✕ manu Andreae Diaconi.
- Signum ✕ manu Cani-albi.
- Signum ✕ manu Petri frater Ursani Presbiteri cum filio suo Dobro.
- Signum ✕ manu Andree filius Norati Presbiteri.
- Signum ✕ manu Mitro-capud.
- Signum ✕ manu Joannis filius Serfi.
- Signum ✕ manu Aiabale.
- Signum ✕ manu Peruani.....
Pusei.
- Signum ✕ manu Bentesmini.
- Signum ✕ manu Petri Arebarbi.
- Signum ✕ manu Proculi fratriss Ursaci Diaconi.
- Signum ✕ manu Petri filius.....
- Signum ✕ manu Andree filii Marnaci.
- Signum ✕ manu Lampridii filius Michatii Monachi.
- Signum ✕ manu Zamati.
- Signum ✕ manu Ursaci filii Jacobi.
- Signum ✕ manu Andree filius Sclepi.
- Signum ✕ manu Ingatii cum fratre suo Ursaci filius Sisnii.
- Signum ✕ manu Lampridii filius Bubanni.
- Signum ✕ manu Vitalis indigni meritis, peccatorque, atque infimi Subdiaconi, qui hanc scripsit paginulam.

Multis tenebris obseptae sunt Notae Chronologicae. Indictio XII. Annum profecto prodit a Christo nato MXLIV. cuius mense Februario de-
currebat Luna II. Literas illas Con.
III. ex conjecturâ, dum meliora do-
ceant alii, interpretor *Con'ulatu Quartu*. Caffari Genuenses Annales vide
Tomo VI. Rer. Italicarum. Genuen-
ses enim Primum. Secundum &c.
Consulatum numerabant. At quid
est, quod *Charta exarata* dicitur *tem-*
poribus piissimi Augusti, *Constantino scilicet Monomacho*, *una cum Domina Theo-*

A dora piissima Augusta? Utique subla-
to e vivis Michaële Calaphata, Grae-
corum Imperatore, Theodoram Z. ès
fororem Populus Augustam renuntia-
vit. Id actum Anno MXLII. Cedreno teste, uti animadvertisit etiam
Pagius in Critic. Baroniana. Rursus
eodem Anno ac Mense Junio Con-
stantinus Monomachus nuptiis cum Zoë
B celebratis, Imperator electus, post tres
menses, testante Pseudo, Theodoram e
gradu dejectit. Quei ergo Februario
Mense Anni MXLIV. adhuc Ragusii
imperasse dicitur Constantinus Mo-
nomachus cum Theodora Augusta? Du-
plex responsum habeo. Aut Con-
stantinus Monomachus serius quam
traditur Theodoram e solio exturba-
C vit: aut non ita oppressit, ut eam
ab omni honore excluserit. Et sane,
uti idem Cedrenus, & Johannes Cu-
ropalates scribunt, Anno MXLIV.
Indictione XII. suborta seditione con-
tra Monomachum ai Βασιλίδες προ-
κύψαται ἄνωθεν κατεσόπεται τὸ
πλῆθος, Reginæ, sive Augustæ, (hoc
D est, Theodora, & Zoë) de sublimi
prospicientes multitudinem placarent.
Neque enim veri videtur simile quam-
quam Ragusium a Constantinopoli tot
centena passuum millia distet, non-
dum illuc delatum fuisse nuntium de
abdicatione Theodorae Augustae. Re-
deo nunc ad Chartam ipsam. Nisi
mea me fallit opinio, inde elucere
E potest, in Ragusinae Reipublicae re-
gimine suas partes fuisse Vitali Ur-
bis illius Episcopo. Nobilibus verò
aeque ac Ignobilibus suffragium re-
lictum in publicis consiliis. Petrus
verò Prior ibi commemoratus, pri-
mus fuisse videtur Consulum, qui
totius Reipublicae verbis contractum
istum celebrat. Idem ferme in Itali-
cis Urbibus primo factum. At ipso

Saeculo Christianae Salutis Undecimo simultates ac bella inter utrumque Ordinem exardere coeperunt, quibus vix unquam finis fuit, nisi quem Reipublicae status multis in Urbibus Monarchiae legibus cessit. Primi, quos civilis hujus discordiae exemplum post Annum Christianae Aerae Millesimum reliquae Italiae dedisse reperio, Mediolanenses fuere. Illic enim circiter Annum MXLI. inter Plebem, & Milites odium primo, tum bellum atrocissimum exarsit, ita ut postremi impares solum vertere coacti fuerint, ac deinde ad ipsam patriam obsidem, adjunctis sibi finitimi sociis convolarent. Sub nomine Militum heic veniunt Vassii, seu Vassalli, qui scilicet Feudo aliquo aut Regio, aut Archiepiscopali fruebantur, Nobilesque propterea censebantur. Miles enim pro Vassallo in veterum monumentis saepe occurrit. Procedente autem tempore appellatione Militum designatum videmus universum ordinem Nobilium, sive quod Nobili cuicunque Feudum aliquod nobile esset, sive quod nomen Militis translatum fuerit ad quoslibet illustris Familiae Nobiles. Sunt quidam, qui Militum nomine reperto in antiquis Historiis, etiam si ibi Milites opponantur Populo, seu Plebi, eam

A vocem perperam Italice reddunt Soldari. Tunc Nobiles significat, inter quos & Plebem bella plusquam civilia saepe continuata fuerunt. In Statutis MStis Ferrariensis Anno MCLXVIII. promulgatis Lib. 4. Rubr. 27. legitur: *Qui assalecum fecerit (scilicet in bello) & non percusserit, salvat pro banno Communi si fuerit Capitanus, viginti Libras Ferrariorum; Valvassor, vel Milex, decem; homo Popularis quinque Libras.* Vides aequiparari poenâ Vavassores & Milites, immo praeferrri etiam Vavassorum nomen: sed simul vides: ita eos distingui, ut Vavassor non idem videatur ac Miles. Alibi quoque Vavassores a Militibus distincti occurront. Fortasse quod olim duplex Valvassorum ordo fuerit; quippe alii Majores erant, alii Minores, de quibus consule Legem Friderici I. Augusti apud Rademicum Lib. 2 Cap. 7. Tomo VI. Rerum Italicarum. Qui Majores erant, Castello alicui, aut Feudo nobili dominabantur, & parum diversi fuere ab ipsis Vassis. Alii autem Vavassores erant Minores, quod ab eisdem Vassis aliquo Feudo subinvestirentur. In vetustissimo Regesto MSto Communitatis Mutinae legitur subsequens Charta.

Qualiter Albertus Radaldi, & Arduinus Raffacanis juraverunt
sequi Consules Mutinae, Anno 1179.

Anno Millesimo Centesimo Septuagesimo Nono, Indictione Duodecima, XII. intrante mense Junii, die Martis. Jurant Albertus de Radaldo, & Arduinus Raffacanis, sequi Consules Mutinae, & quod facient jurare universis hominibus Terrae suae, & parentum suorum, Vavassoribus videlicet,

E & Castellanis, & paianis, qui sunt idonei ad jurandum tale sacramentum, quale praestiterunt nunc illi de Montealbo Civitati; & quod facient jurare sacramentum Cittadinantiae parentibus suis. Testes intersuerunt Bravus, Scurtapelle, Guillelmus de Aso, Ubertus de Gazo, & multi alii.

Ego Gerardus sacri Palatii Notarius
intersui, & jussu Consulum scripsi.

Albertus ille & Arduinus, aliqui
jus Castelli domini erant, quum pol-
liceantur se adducturos ad idem sa-
cramentum universos homines Terrae
suae: quorum tria genera fuere, Va-
vatores, Castellani, idest habitantes in
Castello, & Pagi anni, hoc est rustici,
in agro habitantes. Ea videmus Va-
vatores a Vassallis iis Feudo aliquo
donatos, Vassis propterea minores
fuisse. In foedere Anni MCLXXXIII.
inter Mutinenses & Parmenses inito
hi jurant: Et hoc sacramentum faciam
facere universo Consilio meae Civitatis,
& centum hominibus per unam quam-
que Portam, & omnes Cattaneos, &
Vavatores, & Castellanos equites mei
Epi copatus & Districtus. Verum pro-
gredi lubet, ac repetere civile bel-
lum Mediolanensium. Rem narrat
Arnulphus Mediolanensis Historicus
Lib. 2. Cap. 18. Tomo IV. Rer. I-
talicar., hisce verbis: Pacatis rebus
omnibus, intestinum jurgium, bellumque
civile succedit, adeo exsecrandum &
tachrymabile, ut praeter inumeras bel-
lerum clades immutatus sit status Urbis,
& Ecclesiae. Factum est autem,
ut privato inter se jurgio Plebejus qui-
dam graviter caederetur a Milite. Un-
de Plebs designanter commota, repente
adversum Milites in arma consurgit.
Inde fones pullulat odiorum, & par-
tium sunt juramenta quamplurima. Tum
addit, Lanzonem quemdam e coetu
Militum sese adjunxit Plebeiis. Hoc
indignata cetera Nobilitas, partim ta-
men suorum amore fidelium, Militibus
sese consociat. Heic nomine Militum
designantur, qui Feudo aliquo a No-
bilibus accepto fruebantur. Vocabulo
vero Nobilium designantur Capitanei,
quos etiam Cattaneos appellabant.

A Pergit deinde Arnulphus describere
dirum proelium inter eos aetum, tum
recessum Nobilium ex Urbe, atque
ipsius Urbis obsidionem. Per tria-
nium certatum est inter furentes Ci-
ves; nec irae modus faisset, nisi pro-
fecti ab Henrico inter Augustos Se-
cundo Legati Regio imperio indu-
cias statuissent, quas deinde pax fir-
ma est subsequuta. Hanc eandem ci-
vilem discordiam, quae fuit inter Ca-
pitaneos & Valvassores ex parte una,
& Populum Mediolanensem ex altera,
filius deserbit Landulphus senior
(Scriptor & ipse ejusdem Saeculi non
fecus atque Arnulphus) Lib. 2. Cap.
26. Histor. Mediolanens. Tomo IV.
Rer. Italicar. Testatur autem & il-
le, Populum dure ac superbe habi-
tum ab iisdem Capitaneis ac Valvas-
soribus, demum ab illorum dominio
sele defendere ac liberare dispositisse,
& adversus majores pro libertate ac-
quirenda fuisse procliatum. Quibus pa-
ctis, conditionibusve tunc Ordo E-
questris cum Plebe concordiam inie-
rit, & quae partes unius & alterius
exinde fuerint in regimine Urbis,
deperditis eorum temporum monu-
mentis, ignoramus. Illud patet, in
Civitatibus Italicis liberis, non u-
num regiminis genus perpetuum fui-
sse, sed quidem triplex observatum
ac variatum, prout rerum mutatio
ac vicissitudo suasit. Primum fuit
Aristocraticum, hoc est, Optimatum,
sive Nobilium, exclusa Plebe, quod
adhuc cernimus apud Venetos, Ge-
nuenses, ac Lucenses. Secundum De-
mocraticum, hoc est, Populi, sive
Plebis, exclusis Nobilibus, quale
plerumque fuit Senensis Urbis. Ter-
tium denique Mixtum, hoc est, au-
toritate ac officiis inter Nobiles &
Populares divisus: quod interdum
apud Florentinos, Bononienses, Me-
diola-

diolanenses, aliosque Populos in honore fuit. Italia, Graecia, aliaeque Provinciae antiquitus horum trium regiminum plura exempla dedere.

Bernardinus Corius, cui multa debemus Mediolanensis Reipublicae monumenta, non aliunde speranda, auctor est Part. primâ Histor. Mediolan. fuisse Anno MCXCI. tria Mediolani Dominia. Primum Archiepiscopi, cui tradita fuerat auctoritas & jus sanguinis in Nobiles Privilegiis Imperialibus munitos, & jus Monetae, ac Staterae publicae. Alterum Potes-
tas, sive Praetor fuit, qui ab Archiepiscopo jus gladii accipiebat. Tertiū Consules, e quibus unus appellabatur Judex Communis, sive Communi-
tatis. Hi universam Civitatem re-
gebant, atque a Populo eligebantur, hoc est, a centum Artificibus totius Populi nomine, non tamen e Plebe, sed e coetu Nobilium electi. Ita ille, qui deinde ad Annum MCXCVIII. traxit, tunc Mediolanensis Urbis regimen in quatuor Magistratus fuisse divisum: Il Popolo grasso, ita ille scribit, come Mercatanti, o altri uomini mediocri i quali desideravano di quietare, indirizzarono al reggimento de i Duchi. Il secondo reggimento fu la Credenza di S. nro Ambrogio. Questi erano i Mecanici come Macellai, For-
nari, Calzolari, e simili, i quali per disendersi dalle contumelie & estorsioni, che di continuo ricevevano da i Nobili, fecero un Tribuno per loro difensore, il quale fu Drudo Marcellino, uomo di grande animo, e gli statuirono cento Libre di terzoli in ciascun' anno per stipendio suo. E da quelli nominati de' Botaci comperarono una Torre, la quale fino a nostri giorni si nomina della Credenza. E tra loro fecero Convo-
li, e Giudici; e tutti questi Artisti portavano una balzana bianca e nera.

A En ut Plebs & ipsa arripuit imperii partem, ut sibi et ratione a Nobilium impotentiam caverent. Pergit scribere Corius: Il terzo roggimento fu quello di Motta, i quali a petizio-
ne sua elessero Rainero de' Cotti. Il quarto reggimento fu la parte de' Gattanii, e Valvassori, i quali si governava sotto dell' Arcivescovo: e afferiva-
no costoro, che anticamente il dominio di Milano, tanto temporale, quanto spirituale, apparteneva al Presule della Città. E questa parte de' Nobile furono le infrascritte Famiglie, cioè Visconti, Landriani &c. Sed uti unu-
squisque praesentire potest, divisum Regnum multis incommodis obnoxium futurum erat; &reaspe conse-
quuta est inde teterrima discordia, cui ut finis imponeretur, Anno MCCV. studiose curatum est. Etenim, ut idem Corius narrat, i Nobili della Republica Milanese fecero accordo con quei della Credenza, procurando Lanzelmo di Landriano: & in esso si compromisero, accid provedesse del reggi-
mento commune. Non eum tamen suc-
cessum, quem boni optabant, ejus-
modi cura habuit: quare eo itum est, ut Consulibus utrinque amoris, Praetor rursus adhiberetur annuus, in quem, ejusque Ministros, Principatus jura transferebantur. Sed ne sic quidem publicae tranquillitati consultum est satis: quippe Anno MCCXIX. eodem Historico teste, fra' Nobili e Plebei fu rinnovata l'an-
tica sedizione; concid fosse che i Gattanii e Valvassori tenevano dalla parte dell' Arcivescovo. E Principe della guer-
ra fu costituito Otto Mandello. L'altra parte era il Popolo e Credenza, e per suo capo elessero Ardigetto Marcellino. Ac propterea subsequente Anno MCC-
XX. quum Fridericus II a Mediola-
nibus coronationem exposceret,

Nobiles quidem sibi assentientes inventi; verum Plebs cum Consilio Credentiae obstatit, ut Imperatori rebellis.

Liceat heic consistere, ut quid revera fuerit olim *Credentia*, & *Consilium Credentiae*, investigem. Corius, ut nuper vidimus, eo nomine significatam purat Plebejorum fictionem, hoc est vilium Artificum colluviem, quae congregata *Consilium Credentiae* efformabat. Paria habent *Tristanus Calchus*. *Johannes Antonius Castellionus*, *Osius*, ac alii Scriptores Mediolanenses *Sigonium* quoque meum in suam sententiam pertraxisse Corius videatur: hic enim L. b. 7. de Regno Italiae ad Annum DCCCC-XV. post enarratam *Capitaneorum & Valvassorum institutionem* addit: *Reliqui vero, qui Artes, opificiaque tratarunt, novo se Credentiae nomine appellarunt.* Tum initio Libri decimi, tria in Civitatibus liberis Consilia recenset, videlicet *Speciale*, *Generale*, & *Credentiae*. Quin *Credentiae* nomen aliquando assumserit Mediolanensis Artificum coetus, negari vix potest, quem *Gualvaneus de la Flamma* in *Manipul. Florum*, Cap. 134. scripsit, sub *Ortone I. aut III.* sive, ut verisimilius est, longe serius, invaluisse Mediolani duos Ordines, sive *Factiones Populi*. Alteri, ne Plebeji viderentur, se dixerunt esse *Motta*. Sed *Artifex* di*di*s sunt *Credentia*, sicut *Carnifex*, *Furnarii*, *Caligarii*, *Sutores*, *Fabri*, *Laniastae*, *Speciarii*, *Caementarii*, & similes. Atamen vereri heic loci non defino, ne *Gualvaneus* parum aliquoquin accuratus *Scriptor*, nobis fucum fecerit, hoc est ne quum *Credentiam Populi* sive *Artium*, in antiquis monumentis invente sit, sibi visum id fuerit nomen *Artificum*, inter se tunc foedare jun-

A torum. Eumdem quoque vide Cap. 231. ad Annum MCXVIII. Sed ipsum dimittamus, investigaturi potius, quid revera olim *Credentiae* vox designarit. *Credentia* nihil aliud significat, quam *Secretum* sive *Arca num*, ut eruante jandiu animadverterunt Florentini Vocabularii Auctores. productis exemplis non paucis e *Boccaccio*, *Joanne Villonio*, & aliis. Hinc *jurare Credentiam*, pollicere *Credentiam*, tenere *Credentiam*, atque aliae hujusmodi phrases aucti Italices Scriptores post Saeculum XI. occurruunt. Atque inde orta vox, quod aut *Secreta* & consilia arcana alicui credebantur; aut quum secretorum particeps aliquis fibat; credebatur fidei ab eo datae de silentio observando; aut, quod veri videtur similius, ab usu Linguae antiquae ea vox deducta est; nam homines credentes apud Langobardos appellati sunt homines fide digni, ut est in *Lege Nona Langobard. Pippini Regis*. Ita apud Francos olim *Creditarii* vocabantur viri fidi. Nos nunc appella mus personae di credito; personae accreditate. In *Chronico Mediolanensi* M^{Sto} *Consules Credentiae* sic ditti, quia erant viri Creditivi, & fide digni. Illud ergo ante omnia noscendum est, in quavis Italicae gentis *Republica Concilium*, sive *Consilium Generale* fuisse, co*stitutum* e singulis, sive e *Nobilium*, sive e *Popularium* turbâ, ius habentibus ad regimen Civitatis. Non centenis tantum, sed & interdum millenis Civibus locus erat in ejusmodi *Consilio*, in cuius auctoritate situm erat supremum Reipublicae imperium. At quoniam in politicis negotiis tum belli tum pacis saepe se offerunt consilia certissime & secre*issime* peragenda, si haec omnia ad Generale Concilium deferenda

tenda fuissent, vix fieri potuisset, ut tot capita, quorum tot erant voluntates, in unam facile sententiam convenienterent. Immo quei communicato tot hominibus consilio, secretum aliqua ex parte non efflueret cum ipsius Reipublicae detimento; Propterea alterum Consilium minus, e lectis & longe paucioribus constitutum, unaquaeque Respublica instituere consuevit, ad quod secretiora negotia deferebantur, & quidquid ibi plurium suffragiis decretum erat, operere complere mos fuit. Alterum istud Consilium appellabatur *Consilium Credentiae*, quia quicumque ad illud adlectus erat, sacramento dato pollicebatur, se nemini revelaturum rem sibi creditam. Quei ergo universum Plebis coetum, hoc est, Artifices ac Opifices quosvis ad Reipublicae curam adscitos, *Credentiae* nomine donatos Corius, & Gualvaneus scripserint, vix assequi possum. Quod certum mihi est, non minus Nobilium quam Popularium regimen *Credentiae* respiciebat, dum Consilium habebatur, ubi delicitora Reipublicae negotia pertractabantur, quae silentium exposcerent. Sed pauci & electi ex universo coetu sive Nobilium sive Plebis adhibebantur. Nunc appellamus *Consilium secretum*, quo nulla Respublica caret, sive illud stabile sit, sive pro rerum opportunitate identidem efformetur. Quare dubitare subit, num Gualvaneus & reliqui eum sequuti, & Du-Cangius in Glossario Latin. germanam *Credentiae* significationem sint assequuti. Annales Patavinos adi, editos Tomo VIII. pag. 387. Rer. Italicarum. Ibi ad Annum MCCCXIII. haec legas: *In principio praesentis guerrae per Consilium & Commune Paduae (idest per Consilium majus, seu Generale) ele-*

A *Hi fuerunt duodecim Sapientes, qui Sapientes a Credentia dicebantur, & in guerra ista merum & misum imperium habebant, & tantum quindecim diebus in dicto officio permanebant; & peractis quindecim diebus, proponebatur ad maius Consilium Communis Paduae, utrum praedicti Sapientes deberent sequentibus quindecim diebus in praedicto officio permanere. Neque ullam nunc ostendas Rempublicam, quae non eadem methodo nunc etiam utatur: nulla enim negotia ardua, quae secreto, expeditione, subitisque remediis & consiliis indigent, regi, complerique possent, nisi ad pauca & saniora capita auctoritas imperii redigeretur.* Aulicus Ticinensis Cap. 13. de Laudibus Papiae, Tomo XI. Rer. Italicar. regimen suae patriae describens, ait. *In Civitate sunt quidam paucissimi per Commune Sapientes electi, per quos omnia ardua & secreta negotia pertractantur, qui per certum campanae sonum vocantur. En Consilium Credentiae. Post illos sunt alii plures, per quos tractantur negotia non tam ardua, & ii dicuntur Centum. Et si per alium dissimilem sonum vocantur, ii dicuntur Mille. Postrem quum debet totus Populus convocari, sic aliis diversus sonus.*

B *Hic praemissis nullo negotio intelligas, quid Ottonis Morenae verba significant in Histor. Laudens. Tomo VI. pag. 961. Rer. Italicar. ubi ait, Laudenses quosdam e Curia Imperatoris regressos, nuntiasse quae gesserant Consulum Consilio, aliorumque Sapientum de Laude, qui Credentiam Consulum jurarant. En ut Sapientes & Consules tantummodo eidem Consilio intererant. Infra idem commemorat Consules & Sapientes, qui de Credentia fuerant. Alibi inquit, Cremonensium Legatos Lau-*

dem prefectos, Consilium, ac totam Laudensium Credentiam convocasse. Sed ut, quae supra attuli de vi vocabuli Credentiae, evidentius eluceant, accipe verba Statuti Reipublicae Mutinensis, Anno MCCCCXXVII. exarati, Lib. primo, Rubr. 53. Juret Miles Potestatis, quod Credentias ipsius Potestatis, & Communis Mutinae perpetuo tenebit, & nemini pandet. Scilicet quisque Praetor secum adducbat duos Nobiles viros, Milites, sive Socios, ut est in eodem Statuto, seu Assessores, ut habent aliae Leges municipales, quorum unus jus dicere solebat sub Praetore, & alter armis, quem opus erat, decreta Praetoris & Reipublicae peragenda curabat. In eodem Mutinensem Statuto M^{to} Lib. 6. Rubricā de puniendo panderentes Credencias, legitur: Si aliqua transflarentur, ordinarentur, vel fierent per Dominum Potestatem, vel Sapientes super aliquo facto seu negocio, & imposta esset Credencia de praedictis; & aliquis panderet alicui, vel in aliquo reserret, quae ordinata essent: Dominus Potestas habeat liberum arbitrium inquirendi & puniendi &c. Ita in Bononiensium Statutis Lib. 5. Rubr. 6. inscribitur de poena propalantis aliquam Credentiam sibi impositam per Regimina Civitatis Bononiae. Eadem accipe e Statuto Ferrariensi, quod in membranis scriptum Anno MCC-LXIV. adservat Bibliotheca Estensis: Lib. primo, Rubr. 2. legitur Juramentum omnium Ferrariae Domino Marchioni Obizoni; atque ibi inter cetera habetur: Et omnes Credentias a Domino Marchione, vel ab ipsis Capitanis, mihi commissas, celatas babeo & tenebo ad ipsorum voluntatem &c. Lib. 2. Rubr. 3. Et Credentiam tenebo, & non manifestabo, nisi manifesta fuerit. Ad haec in eodem Libro pri-

A mo Rubr. 8. decernuntur sexcentae Librae Ferrarinorum, quae per duos bonos & legales viros, electos per Consilium parvum Credentiae teneantur expendi in munimine Castrī Adriani. Ideo istud Consilium parvum Credentiae appellatur, quia Ferrariensibus erat alterum Consilium Majus, itidem Credentiae nuncupatum, ut patet e Libro quinto, Rubricā undecimā Statuti M^{to} Anno MCCLXXXVIII. conditi, in quo haec verba: Judge Aggerum teneatur, quotiecumque Padi parvus fuerit, & incipiet crescere, ipsa die vel infra tertiam diem, facere Consilium Majus Credentiae, & consilium postulare, in quibus scapis & locis habeat facere ponī aquam Padi &c. Sed & supra istud Consilium Majus fuit Consilium plenum & maximum, in quo locus erat universo Populo, sive omnium Familiarum capitibus. In eodem quoque Statuto Ferrariensi scriptum est: Et accusator habestur in Credentia: idest, nemini ejus nomen reveletur. Praeterea Lib. 2. Rubr. 3. Nec de cetero faciam Credentiam per sacramentum alicui vel aliquibus pro facto Communis Ferrariae in detrimentum Communis Ferrariae, sine parabola Potestatis, nisi quando possim manifestare Potestati. Atque haec, quae de hujus vocis significatione differimus, claudat Charta, e Tabulario Mutinensis Reipublicae deponita. Anno MCCLIV. Mutinam regebant Praetores duo, quem morem temoribus iis & aliae Civitates observarunt: unum quippe legebat Ordo Nobilium, alterum Plebejorum; aut unum Gibellinorum factio, alterum Guelphorum. Saepè enim ac saepius Plebs sive Populus Guelphis nomen suum dabat, & Romanæ Ecclesiae foederibus adhaerebat. Contra Gibellinae factio, &

Augustis, Nobiles favere consueverunt. Quum inter hosce Praetores discordia invaluisse, & summo quidem cum incommodo publicae rei, Consilium Credentiae, sive Consilium

A secretum, advocatum utrumque ad se clam ad concordiam hortatum est, aut ut ambo se munere abdicarent, rogavit. Quid factum fuerit, Lectorem ipsa Charta docebit.

Mutinenses in Consilio Credentiae duobus Praetoribus suis autores sunt, ut Magistratum deponant, Anno 1254.

IN nomine Iesu Christi. Amen. A Nativitate ejusdem Millesimo Ducentesimo Quinguagesimo Quarto, Indictione Duodecima, die Jovis VI. intrante Augusto. Cum Domini Ventura de Zeza, Valentinus Bebii, Gundulfus Castaldus, & Michaël Verati, Anciani Populi Mutinae, pro eis & sociis ipsorum, & Consiliorum eorum de Credentia, proposuerint & proponi fecissent per Dominos Spinellum de Sicorzoletio, & Guirixum Nicholai, Procuratores Populi & Communis Mutinae, coram Potestatibus Mutinae, scilicet Domino Cattellano Domini Andaloy. & Domino Rambertino Domini Matthei, qualiter propter eorum discordiam Civitas & Commune Mutinae erat in malo statu, & timebatur etiam, ne ad deteriorem statum pervenirent propter multa pericula, quae imminabant, & contingere possent: eidem Potestatibus humiliter supplicarunt, quatenus Dei reverentia & amore, & honore & bono statu Communis Bononiae & Mutinae, ipsorum Regimen communis concordia facere & exercere deberent: vel si concordare nollent, vel non possent, ipsorum Regimini & Potestariae sponte renunciare deberent. Quo intellecto & auditio a Potestatibus memoratis, cognosentes, quod non erant concordes, nec de facili in dicto Regimine poterant concordare, sponte & voluntate diffis Ancianis, & in manibus eorum recipientibus pro Populo

B & Communi Mutinae, renunciaverunt Potestariae & Regimini eorum; concedendo eis liberam potestatem pro Populo & Communi Mutinae eligendi Potestatem & Rectorem in Civitate Mutinae ad eorum voluntatem, & Consilium Mutinae, recipiendi praedictam renunciationem; & omnia praedicta & infra scripta attendere & observare, & non contravenire sub poena centum Marcharum argenti, cis solvendâ stipulazione praemissa, ratâ manente renunciatione, & omnibus suprascriptis & infra scriptis post penam solutam. Super quibus omnibus infra scriptis & suprascriptis renunciaverunt conditioni sine causa, vel ex iusta causa, & exceptione doli mali, & in factum & omnibus exceptionibus, pronittentes se nullas exceptiones appositorios. Praeterea dicti Potestates fuerunt confessi & in concordia cum praedictis Ancianis pro Populo & Communi Mutinae, sibi esse integraliter satisfactum de toto eorum salario quod percipere debebant de pretorio tempore & futuro, & de omni eo & toto, quod ipsi Potestates, vel Judex eorum, vel aliquis de sua familia petere posset occasione sui Regimini vel Officii pro suo salario, vel aliqua alia ratione: facientes eis pro Communi Mutinae finem & refutationem de predicto salario, & omni eo, quod ei petere possent occasione sui Regimini & Officii, vel quacunque alia occasione vel iure. Et eam firmam & re-

qam, & omnia predicta habere promittentes sub dicta pena, renunciando super predictis omnibus & singulis, ut superioris est expressum in renunciationibus supra scriptis, pacto manente rato post penam solutam.

Actum Mutine in Palatio Communis Mutine, presentibus telibus rogatis, Paqua Scudario, Geminiano de Marano, Benenca de Mici minutis, Jacobo Lanzani, Guidone de Quatuorfratribus, Bonagente Rainazocene &c.

Ego Joannes de Monte Branzono, auctoritate Imperiali Notarius, omnibus predictis interfui, & rogatus scripsi.

Repetamus jam tandem suscepsum iter. Sopita quidem, praecipue Seculo Duodecimo, sed nunquam extinta fuit Mediolani concertatio Nobilium & Plebis, utrisque imperii habenas affectantibus. Anno tandem MCCLVII. in apertum incendium latens ignis erupit. Paulus de Sorefina Optimatibus; Martinus de la Turre Populo praefecti fuere. Ambo Praetores in exsilium aeti; sed Turrianus mandata contemnens, in Urbem regressus, rerum cum sua factione poritus est. Audi Stephanardum Tomo IX. pag. 67. Rer. Italiacar. in Poëmate de Geslis in Civitate Mediolani.

Dantur adversis Ducibus confinia: iussis Contentis repetit Populi sed moenia
Praetor
Festinus, vicosque capit. Non obriat ullus.

Haec narrant Tristianus Calchus, & Sigonius ad Annum MCCLVII. Corrius vero ad Annum MCCXL. tradit, Paganum Turrianum jam tunc Populi Ducem ac Tutorem fuisse constitutum, uti in ejus Epitaphio legitur

A Anno subsequenti MCCXLI. marmoreâ tabulâ inscripto: ac deinde anno MCCXLVII. Martinum Turrianum ad idem munus electum fuisse. Illud exploratum est, Anno MCCLIX. elusis per Turrianos clandestinis Nobilium consiliis, & foederibus cum Eccelino de Romano percutitis, coactos fuisse eodem Nobiles Urbe excedere: quae rerum conversione pleno Populari regimini aditum aperuit. Sed quid dico regimini Populari? Jam omnia ad Monarchiam inclinabant. Turriani Capitanei ac Duces ipsius Populi creati, sensim Principatum ac Regnum, non nomine quidem, sed re constabiliunt, ita ut Calcho supra laudato teste ad Annum MCCLIX. Credentiam Populi (idest, ut ego interpretor, secretum Populi Consilium appellatum Credentia) in totum sustulerint, negotia que publica pro arbitrio administrarint. Subsequuta sunt deinde bella plurimam civilia inter Populum Urbi dominantem, & Optimates proscriptos, quae Stephanardus Synchronus Scriptor nuper memoratus in suo Poëmate describit. Anno demum MCCLXXVII. pars Ottoni Vicecomiti Archiepiscopo victoriâ ad vicum Decimum, & caesis, aut captis Turrianis, restituti sunt Patriæ Nobiles, & novum regimen institutum est, in quo primae partes Nobilibus, sed suus etiam locus Populo fuit. Tunc autem Vicecomitum potentiae major in dies accessio facta est, ita ut dominationem paullatim attriperit Matthaeus magnus; qui paucis post annis dejetus, rursusque sub Henrico Sexto Augusto quem Septimum vulgo appellamus, restitutus, insigni Ducati Mediolanensi tandem fundamenta substravit. Ita Optimatum regimen & Populi, rerum vicissitudi-

ne ferente, & familiari olim Rerum publicarum fato, in unum caput coivit. Memineris interea temporum illorum morem. Hoc est, quod una ex praecipuis Italiae Civitatibus liberis per ea Secula moliebatur, aut peragebat, exemplo reliquis saepe erat, ut idem tentarent atque imitarentur. Atque heic mihi commemo-randa Civitas Regiensis, quam in-testinis ejusmodi discordiis laborasse Anno MCXLI. didici e tabulis, quas ex Archivo Canonicorum ejusdem Urbis de promtas. in suam Historiam Regensem adhuc MStam intulit Ful-vius Azzarius. Illis enim testibus, Anno illo Gualterius Archiepiscopus Ravennas, cuius Metropolitano juri tunc suberat Ecclesia Regensis, ad eam Urbem profectus est pro pace inter Reginos Cives & Capitaneos componenda. Nomine Capitanorum Nobiles designari notum, ii rāmen, qui Castello alicui dominabantur, & ab uno Imperatore Feudali titulo pen-debant. Chartam hanc infra dabo in Dissertatione LXI. de Cardinalibus.

Sed Florentia in primis, acribus semper ingeniis abundans, & ad mutationem pronis, heic supra cetera-rum modum spectandam se praebuit. Auctor est Ricordanus Malaspina Cap. 141. Histor. Florentin. coepisse Plebem in ea Urbe Anno MCCL. extollere caput, quum a Nobilibus Gibellinae factionis nimiis tributis ac probris affligeretur. Itaque seditione facta leverono la Signoria al Podestà, ch'era allora in Firenze; e tutti gli Ufficiali rinovarono; e ciò fatto sanza contesto, feciono Popolo, con certi nuovi Ordini e Statuti, ed eleffono Capitan di Popolo Mer' Uberto da Lucca; e fu il primo Capitano di Firenze, e feciono dodici Anziani di Popolo, due per Sesto, i quali guidavano

A il Popolo, e consigliavano il detto Capitano. Militiam deinde tum Urbis, tum Comitatus, in varias turmas diviserunt: uno verbo, totius Reipublicæ regimen sibi vendicarunt. Mercatores ergo & Artifices ii erant, qui leges condebant. Praetorem, ceterosque Magistratus eligebant, & pleraque majora, minoraque officia & honores sibi tribuebant. Adhibebantur quidem & Nobiles ad varios Magistratus, ac praecepue ad munia Militiae. Sed hi Populo suberant, quuma ab isto duntaxat penderet Praetor; & Antiani Populares cum isto supream dominationem in omnes exerce-rent. Fatentem habemus Ricordanum, sub ejusmodi regimine optime cessisse Florentinae Urbi, adeoque invidendam concordiam cum fortitudine in negotiis tum belli, tum pa-cis conjunxisse Cives, ut prospere cuncta procederent, & felicissimo sta-tu praeferent ob amorem & cultum justitiae. tunc universa Civitas frue-retur. Uberti, aliique potentes, ad usitatum imperium inhiantes, & res novas molientes, a furente Populo oppressi, solum vertere coacti sunt. Verū paucos annos in isto pede Florentiae fortuna stetit. Anno quippe MCCLX. ad Montem Apertum a Senensibus, & a viribus Manfredi Si-ciliae Regis, quas Nobiles proscripti singulari arte sibi procurarant, fra-cti, & caede miserrimè affecti Guelphi regnantes, Gibellinis victoribus cessere, atque imperium Optimatum Manfredo Regi addictum, instauratum fuit. Rursus verò quum Caro-lus Andegavensis Apuliā, ac Siciliā potitus, Guelphorum factioni in Tu-scia, ac Lombardia animos, sc robur addidisset, Anno MCCLXVI. Populus Florentinus rursus dominari coepit; atque inde novum regimen emer-

emersit, in quo suae etiam partes Proceribus Guelphis fuere, sed potiores Plebi. Restitutis deinde Civitati Gibellinis familiis, ne istis quidem negatus est aditus ad munera Reipublicae. Nimius essem, & facilime Lectori toedium crearem, si singulas Reipublicae Florentinac mutationes, quod est ad regiminis formam, recensere vellem. Saepe enim scepstrum usurparunt Nobiles, sed saepius Populares, qui severissimis Legibus ipsorum Procerum impotentiam coercebant atque puniebat. Modo Nobiles universi e patriâ abacti, bellum patriae inferebant, quod bene multis exemplis constat; modò concordes animis ac studiis utrique Rempublicam administrarunt. Peculiarem quoque Magistratum, ut Nobilibus condonantibus obfisteret, sibi Populus eligebat, qui Capitanus Populi appellabatur, a Tribuno Plebis non dispar, quem Romana Plebs per vim impetravit. Eiusmodi Capitaneum Anno MCCL. Florentiae constitutum nuper vidimus. Genuenses eundem Magistratum Anno MCCLVI. & ipsi Populo concedere coacti sunt. Fuit etiam tempus, quo a Mercatoribus, ac Popularibus ditionibus (*il Popolo graso* ii nuncupabantur) discessere Artifices minores ac ignobile vulgus. Eiusmodi exempla bene multa Genuensium, Bononiensium, Senensem, Placentinorum, aliarumque Civitatum Historia suppeditat. Nam & ipsae ejusmodi aegritudine malum laborarunt, atque in nonnullis regimen Popularre fere semper praecelle re visum est. Celebris est Florentiae sedatio ac regimen Ciomporum Anno MCCCLXXVIII. & subsequentibus continuatum. Hoc nomine donata sex vilis Artificum.

A

B

C

D

E

Popularis autem Factio potissimum constituebatur e Mercatoribus, Artificibus, ac Opificibus Urbis. Arti unicuique praeficiebatur Tribunus, sive Confanonerius, qui Vexillum illius deferens, quum opus erat, homines cunctos in eam Artem adscriptos colligebat, atque regebat. Varius autem Artium numerus fuit pro voluntate Civium. Alicubi enim rerum potiebantur Artes maiores, uti Florentiae, ac deinde accesserunt & Artes Minores. Primam inter illas conficiebant Judices, si e Doctores, & Notarii; secundam Mercatores panorum Francorum: tertiam Argentarii, sive Numularii, vulgo Campores appellati; reliquas constituebant Artifices pannorum, Medici, Aromatarii, sive Sepiasarii, telarum Jericarum Opifices, minutarum mercium Propolae, vulgo Merciarii; denique Pelliones, Pelliparii tunc appellati. Constatibant Artes Minores e Lanionibus, Fabris, Calceolariis, Carminatoribus, Cerdonibus, Sarcinotoribus, Barbitonibis, Pistoribus &c. A vero non abhorret, nascentes, eoque magis aultas in Italia Republicas multos e Romanorum, immo & Graecorum moribus, suis mutuatas, atque inter cetera didicisse ex iis varia haec Artificum Collegia. Nam uti Plutarchus monuit, Numa Rex Artium divisionem excogitavit, Tibicinum, Aurifidum, Fahrum, Tintorum, Sutorum, Cerdonum, Fahrum aeriariorum, & Figulorum. Reliquas verò Artes in unum redigens, unum ex his Collegium instituit. Alexander quoque Severus, Lampridio teste, Romae Corpora constituit, idest Sociates & Collegia Artificum; atque inde Corpororum nomen in Codice Theodosiano, atque apud alias vetustos Scriptores Graecos & Latinos. Itali post tot Secula

Ia eumdem morem renovarunt. Quum A
verò de tumultu, ac seditione metus erat, aut revera motus aliquis in Urbe contingebat, erumpabant omnes arreptis armis, singuli ad Vexilliferum suae Artis coēentes, atque inclamantes: *Vivant Artes & Populus.* De istis Artium Collegiis, Scholis, seu Frataliis pauca alia infra innuam in Dissertatione LXXV. de Piis Laicorum Confraternitatibus. Haec autem Collegia Artium, teste Aulico Ticinensi, Tomo XI. Rer. Italicarum, Paratica alicubi sunt appellata; ex quo discas, non idem fuisse apud Italos Paraticum, atque Paragium, uti Du-Cangius opinari videtur. Singula autem Paratica, pergit scribere idem Aulicus, habent sua Statuta, eorumque singula eligunt Consules suos, & Seniores, quos Antianos appellant; & aliquem de Sapientibus & Majoribus patronum habent, cui de certo salario providetur. Omnes istae Artes Palatum aliud magnum habent pro se, quod Palatum Populi nominatur, magnaque campanam, quae quotiescumque pulsatur (quod rarissime fit) totus Populus arma sumit. Ita Anno MCCLIX. uti tradit Gualvaneus de la Flamma in Manipul. Flor. Cap. 293. Tomo XI. Rer. Italicarum, Martinus de la Turre invavit Anzianariam & Dominium Credentiae & Paraticorum Mediolani. Is nempe electus Caput & Praeses Populi Mediolanensis adversus factionem Nobilium. Paraticorum quoque mentio est in Charta Ferrarensi Anno MCCVIII. supra in Dissertatione XXX. de Mercatibus. Ita in Chronico Mediolanensi MSto apud me legitur: *Nobiles, idest Catarei & Valvatores, non sustinentes, quod Paratici eligerent Consules, hoc ius ad se converterunt. Occurrit & alibi eadem vox.*

B Denique hi ipsi Artifices de bello & pace decernebant; foedera cum finitimis percutiebant; & quandoque neminem ex Equestri Ordine, aut saltem nullum e potentioribus, ac primoribus sinebant gerere Magistratum. Quantum irae in animis Patriorum postremus hic rigor excitaret nonnunquam, vel me tacente unusquisque inteligit. Qiare ut clavum arriperent integrum, aut saltem ejus partem, consiliis, artibus, ac viribus, perpetuo Nobiles studebant, nunc felici, nunc funesto successu. Accidit autem hac in re aliquid singulare, quod tenebris obsitum lucem nunc a me poscit. Scilicet quum Nobilium coetus publicos honores avidissime & ipse expeteret, neque ulla alia ratione voti compotes fieri possent, complures ex iis consuevere nomen suum ipsis Artibus dare (quod plerumque minime interdictum fuit) atque ita connumerati inter Artifices, publicorum munerum compotes ac participes efficiebantur, id interdum hac ostentatione fidei & amoris consequuti, ut suis dominatoribus dominarentur. Dedeconi sibi verterent nostri temporis Proceres tam alte descendere: sed non erant adeo-delicati eorum Seculorum magnates viri, dum se deprimendo ascendere possent. Accipe quid Anno MCCCVI. constituerit Respublica Mutinensis, quae tunc ad aliarum complurium morem a Populo sive a Plebe dominante regebatur. Quilibet de Societate Populi Mutinae scriptus in aliqua vel aliquibus Professionibus, Arte, vel Artibus approbatiss per Commune Mutinæ, possit & debeat sollemmodo habere & admitti ad Officium, beneficium, & ad electionem Deseniorum, Vexilliferi, & cuiuslibet alterius Officii, & beneficii, & honoris Communis & Populi
E Muti-

Mutinae. Et si quis non exercet (Nobiles quoque heic designatos animadverte) eligat unam, in qua esse velit, & pro illu solummodo possit habere dia Officia & beneficia. Et postquam unam elegerit, postea variare non possit, nec aliam eligere &c. Ita factum est in nonnullis Civitatibus, ac praecipue Mediolani, ut Nobiles ad Popularium factionem accedentes, imperium paene universum arripuerint, & Principatum inierint in patria sua. Non sunt obvia in Historiis & Archivis consuetudinis hujus exempla: fortassis enim recentiores moleste tulerunt Majores suos intueri, quamquam illustri loco natos, Artificum, & quandoque vilium, albo adjunctos. Attamen ego, quum Genuae essem, animadvertis nobilissimae Urbis nobiliores Cives olim passos, se in alicujus Artis catalogo ac Societate inscribi, quo tempore videlicet Populare regimen ab administratione Reipublicae Proceres quoque excludebat. Praeterea in MSO Codice membranaceo Bibliothecae Estensis, complectente Commentarios Beneve-

A nuti de Imola in Comoediam Dantis, offendit etiam duo folia pergamena, ad compingendum Codicem in calce addita; atque inde hausi Instrumenta duo authentica, quae heic inserenda censui. Videas ibi memoratas Societates Bechariorum, sive Lanionum, Bononiensium, & Sbararum, hoc est, ut opinor, Fabrorum lignariorum, quorum fuit, septa aedificare ad publica Torneamenta, ac singularia certamina; aut illorum, qui destinati erant a Republica ad impedientes repagulis vias publicas, quum rumor, aut seditio erumpet in Urbe. Insuper animadvertis Doninos appellari quodam ex ordine Lanionum. Hos ego suspicor Nobiles viros, eidem Societati adscriptos, & potissimum, quod ibi visus mihi fuerim intueri duos e Familia quadam, quae a nonnullis Seculis cum praeclarioribus non Bononiae tantum, sed & Italiae certat. Id profecto nihil detrahat splendori illius: attamen satius duxi, apposito asterisco, rem tenebris obducere, ne cui molestiam nolens ego creem.

Emitio cujusdam domus facta a Societate Bechariorum, sive Lanionum Bononiae, Anno 123.

Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio, Indictione Sexta, die VI. Aprilis. Dominus Daniel quondam..... Fabri Capelle Sancte Ecclesie de Lambertatiis, jure proprio in perpetuum dedit, vendidit, & tradidit Domino Niholito quondam Domini (*.....) Bechario, ementi, & recipienti nomine & vice Sociorum ejus Bechariorum, ad Becharias novas super factas juxta Plateam Comunis Bononiae, & juxta domos Lambertinorum, Edificium cujusdam Domus longi-

Ditudinis viginti septem pedum, & latitudinis decem pedum & dimidi, scilicet Cupos, Lambrectas, Columpas, Spondas, Mureas, positas in ea: salvo Spondam anteriorem, que est Comunis Bononie. Et omnia que spectant de iure dicto Edificio positio super terreno partim Fratrum Praedicatorum Bononie, & partim Domini Guizardini de Lambertaciis in Capella Sanctae Crucis infra tales confines: ab uno latere Becharias, & ab alio quodam Edificium Comunis Bononie: a latere anteriori

Vie

129 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SECUNDA. 130

Via plubica, & Platea Communis Bononie. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quidquid sibi vel alteri eorum vel suorum successorum placuerit, perpetuo faciendum: cum omnibus & singulis, que infra predictos continentur confines, vel alios si qui forent, accessibus & egressibus in vias plubicas. Et hoc pro precio & nomine precii viginti trium Librarum Bononie. Quod premium dictus venditor confessus & contemplatus fuit ab ipso emptore habuisse & recepisse; renuntians, & sibi promitens

A didam venditionem firmam habere &c.
& reficere damna & expensas &c.

Actum Bononie in Strata Sancti Donati sub porticu Dicli Domini Nihoniti, presentibus Domino Laurentio Barberio, Prandino Egidii Calzularii, & Vatendeo Au..... Capelle Sancte Teclie de Lambertaciis, qui dixerunt partes cognoscere, testibus presentibus.

B Positum in Memoriali Communis Bononie per Bonacursum Petri Notarium dicto Osicio.

Compromissum quorumdam in Ministros Societatis Bechariorum & Sbararum, factum Bononiae Anno 1293.

Anno Domini Millefimo Ducentesimo Nonagesimo Tercio, Indictione Sexta, die decimo nono Aprelis. Chier, & Federicus Figotius fratres & filii quondam Domini Petrizoli Domini Lambertini de Ulgiano, & Bitinus quondam Manzini, eorum nomine, & nomine & vice Domine Burgbene eorum matris, & Albertucii Bonomei, Jacobi Amirati, Jacobi quondam Simonis de..... Bonomi & Albertinelli fratribus filiorum quondam Stephani Bonomi, & Albertucii Figlocaro, Benzenonis quondam Johannini de Butomini, & omnium aliorum suorum sequacium ex una parte: & Jacobellus quondam Bonzeneris Brunelli, Benzenove & Ugolinus ejus * filius, eorum nomine, & nomine & vice similiter dicti Jacobelli, & omnium suorum sequacium ex altera parte, compromiserunt se communiter & concorditer, unanimiter & sponte in Dominos Johannem Barifellum, Johannem Bixanellum, Petrizolum de Manzolis.... num Azonis Raininghi Symoninum (*.....) Jacobinum Yvani, Bonazunta de Manzulino..... Ministrales Societatis Bechariorum, Gui-

C dolinum Lanfranchinum, Berthalomeum de Castagnolo, Ardizonis, Jacobum Arardi de Menzonibus, Laurencium Gondoldi, Johannem Guillielmi, Thomaccem Petri Bonaventris, Jacobum de Sanda Maria in Donis, Ministrales Societatis Sbararum, tamquam in arbitrios, arbitratores amicabiles, dispensatores, & bonos viros, de libibus & questionibus & controversiis, que vertebantur inter predictas partes, seu verti poterant, occaxione injuriarum, offenditionum, vulnerum, & percusionum factarum per unum de parte in alterum de altera, vel que dicuntur fore facta per aliquem de partibus predictis in aliquem de parte. De quibus vulneribus, percusionibus, & offenditionibus facte erant accusaciones hinc inde. Et generaliter de omnibus & singulis offenditionibus & injuriis, malis & contumeliis factis per dictas partes: & de omnibus litibus & controversiis tam civilibus quam criminalibus, que vertuntur seu verti posent inter partes predictas dicta de causa. Comitentes predictis arbitris & arbitratoribus plenam licentiam, & liberam potestate, autorita-

tem & bayliam laudandi, finiendi, pronunciandi, & sentenciandi, atque mandandi super predictis, generaliter quidquid eis, vel duabus partibus ipsorum placuerit, & vulnerint pro bono pacis & concordie. Promittens una pars alteri ad invicem, & ipse ambe partes divisi dictis arbitris & arbitratoribus stare, parere, & obedire omni eorum Laudo, vel duarum partium ipsorum dicto, definitioni, & pronunciacioni ipsorum, que vel quam dixerint, pronunciaverint, vel sentenciaverint cum scriptura vel sine scriptura semel vel plures, diebus seriatis vel non seriatis, simul & separatim, partibus presentibus & absentibus, sedendo, stando, ubicumque, quandcumque, & quoque scunque eis placuerit, cum juris solennitate, & omni juris & Statutorum solennitate obmissa. Et quidquid laudatum fuerit per dictos arbitros super predictis & quolibet predicatorum, illud in continent retificare, aprobare, & emologare, & effectui demandare, non petendo illud reduci ad arbitrium boni viri. Et predicta omnia & singula attendere & observare sub pena quingeniarum Librarum Bononie: que pena tocens comitatur, & exigi posuit in singulis capitulis hujus Compromissi & Laudis ferendi, quoctiens contrafactum fuerit. Et pena soluta vel non, nichilominus dictum compromissum & laudum in sua maneat firmitate. Item reficere & restituere una pars alteri, & ad invicem, omnia singula dapna, & expensas, hac interese litis & extra. Pro quibus omnibus & singulis firmiter observandis & adimplendis obligavit una pars alteri omnia sua bona tam presentia quam futura. Insuper promiserunt predicti Chier & Federicus & Bitinus, se facturos & curatores omni exceptione remota, quod Doctrina Burghia mater predicatorum Fe-

A derici & Chieris, & predicti Albertuccius Bonromei, Benzevone Johannini, Albertuccius Figlocaro, Bonomo, & Ubertinus, & Jacobus Amirati, & Jacobus Symonis, & omnes sui sequaces atendent & observabunt, & effectui demandabunt omnia & singula, que dicta seu laudata fuerint per dictos arbitros, vel per duas partes ipsorum: & subjacent omnibus penis, promisionibus, & obligacionibus, quibus subjacent predicti Federicus, Chier, & Bitinus nominatis & specificatis in Compromiso predicto &c.

Postum fuit in Memorialibus Comunis Bononie per Gardum de Doacii Notarium dicto Oficio Memorialium.

Quod tamen animadvertisendum est, quamquam inficiari nemo possit, quin multa interdum ex Populari regimine in Rempublicam bona & commoda effluxerint, quae enumerare non vacat: attamen exploratum est, multa etiam incommoda inde manasse, praesertim quum non sit Populi plenumque indocti, atque in politicis negotiis imperiti ac rudes, immoturbitis animi affectibus præ ceteris obnoxii, recte decernere de magnis rebus, atque utiliora capere consilia; & potissimum ubi Vulgo ipsi facile furenti liceat sententiam suam intermischere, & meliorum consilium pluralitate votorum dejicere. Ad haec quam facile sit Vulgus ad iurgia, ad rixas, ad seditiones, nihil est quod ego commemorem. Propterea Plebejos viros, vilesque Artifices, Ferretus Vicentinus Lib. 3. Histor. Tom. IX. pag. 1053. Rer. Italicarum, veluti ineptos ad Reipublicae gubernationem, immo uti perniciosos, suo tempore exsecrabatur atque irridebat. Digna sunt quae audiantur illius verba, dum narrat indistum temere bellum Venetis a Populo Pavino.

133 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASECUNDA. 134

Tavino. Ad haec plebiscita, inquit, vocati sunt Plebis Magistratus, & inanis Populi multitudo, qui, velut aestuans dictabat impetus, fieri prorsus densis vocibus clamitabant. Nempe verana est Vulgi latrantis opinio, quum imperite judicium profert de rebus in cognitis. Quid enim huic cum Virtute, cum Prudentia? Quid temperatum aut forte est? Vendant Opifices, emanque merces sordidas. Fabri incudes feriant; & ceteri illiberalium cultores Artium sua lucra provideant: non se gravibus, optimisque Viris, quotiens de Virtute agitur, stolidi inferant: quod non intelligunt, discutere nolint; nec velut putant, id bonum esse fateantur. Hec Ferretus circiter Annum MCCCXXX. scribebat, probe experientia edoctus, quid in publicis consiliis, rebusque magni momenti, sperandum sit ab inficitia ac temeritate intemperantis Plebis. Albertinus etiam Mussatus, Ferreti aequalis, Lib. 2 Rubricâ 2 de Gest. Italicor. referens translatum ad Patavinam Plebem regimen Civitatis, haec habet: Ad Tribunos qui dem, quos Gistaldiones vocitabant, omnia publica, privataque judicia transstulere; & hi omnes Opifices erant. & qui sordidis commerciis vitabundi volutabantur. Hi forenses, publicaque caussas, sedentes, applaudentibus, horribusque Gibolengorum Demagogis, audiebant, judicioque gloriantes finiebant. Iisdem, ut opinor, temporibus, aut paulo ante, floruit Frater Jacobus Genuensis, Ordinis Praedicatorum, qui Libellum MStum reliquit, in Estensi Bibliotheca adseratum, de Lndo Schachorum, sive de Moribus hominum. Ibi Lib. 2. Cap. primo scribit: Populares discant suis officiis & Artibus intendere. Consilia verò, & Civitatis regimen, ac bellorum ordinem, Nobilibus permittant tractare.

A Qualiter enim sciret consultare Popularis, qui numquam studuit circa consilia? Quale dabit consilium, qui adhuc ignorat naturam rei super qua consilium est habendum? Vacent ergo & intendunt officiis aut ministeriis, quibus sunt apti &c. Neque diversa fuit sententia Joanni Villanio, qui Lib. 12. Cap. 42. Historiar. immane dissidium, bellumque civile describens, obortum Florentiae inter Nobiles ac Populum, legesque ab eodem Populo furente, Anno MGCCXLV. promulgatas, dolens ait: E nota, che fa il reggimento delle Cittadi, essendone Signori Artefici, e gente Manuale, e idioti &c. Male siamo retti per li Popolani grassi, e per li piccoli via peggio.
 B At inquires: ergo omnia pessum ierint in regimine Populari, quando non solum ad consultandum de salute Reipublicae adhibere opus erat ejusmodi capita, rationis non raro expertia, sed etiam eorum judiciis ac sententiis parendum fuit. Bona verba, quaeso. Ut ut certe ex Generali Consilio Populi, quo tum sapientes, tum insipientes longe plures coibant, incommoda haec noanunquam emergerent: attamen e minori Consilio, hoc est Credentiae, sive Secreto, a quo pleraque Reipublicae negotia pertractabant atque expediabant, plerumque haec minime timenda erant. Istud enim constituebant Praetor, seu Capitaneus, inter prudentiores fere semper selectus, tum Antiani, aut Sapientes, e Populo ob eorum prudentiam ac mores, probati. Accedere etiam consueverunt ad omnes deliberationes, & praesertim in arduis, Judices, hoc est, Doctores, quorum vel in ipso Optimatum regimine magna semper fuit existimatio & usus; ita ut neque prudentia,
 C
 D
 E neque

neque sana consilia, Plebe etiam regnante, saepe desiderarentur. Olim propterea Doctoralis laurea maximi facta est, atque ipsi Nobiles solicite operam studio Legum dabant, ut Doctorum insignia sibi compararent: hac enim ratione ad intima Reipublicae consilia facilius advocabantur, & gloriosum erat appellari *Miles & Doctor*, sive *Dottore e Cavaliere*. Unum tamen experientia docuit, melius semper fuisse Civitatibus atque Provinciis, quum uni Nobiles, aut saltem acque Nobiles ac Populus concordibus animis & potestate temperata Rempublicam administrarunt. Cer te quoties in alterutram partem dominatio inclinavit, uberiores fructus sapientiae ac felicitatis plerumque ex Nobilium, quam e Plebis regimine processere. Generosis autem ac bonis Regibus, & Principibus Populum regentibus, nihil in Monarchia plerumque desideratum est, quod Aristocracia, aut Democratia polliceri possit. Sed & illud in mores eorumdem temporum investum est, videlicet etiamsi per Nobiles & Plebejos junctis animis Respublica regeretur, attamen exclusos fuisse e regimine illos Nobiles, qui potentia ceteris praestabant. Neque enim sat libertatis relictum videbatur suffragiis ac deliberationibus Civium, si homines tot opibus & clientelis turgidi aliquid auctoritatis in publicis consiliis retinerent. Hac etiam ratione cavebatur, ne praepotentes ad clavum Reipublicae adsciti, contra illius libertatem quidquam facile molirentur. Id praecipue actum Mutinae, ut vetera Urbis acta produnt, in quibus Nobilium familiae a Consilio exclusae sigillatim recensentur. Id quoque a Brixiana Respublica Anno Christi MCCCCXXX. praestitum me-

A moriae prodidit Jacobus Malvecius, in ejus Urbis Chronico pag. 1000. Tomi XIV. Rer. Italicarum. Neque in aliis Civitatibus ejusmodi cautelae exempla desiderantur. Habeo heic vetera Mutinensium acta, quibus ejusmodi consuetudo mirifice illustratur. In Archivo, inquam, ejusdem Civitatis adseratur *Liber Nobilium & Potentum Civitatis Mutinae & Districtus*, nec non & quorundam aliorum Popularium (en ut praeter potentes Cives, Nobilitate generis praestantes, aliqui etiam Populares ad gubernaculum Reipublicae accedere non sinebantur) qui digni non sunt esse in Populo praelenti; conditus & factus tempore Magnifici viri Domini Munsi de Sabatinis de Bononia, honorabilis primi Capitanei Civitatis & Populi Mutinae, sub Anno Domini MCCCVI. Indictione IV. de Mense Februario. Subsequuntur nomina singulorum. Ego nonnulla excerpam. In Porta Sandi Petri (hoc est, in primo e quatuor Quarteriis Urbis) Dominus Bernardinus de Garsonibus. Adduntur alii ejusdem Familiae, uti & in subsequentibus: Dominus Nicolaus de Bochetis; Dominus Rambaldus de Munnariis; Dominus Guilielmus &c. Comites de Gonola: Dominus Albertus de Livizzano. Succedunt aliae Familiae de Malguizardis; de Monturio; de Campilio; de Gorzano; de Guillia; de Bazzano, aliquo tamen discrimine; nam ex his Familias nonnulli signatim nominantur ut exclusi; in aliis vero omnes de dicta Domo exclusi dicuntur. In Porta Albareti, Dominus Ugolinus &c. de Savignano; tum Familiae de Nonantula; de Guidoclis; de Passapontibus; de Bastardis. In Porta Cittanova Dominus Thobias, Dominus Jacopinus, Dominus Gerardus, Dominus Franciscus, Dominus Gerardi-

137 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASECUNDA. 138

rus de Rangonibus, Dominus Saxolus A de Sixolo. Adtexuntur Familiae de Fredezonibus, de Fredo, de Gorzano: deinde Dominus Franciscus &c. de Pizis, sive de Mirandula: nunc i Pichi, olim Mirandulae Domini. Tum po- ne sequuntur Familiae de Doxiis; de Gazo, sive de Soleria; de Sancto Mar- tino. Dominus Guido^{ius} Archipresbyter de Ziliano (nunc Ciano); Dominus Zampaulus. Archipresbyter de Cittanova; Dominus Guido. Archipresbyter de Sorbaria. Adduntur Familiae de Gui- donibus; de Spezzano; de Paltoneriis; de Ganaceto. Dominus Aegidius &c. de Piis: de Adelardis: de Macreto: de Boccadeluziis: de Papazonibus: omnes illi de Bochabadatis: de Pizis: de Freguano: de Balugola: de Fante: de Padellis: de Doxiis. In Porta Ba-

A juariae Dominus Manfredinus de Saxe- lo: de Rodelia: de Garsonibus: de Balugula: de Varana, sive de Lecater- ris. Reliquos omitto. Non uni Fa- miliae apponuntur haec verba; & omnes alii de dicta Domo, tam Clerici quam Laici, & tam naturales quam legitimi. Eodem tempore inter pro- scriptos connumerantur quidam No- biles & Populares, ac prae ceteris nonnulli de Boschetis, de Rangonibus, de Guidonibus, de Saxolo, & omnes de Garsonibus, & complures de Ro- delia. Denique illic habetur Magna Massa Populi. Hoc est, omnes, qui- bus erat locus in generali Consilio Mutinensis. Democratiae, sigillatim recensencur, tam Nobiles, quam i- gnobiles.

DE INSTITUTIONE

M I L I T U M,

quos *CAVALIERI* appellamus,

& de *INSIGNIIS,*


quae nunc *ARME* vocantur.

D I S S E R T A T I O

Q U I N Q U A G E S I M A T E R T I A.

DISSERTATIO

QUINQUAGESIMATERTIA.



Nter Seculorum barbaricorum mores unus praecepue maxime tunc commendatus se offert nobis: sed qui jandiu in consuetudinem abiit, & in Historia tantummodo eorum temporum legendus est. Is fuit institutio Militum, qui vulgari nostrâ Lingâ Cavalieri appellabantur. Jam vidimus in Dissertatione XXVI. de Militia, apud Italicos praesertim, sub Militum nomine venisse Equites legionarios, qui videlicet equo militabant, aut merebant in bello, quum contra Pedites dicerentur, qui pedibus militiae vacabant. Hi Plebeji Milites ab aliquibus appellati sunt. Sed alia significatione, & quidem longe nobiliiori, adhibita etiam fuit vox Miles, nempe ad eos Nobiles designandos, qui praecipuis ceremoniis militari cingulo donabantur, quales nostris diebus sunt Equites Ordinum Militarium. Ita apud Romanos non minus Equites nuncupati fuere legionarii equo merentes, ut Pedibus oppositi, etiam si nobilitatis insigniis carerent, quam qui Equestris ordinis erant, & Equites Romani vocabantur, & post Senatores illustri nobilitate fulgebant. Peculiaris igitur hujusmodi Militiae (Cavalleria a nobis ap-

Tom. XI.

A pellatae) origo a Populis Septentrionalibus petenda est, quorum innumerae phalanges, Gothi, Langobardi, Franci, Germani, Italiâ potiti, suos mores in hasce Provincias intulere. Vetusissimus & diligentissimus Germaniae pictor Tacitus in Libro de Moribus Germanorum, Cap. 13. haec scripsit: *Arma sumere non ante cuiquam moris, quam Civitas sufficiarum probaverit. Tum in ipso Concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto frameaque juvenem ornant. Haec apud illos toga, hic primus juventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicae.* Enquâm solenne tum foret gentibus illis Arma primum sumere, & honore Militiae ornari: Militiam enim Populi ii ingentis decoris loco semper habuere. Langobardis autem, Populis & ipsis Germaniae tribuendis, & ab ipso Tacito attributis, consuetudo fuit, ut Regum filii, non a patre, sed ab alterius gentis Rege armis primum induerentur. Apud Paulum Diaconum Libro primo Cap. 23. de Gestis Langobardorum, pentibus ab Audoino Rege Langobardis, ut Alboinum filium convivam secum haberet, is respondit: *Se hoc facere minime posse, ne ritum gentis infringeret. Scitis enim, inquit, non esse apud nos consuetudinem, ut Regis cum patre filius prandeat, nisi prius*

K

prius a Rege gentis exteræ, arma suscipiat: hoc est, solenni ritu Miles constituatur. Jam Alboinus idem Gepidarum Regis filium spatâ percutiens in proelio prostraverat. Et nihilominus profectus subinde est Alboinus ad eundem Gepidarum Regem, antea hostem, qui sumens arma Turismundi filii sui, jam intercessi, ea Alboin tradidit, cumque cum pace incolam ad patris Regnum remisit. At Franci, Germanici Populi & ipsi, ne ensem quidem filiis Regum dabant sine aliquot rituum pompa. Id autem fiebat, quum adolescentiam inibant. Auctor Vitae Ludovici Pii apud Du-Chefniū ad Annum Christi DCCXCI. inquit: Patri Regi Rex Ludovicus Ingelheim occurrit, indeque Renesburg cum eo abiit: ibique enī jam appetens adolescentiae tempora, accinctus est. Nemo non intelligit, id ab Historico adnotatum, quod pluribus ceremoniis res tunc ageretur, & celebrata multum foret. Atque ob eamdem causam Anonymus Salernitanus in Paralipomenis a me editis Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. Cap. 80. pag. 233. memoriae prodidit, Siconem puerum, Siconolfi Salernitani Principis filium, aliquot annos in aula Ludovici II. Augusti versatum fuisse. Sed dum adolescentis factus fuisset, ex more ipsi jam dictus Rex arma donavit, atque cum honore Salernum misit. Inquit ille ex more: in valuerat enim consuetudo, ut illustrium virorum filii honoris gratiā a Regibus, ac Principibus armis primum induerentur, ut etiam moris fuit, eadem arma dono dare accipientibus. Arma autem dare idem erat, ac Militari cingulo accingere, sive Militem, aut Equitem creare. Quum verò Militaris cinguli mentionem apud veteres comperimus, non aliud

A videtur per eam vocem significari; nisi Ensem, quo cingebatur, quisquis ad honorem Militiae admittebatur. Militare cingulum, aut cingulum Militiae non semel occurrit in Codice Theodosiano. Veteris autem Seculis latior hujus vocis significatio fuit, quam quocumque Milites indicaret, sive equo, sive pedibus militarent. Non idem fuit Seculis barbaricis. In Vita Sancti Authpertii Vulturnensis Abbatis, aeo Caroli Magni, plurimi ex Aula Regia Militiae cingulum deponentes in sancto proposto Religionis ei (Authperio) adhaeserunt. Sed praecipue post Decimum a Christo nato Saeculum, cinguli Militaris nomen, & honor pertinuit ad Equites nobiles, de quibus nunc nobis sermo.

Et horum sane frequentior mentis occurrit apud Historicos Italicos, Germanos, Francos, Britannos, post Annum Christi Millesimum, quia res peragi tunc copta est diversis, ac illustrioribus etiam ritibus, quam qui apud veteres adhibebantur. Duobus autem modis Militarem honorem consequi consueverunt Nobiles viri (non enim nisi Nobilibus ejusmodi ornamentum conferre mos fuit) scilicet aut in bellicis expeditionibus, aut pacis tempore, occasione insignis aliquius celebritatis. Tunc enim, quo praeclarior erat Princeps, aut Militiae Dux, arma tyroni conferens; & quo splendidior, ac magis memorandus locus & tempus conlati munieris: eo major gloria, & decus in novos Milites redundabat. Sed ii potissimum se felices, ac honoratores censebant, quibus licebat in proelio militaria arma primum suscipere. Propterea nobiles adolescentes convolabant ad bellum, ut egregio aliquo facinore fortitudinem suam probarent,

cāque

eaque ratione tanquam praemium decus ejusmodi consequerentur. Iti verò, antequam *Milites* crearentur, *Armigeri* vocabantur, sive *Scutiferi*, & *Scutarii*, vulgo *Sudieri*: quae nominum diversitas probe tenenda est, ad assequendam Historicorum mentem, a quibus memorantur interdum in aciebus *Milites*, & *Scutarii*, *Cavalieri*, e *Sudieri*. Non loquar heic de *Scutiferis* gregariis: solebat enim quisque *Militum*, seu *Equitum* adducere secum unum, aut plures *Armigeros*, eisque scutum suum, ac lanceam commendare, repetitus quum pugna imminebat. Neque spectatores nudi proeliorum fuere id genus ignobiles *Armigeri*; quippe ense & hastā, ac aliis armis accincti pugnabant & ipsi, quoties conserdae manus erant. De hisce agi puto in Statutis Populi Veronensis Anno MCCXXVIII. promulgatis, ac ab amico meo Bartholomaeo Campagnola editis, Cap. 183. Item prohibeo, ne quis deferat lanceam vel lazonem, nec hastam acutam, vel paratam ad ponendum intus ferrum lanceae vel lazonis, vel arcum balestum cum pilotis & sagittis, per Civitatem vel ejus distulum, nisi sit Miles, vel ejus *Scutifer*, cum vadit cum domino suo sine fraude, qui possit portare lanceam. Principibus quoque sui erant *Armigeri*, utique Nobiles. Rogerius postea Siciliae Comes, uti scribit Gaufridus Malaterra Lib. 2. Cap. 4. Histor. Siculae, Tomo V. Rer. Italicar. *inermis*, excepto clypeo solo, & ense, quo accinctus erat, nocte quadam Siculam tellurem scrutabatur; *Armiger* namque cum armis subsequebatur. Occurrunt hostes. Ille per longum dicens ab *Armigero* arma recipere, solo ense super eos irruit. Itaque loquor de *Scutiferis* hisce illustri loco natis, quibus commune id

A nomen fuit, quod, uti opinor, se comites adderent Principibus, aut exercituum Ducibus, aut illustrioribus Militibus; eorumque Scutum ac hastam deferrent, donec ob merita virtutis & obsequii dignos se ostenderent, quibus Militaria insignia ac arma traderentur. *Armigeri honorarii* interdum ii appellantur, ut a plebejis distinguantur. Landulphus de Sancto Paulo in Vita Sancti Ariaaldi, Auctor paene synchronus, apud Puricellium haec habet: *Iisdem temporibus* (hoc est, circiter Annum Christi MLX.) *Herlembaldus de Cottis*, frater *Landulphi*, a Hierosolymis redierat, Miles factus. Vetustiorem quoque ejusmodi *Militum* mentionem habemus in Diplomate Ottonis III. Augusti, Tomo I. pag. 493. Histor. Eccles. Placentinae, edito jandudum a Campio. Nimurum est Privilegium Anno DCCCCLXXXIX. ab eodem Ottone concessum Lanfranco, Opizioni &c. Brachifortibus, quos, ait, cum nos hodie ante in Missarum solemnibus in Ecclesia Sandae Brigidae *Milites novos creaverimus, deceatque ipsos uti novos Milites novâ nostrorum beneficiorum largitione praerogativâ laetari &c.* Verum Diploma illud commentitium undique se prodit, tunc quod Otto ibi testans inducitur, se fidem Nobilium Brachifortium fuisse expertum in nostris exercitibus, quos tam contra Latinos, quam contra Graecos exercuimus: quod omnino falsum; praesertim quem Diploma datum dicitur XV. Kalendas Decembris, Anno Incarnationis Domini DCCCCLXXXIX. Indictione Primâ, Anno Domini Ottonis Tertii, Imperii ejus Quinto. Apage impostorem. Anno tantum DCCCC-XCVI. Otto Tertius Imperium iniit. Sed haec missa faciamus.

Quum verò instabat acre aliquod proelium, sive discrimin bellicum, aut post proelium parta erat victoria, tunc nobilibus Scutiferis nuper descriptis loco stimuli ad fortiter agendum, ut praemii loco pro fortiter gestis, Militaris honor conferebatur. Non omnibus quidem, sed quibus aut insignior nobilitas, aut apud Principem major gratia, aut in pugna eminentior fortitudo, deus ejusmodi procurabat; nisi forte extraordinarius aliquis casus multis aditum ad illud consequendum appetiret. Fulcherius Carnotensis Lib. 2. Histor. Hierosolymitan. Cap. 2. haec habet: *Monente Rege quicumque potuit, de Armigero suo Militem fecit.* Teste quoque Dominico de Gravina in Chronico, Tomo XII. Rerum Italicar. pag. 649 quum conditum fuisset proelium inter Ludovicum Tarentinum, postea Apuliae Regem, & Hungaros Anno MCCCL. Plurimi Neapolitani Nobiles, filii Nobilium Militum, occasione faciendi proelii, eidem Domino Ludovico honorem Militiae postularunt; ut quum Nobiles sint, se aliquem eorum deficere contingat in proelio, fama vel nomen Militiae sibi resset, ut moris est bellicorum. Ut autem unusquisque dictorum Nobilium ad committendum proelium animosor se demonstraret, sponspit, & placuit dictorum Nobilium petitio sibi facta. Et eodem die zonâ Militiae decoravit nobilissimos Juvenes septingentos & ultra. Prodigiitalitas haec visa fuerit anterioris aevi moderationem metientibus. Appellati quoque fuerunt Domicelli, qui ad Militaris cinguli honorem adspicabant, & nobilibus ac Militaribus viris plerique progeniti. Inde Italicum Donzello è significatione: quae vox apud Johannem Boccacium, aliquosque veteres Etruscos Scriptores

A occurrit. In Annalibus Genuensibus Caffari, ad Annum MCCXXV. mentio est Militum quinquaginta Thomae Comitis Sabaudiae, quorum singuli procedebant cum Donzello, & duobus Scutiferis. Alii quinquaginta Milites sub Lothingo de Martingenzo militabant, quorum qui que erat cum duobus equis, & cum tribus Scutiferis, & Donzellis bene armatis. Nempe Scutiferi hoc in loco gregarii milites significantur; Donzelli vero illustri loco nati. Propterea Ugutio Grammaticus scripsit: *Domicelli, & Domicellae dicuntur, quando pulchri juvenes Magnatum sunt sicut servientes.* Vox ipsa eorum nobilitatem indicat: *Domicelli quippe nuncupati, nempe Dominicelli, quod est diminutivum nominis Dominus, quodque respondet Italico Signorotto aut Signorello.* Joannes quoque Villanius Lib. 7. Cap. 63. Historiar. scribit, missos a Florentinis ad Carolum I. Siciliae Regem cinquanta Cavalieri di corredo, & cinquanta Donzelli gentili uomini ditutte le principali Case di Firenze per farli Cavalieri. Frater Jacoponus Tudertinus circiter Annum MCCXCVIII. ajebat:

*Che fui, como a me pare,
Donzello en bel servire,
E ornato Cavaliere,
Bello e costumato.*

E Hisce verò non licebat ad eamdem mensam cum Militibus assidere: quod si simul sedebant, humilior erat sella Scutiferi, quam Militis. Calcaribus argentatis duntaxat utebantur, quum Calcaria deaurata ornamentum ac insigne peculiare Militum forent, qui propterea Cavalieri a speroni d'oro appellabantur. Erant etiam, qui locum sibi in Torneamentis

153 DISSERTATIO QUINQUAGESIMATERTIA. 154

tis quaerebant, ut ibi virtutis live fortitudinis suae experimento dato, cingulum Militare consequerentur. Id certe apud Anglos in usu fuit. Matthaeus Paris ad Annum MCCXLVIII. haec habet: *Die Cinerum coeptum est Torneamentum magnum, ibique Willelmus frater Domini Regis uterius, Tyro novellus, ut titulos Militiae sibi famosos adquireret, se animosa praesumptione ingessit. Sed aetate tener, & viribus imperfectus, impetus Militum durorum & Martiorum sustinere non praevalens, mansit prostratus.* Qui vero ex imperitia in hilce certaminibus deficiebant, ex legibus Militiae flagra sustinere cogebantur. Quare de illo Willelmo subdit Paris: *Et egregie, ut introductiones Militiae initiales addisceret, baculatus est. Alia lepidi hujus mons exempla praetereo, quem tamen Itali rumquam adoptasse mihi creduntur. Alteram creandi Milites occasionem suppeditare consuevit splendida aliqua Curia, sive solennis conventus a Principibus habitus, aut adventus Imperatoris, Regis, eximiae alicuius Principis, aut alius aliquis felicissimus rerum eventus.* Tunc enim qui generis nobilitate supra ceteros eminebant, aut gratiore Principibus, Regibusve erant, opportuno illo tempore honore Militiae ornabantur. Anno MCXXXV. uti memoriae prodidit Alexander Abbas Telefinus Lib. 4. Cap. 5. Histor. Rogerius Siciliae ac Apuliae Rex duos liberos suos ad Militiam promovit, Rogerium scilicet Ducem, & Tancredum, Barensem Principem. Ad quorum laudem & honorem quadraginta Equites cum eisdem ipsis Militari Cinculo decoravit. Quum Anno MCCCXXVIII. Canis Scaliger, Veronae ac Vicentiae Dominus, Patavinam Civitatem

A suae ditioni addidisset, ut est in Ad ditamentis ad Chronicon Veronense Parisii de Cerreta, Tomo VIII. Rerum Italic. Veronam reversus ad gloriam ampliorem de obtentu Civitatis Paduae ultimiō Olobris maximum gaudium & Curiam celebravit; & creavit triginta octo Milites manu sua de diversis partibus Lombardiae. Leguntur ibi nomina singulorum, eorumque Familiae inter Italicas praincipua nobilitate splendebant. Et quod ibi, atque alibi animadvertisendum est, non adolescentes tantum, sed & viri maturi; neque Proceres duntaxat ad hocce ornamentum inhibant, verum etiam Principes ipsis sublimiores. Azzo Marchio Estensis, Ferrariae, Mutinae, Regii &c. dominus, teste Autore Chronicus Estensis, Tomo XV. Rerum Italicar. Anno MCCXCIV. factus fuit Miles per Dominum Ghirardum de Camino, qui tunc erat Dominus Civitatis Trivixii, super Plateam Communis Ferrariae, ante portam Episcopatus. Et eodem die & hora di-
E flus Dominus Marchio Azzo fecit quinquaginta duos Milites suis manibus, scilicet Dominum Franciscum ejus fratrem, & alios Ferrarienses & Mutinenses, Bononienses, Florentinos, Panduanos, Lombardos; & magna Curia tunc fuit in Ferraria. Audi & Autorem Chronicus Parmensis synchronum, Tomo IX. Rer. Italicar. eadem narrantem his verbis ad Annum MCCXCIV. In festivitate omnium Sanctorum Dominus Azzo Marchio Estensis, una cum Domino Franciscino fratre suo congregavit in Civitate Ferrariae maximam & honorabilem Curiam omnium Procerum Civitatum Lombardiae de amicis suis. In qua Curia factus fuit Miles cum praedicto fratre suo per Dominum Gerardum de Camino Dominum Trevisi. Et ipse Domi-

nus Azzo Miles factus, incontinenti fecit alios quinquaginta duos Milites suis propriis expensis, quandiu fuerunt in Civitate Ferrariae &c. Verba illa suis propriis expensis animadverte: quippe Principum liberalium mos fuit in Curiis solennibus armis, equos, vestes, ac alimenta novis Militibus a se creatis largiri.

Ceterum quibus in Urbibus multum aut nimium Populo, sive Plebi, auctoritatis erat; ex ipsa etiam Plebe interdum viri ad nobile Militiae cingulum promovebantur. Quod & animadvertisit Otto Frisingensis Lib. 2. Cap. 13. de gest. Friderici, ubi de Italicarum Urbium regimine scribens, ait: *Ut etiam ad comprimentos vicos materia non careat, inferioris conditionis juvenes, vel quoslibet contemtibilium etiam Mechanicarum artium Opifices, quos ceterae gentes ab honestioribus & liberioribus studiis tamquam pestem propellunt, ad Militiae cingulum vel Dignitatum gradus assumere non dediantrur.* Quod si non in proeliorum discrimine, neque post victoriam hostium, neque in solennibus Principum Curiis, sed in Urbibus pacificis, Militiae honor conferendus erat, tunc eximio apparatu, grandibusque expensis res peragebantur, scilicet equis, armis, vestibus, comitatu, & conviviis, magnificientiam undique spirantibus. Quare qui rei familiari consulere studebant, in bella proficiisci amabant, & proelii potius occasionem praestolabantur, quae sibi honorem ejusmodi parerent sine marsupii jaetura, & praecipue quod parta in agone Martis ejusmodi di dignitas gloriose esset, & longe pluris haberetur, quam collata extra armorum pericula. Avarities autem iis objecta, qui bella versati, alias conquirebant rationes cinguli Mili-

A taris captandi, simulque parcendi expensis in illo recipiendo consuetis. Matthaeum Villanum audi Lib. V. Cap. 13. haec ita scribentem ad Annum MCCCLV. de Carolo IV. Augusto, in Urbem Senensem ingrediente: *In questo abboccamento otto Cittadini pomposi e avari, per cessare la debita spesa alla Cavalleria, si feciono a lui fare Cavalieri.* E appresso entrato nella Città ne glicene occorrieno molti sanza ordine o provisione. Egli avvisato del lieve e vano movimento di quella gente, commise al Patriarca, che 'n suo nome gli facesse. Il Patriarca non potea resistere a farne tanti, quanti nella via glien' erano appresentati. E veggendone così gran mercato, assai se ne feciono, che innanzi a quell' ora niuno pensiere avieno avuto di farsi Cavaliere, nè provveduto quello, che richiede a volere mantenere Cavalleria. Ma con lieve movimento si facciano portare sopra le braccia a coloro, cb' erano intorno al Patriarca: e quando erano a lui nella via, gli levavano alto, e traevan loro il cappuccio usato; e ricevuta la guanciata usata in segno di Cavalleria, mettieno loro un Cappuccio accattato col fregio dell'oro, e traevangli della presa, ed eran fatti Cavalieri. Tum illos Villanius ridet, & avaritiae arguit, quod Militiae decus conquisierint, senza avere fatto alcuna solennità in comune, o in diviso, a onore della Cavalleria, quamquam forent Nobili e ricchi Cittadini, & Uomini di natura pomposi. Verum Militiae honore insigniti tam commodâ ratione ac viâ pauci astimabantur, aut nihil faciendi erant, uti animadvertisit Seculo Christi Quintodecimo Michael Savonarola in Opusculo de laudibus Patavii, quod, uti nondum editum, ego in hoc Opus inferam. Ejusmodi Equites, si-
ve

ve Milites iis comparabantur, qui Lauream Doctoralem sine studio Literarum olim quoque corradebant. Nimirum iis tantum digne conferebantur ornamenta Militiae, qui aut fortiter in bello egissent, aut acturi proxime in aliquo proelio erant. Quid verò Senensi in Urbe moris obtinuerit quum novi Milites crearentur, quae etiam dona tunc oblata fuerint, docent nos Clarissimi Bengovlienti Notae ad Chronicon Senense ad Annum MCCCXXVI. Tomo XV. Rer. Italicarum. Non omnium autem fuit novos constituere Milites, quum id spectare consueverit ad eos, qui simili ornamento antea condecorati fuerant, uti nunc fieri videntur in adjungendis praeclarissimo Ordini Militum, seu Equitum Velleris Aurei, novis Militibus. Aliquando tamen contigit, ut Senatus, Populusque alicujus liberae Urbis facultatem sibi tribueret creandorum Militum. Exemplo erunt Florentina Civitas, atque Arretina (*), & Senensis, quae Syndicum non semel, sive Procuratorem, constituerunt ad creandum Militem, strenuum aliquem spectacae virtutis virum. Multo autem aequius id sibi licere censuerunt Reges, ac Principes Regalibus quibusque fruentes. Porro vulgaris ritus in constituendis Militibus hic fuit. Princeps, sive alias quicumque ejusmodi honorem conferens, percutiebat collum aut humerum tyronis Armigeri, genibus terram tangentis, ense ex illius manibus accepto, haec verba dicens: *Esto probus Miles.* Interdum etiam osculum ejus ori dabant. Tum jussu Principis, unus aut duo veterani Milites talis ambobus novi Militis calcaria alligabant. Ea

A verò deaurata esse, sive, ut appellabant, aurea, consueverunt: unde manavit frequens apud nonnullos usus, eos nuncupandi *Cavalieri a speron d'oro.* Neque tantum calcaribus deauratis utebantur Militiae dignitatem consequuti, sed etiam Pomum ensis, ac ferrum illius capulo impositum, auro illita gestabant. Dantes Purgat. Cap. 16.

B - - - - - ed avea Galigais Dorata in casa sua già l'elsa, e'l pome.

C Hoc est Militiae honore insignitus fuerat, uti antiquus Dantis Scholastes Benevenutus de Imola testatur.

D Itaque Militari Cingulo, ut cum Latinis loquar, cincti eà ratione Nobiles Viri, appellari etiam consueverunt *Milites adobati,* hoc est solenni ritu armis instruti & ornati. Est enim Italis *Adobbare,* sive *Addobbare,* *Ornare,* *Fornire,* idem atque exornare. In Statuto Mediolanensi Part. 2. Cap. 5. legitur: *Juri periti Collegii Judicum Mediolani, & Milites adoptati, sint ipso jure de Consilio majori Communis Mediolani. Scribendum Milites adobati.* Hanc vocem DuCangius in Glossario e Latino adoptare consebat putat. Viro magno non assentior, quum Italica Lingua Latinum adoptare reddat *adottare*, non *adobbare.* Uti neque Menagio, qui a nescio quo adduplicare (nobis addoppiare) arcessit. Neque Furetario, qui ab *adaptare* derivat: quod Italis est *adattare.* Nulla ex hisce interpretationibus, uti contorta & coacta, probanda videtur. Nobis Italis sunt voces ex Gothica, ex antiqua Saxonica, ex Arabica, aliisque peregrinis Linguis, immo ex antiquo-

(*) Vide ad id adnotata erudite per Cl. Franciscum Redi ad Dithyrambum suum, cui titulus: *Bacco in Toscana;* de quibus infra Murat. col. 164. & seqq.

quioribus omnino desperditis descendentes, quarum originem facile nunc nemo indicet. Inde potius petenda est hujus vocis nativitas. Georgius Hickelius in Grammatica Franco-Theotisca, pag. 91. animadvertisit, apud Islandos, Scandios, & Saxones, adhiberi voces *at dubba*, *dubban*, significantes Equitem creare, vel ad honorem Equitis aliquem solemniter provehere. Inde quod Equitem creatum vestimentis, & armis splendidis ornare solebant, *Addobbare* in speciali sensu, Adornare dixerunt. Quod certum habeo, apud Italicos vox *Adobare* ante multa Secula in usu fuit: nam inter Cives praecipuos & Consules Republicae Mutinensis, Anno MC-

A LXXIII. & subsequentibus splendebat *Mal-adobatus* de Parma. Immo longe antea idem nomen *Mal-adubatus* occurrit mihi in egregio Placito Henrici IV. Imperatoris, cuius autographum Mutinae adservat nobilis vir Marchio Johannes Baptista Cortesius. Egregium, inquam, Placitum, tum quod Henricus vice nominis sui Chartam Cruce signat, tum etiam quod illi interfuit & subscripsit Warnerius Bononiensis Judex (is vero se Wernerium in subscriptione appellat) idem mihi creditus, a quo primum *Leges Romanae explicatae* Bononiae feruntur. Supra de ipso disputationem habui in Dissertatione XLIV. de Literar. Fortuna.

Placitum Gubernoli habitum ab Henrico inter Imperatores Quarto,
cum sententia pro Monasterio Pomposiano, de terris
positis in agro Soleriae Uberti, Anno 1116.

Dum in Dei nomine, die Sabati, que est Sexta dies, intrante Mense Madii, in loco Gubernule, scilicet in Canonica Sancti Remigii, Henricus Dei gratia Quartus Romanorum Imperator Augustus in Consilio staret, pro sui Imperii, suorumque fidelium utilitate: adessent cum eo Warnerius Bononiensis, Ubaldus de Carpenetha, Ribaldus Veronensis, Judices, Albertus Comes de Martoringo, Albertus Comes de Sablonetha, Maltraversus, Girardus de Boicito, Ardninus de Palude, Guido de Maisredo, Sasso de Bibianello, Maladubatus, Albertus & Bernardus frater ejus, Girardus de Cornazano, & reliqui quamplures Viri Nobiles; ibi in illorum veniens presentiam Martinus Sanctae Mariae Monasterii Pomposae Monachus, una cum Martino de Sancto Marino, & Johanne de Bertulasco, ceperunt pe-

C tere ac postulare mercedem Domino Henrico Imperatori piissimo, ut predicto Monasterio Sanctae Mariae de Pomposa justiciam ficeret de Ubaldo Ugonis filio de Maisredo, qui injuste turbaverat possessionem de quadam terra, quam predictum Monasterium tenuerat in loco, qui dicitur Solera Uberti. Ubaldus autem Conradum Comitem audorem nominavit. Sed idem Comes Conradus paucis ante diebus per ipsius Imperatoris sententiam super eadem possessione victus fuerat. Jussit ergo Imperator, ne predictus Ubaldus aliquam molestiam e nomine contra predictum Monasterium ficeret, & insuper per Judicum consilium, per lignum, quod in sua tenebat manu, bannum super Martinum Monachum in vice totiusque Congregationis, & nominatum scilicet de predicta possessione, & insuper de omnibus possessionibus & rebus, quas predictum Monasterium

sterum tunc temporis habuit, vel in futurum adquirere potuerit cum ratione: ut nullus Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, Vassor, vel aliqua magna, parvaque persona predictum Monasterium de prenuntiatis rebus sine legali iudicio disvestire vel inquietare audeat. Quod si quis hoc Preceptum in aliquo violare temptaverit, sciat se compositurum centum Libras auri, medietatem Imperatoris Camere, & medietatem predicto Monasterio.

Factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Decimo Sexto, Indictione VIII.



Hoc signo Crucis idem Imperator hanc Noticiam corroboravit.

¶ Ego Wernerius Judex affui & subscripsi.

Ego Ribaldus Judex interfui & subscripsi.

Ego Ubaldus Judex interfui & subscripsi.

¶ Ego Obertus Domni Henrici Imperatoris Judex interfui, & per eisdem Imperatoris preceptum hanc Noticiam scripsi.

Apud Italicos etiam ejusmodi Milites appellati sunt Cavalieri di Corredo. Perchè quando pigliavano il grado della Cavalleria, facevano un Convito pubblico: ita Auctores Vocabularii Florentini. Et sane Corredo pro Convivio in usu fuit Italicae Linguae. Sed videndum, an non potius hoc eis nomen additum fuerit, quod ornati Militia, sive Adobati fuissent. Nam Corredo etiam significat Arredo, fornimento, addobramento, abbigliamento. In Statutis Pistoriensibus supra Dissert. L. a me evulgatis, §.

Tom. XI.

? Cap. 56.

A 25. legitur: Potestas Pistorii non portet Corredum de collo, vel de dosso. Alapam autem infligere aut collo, aut genae novi Militis, familiare fuit. Ut Joannes Villanius animadvertis Lib. 10. Cap. 54. * Ludovicus Bavarus Anno MCCCXXVIII. Romae fece Cavaliere Castruccio, cingendoli la spada con le sue mani, e dandoli la Collana. Ita in editione Junistarum. Sed rectius in mea, Tomo XIII. Rer. Italicar. e dandogli la grotata, idest alapam. Hunc ritum etiam in sacra Confirmatione servatum videmus, ut sciat Christianus (inquit Sanctus Carolus) se jam Militem esse. Et profecto a profana Militia in Spiritualem mos iste translatius videtur, quum nullus antiquior Durando Mimatenisi occurrat, qui de Alapa in Confirmatione mentionem fecerit. Fortasse verò hic ritus derivatus ab antiquo Manumissionum usu: manu enim missi, teste Scholiaste Persii, alapā circumagebantur. Ita sui juris Miles creatus efficiebatur. Alapa tamen militaris plerumque collo aut humero Militis infligebatur, aut ense humerus percutiebatur. Nempe pro variis regionibus varii etiam fuere mores. Anno MCCCCLIV. testibus Cortukis in Chronic. Lib. XI. Cap. 2. Carolus IV. Imperator, quum per Marchiam iter faceret, & jam transisset flumen Olei, stans juxta confinia Cremonensem, suo in campo super nivem, probum virum & Nobilem, Franciscum de Carraria, qui continuo fuit cum Imperatore cum maxima comitiva, sedens in equo fecit Militem; & cum palma eum percutiens super collum, ait: Esto bonus Miles, & fidelis Imperii. Statim Nobiles Comites Theutonici descenderunt de equis, & eidem statim Equitis imposuerunt calcaria. His Dominus Franciscus

ciscus donavit dextrarios, & equos alios de melioribus, quos habebat. Sed aliis pluribus ceremoniis alibi hoc negotium peragi coptum est, & praecipue balneatione praemissa, unde postea appellati sunt Cavalieri bagnati. Originem in Anglia is ritus habuisse videtur, & ad Francos, ac deinceps ad Italos fuisse translatus. Scilicet vespere, praecedente diem conferendae Militiae, Tyro in Balneum paratum, multa cum pompâ, multisque comitibus ac ceremoniis ducebatur. Ibi per aliquod temporis spatum moratus, ac probe lotus, in lectulo deinde componebatur. Tum surgens, statutisque a Rituali vestibus indutus, compluribus Militibus & Scutiferis stipatus, ad sacram Aedem pergebat, Vigilias, ut ajebant, facturus. Integra autem nox ei ducebatur insomnis, precibus interim ad Deum fuis, ut equestris Ordo ab eo assumendus in honorem ipsius Dei & Ecclesiae digne converteretur. Quod si quis petat, cur Balneo locus fuerit inter ejusmodi ceremonias, respondeo, id videri mihi factum, quod quantum fieri potest, curanda erat Candidato mundities tum animae zum corporis ad ineundam Militiam. Ea de caussa praecedere solebant confessio peccatorum, communio Corporis Dominici, Vigiliae, preces. Tum corpus poliebatur tonsione barbae & cornae, Balneo, & novis indumentis. Nicolaus Laurentii, vulgo Cola di Rienzo, Romanorum Tribunus, ut in ejus Vita habetur Cap. 25. in hoc ipso Opere a me evulgata, so' fatto Cavalieri Vagniato nella notte de Santa Maria de mejo Agosto, Anno MCCCXLVII. Ille ut erat homo phantasticus, non vulgari Balneo uti voluit, sed magnificentiam affectans, in ipsa Concha porphyretica se la-

A vit, ubi Constantinus Magnus, si vulgo fides, lotus aut sanitatem, aut Baptismum quaequivit. Entrò nel Vagno (ita Auctor Vitae scribit) e vagnaose ne la Conca de lo Imperadore Costantino, la quale ene de pretiosissimo paraone. Stupore ene questo a dicerre. Moito fece la gente favellare. Uno Cittatino de Roma Missore Vico Scuotto Cavalieri li cinse la Spata. Puoi se addormio in uno lietto venerabile: e iacque in quello Loco, che se dice li Fonti de Santo Janni. Là compiò tutta quella notte.
 Sed qui plura hujusc consuetudinis exempla, & ritus universos olim in creatione Militum adhibitos, fasceque descriptos, nosse cupit, adeat Notas Edoardi Bissaei Britanni ad Nicolai Uptoni Librum de Studio Militari, Londini editum Anno MDCLIV. tum Clarissimum Du-Gangium in Glossar. Latin. ad vocem Miles, & Militia. Et consulat in primis Franciscum Redium celebrem Virum, utpote qui inter Italicos non vulgari eruditione illustravit hunc ritum in Notis ad suum Di-tyrambum Bacco in Toscana pag. 149. & ex Italica Historia multa congesit, quae, ne nimius sim, apud eum legenda dimitto. Ego tantum adferam verba Franci Sacchetti Scriptoris Florentini, qui circiter Annus Ch. 1390. suas Fabulas (Novelle) scribebat. Ita ille Cap. 153. In quattro modi son fatti Cavalieri, cioè Cavalieri Bagnati, Cavalieri di Corredo, Cavalieri di Scudo. e Cavalieri d'Arme. I Cavalieri Bagnati si fanno con grandissime ceremonie, e conviene che sieno bagnati e lavati d'ogni vizio. Cavalieri di Corredo son quelli, che con la Veste verdebruna, e con la dorata ghirlanda prendono la Cavalleria. Cavalieri di Scudo son quelli, che son fatti

fatti Cavalieri o da Popoli, o da Signori, e vanno a pigliare la Cavalleria armati, e con la barbuta in testa. Cavalieri d' arme son quelli, che nel principio delle battaglie, o nelle battaglie, si fanno Cavalieri. Ad haec meminisse juvabit, in Bibliotheca Eftensi MStum Codicem adservari cum hoc titulo: *De Ludo Schachorum, sive de Moribus hominum, & de officiis Nobilium: quem composuit Frater Jacobus de Z..... (fort. de Zoaliis, fugerunt enim literae) Ordinis Fratrum Praedicatorum, Januae natus. Is alibi a me laudatus fuit, & Seculo XIII. aut saltem XIV. floruit. Annus, quo exaratus Codex fuit, in calce adnotatur his verbis: Scripta Veronae per me Marcum de Murigiis Civem Parpiensem MCCCLXXX. Inditione Tertia de Mense Aprilis, cum ibi essem in officio Militari cum egregio & Nobili Milite Domino Ricardino Comite de Languscho, honorabili Civitatis & districtus Veronae Potestate, pro magnificis & potentibus Dominis Dom. Bartholomeo & Antonio Fratribus de la Scala. In quibus, scilicet scripturis, si error aliquis reperiaretur, non mihi, sed exemplari imputetur. Ibi verò Cap. 4. haec leguntur: „ Miliitem super equum, armis omnibus decoratum, impositum, & formatum novimus. „ Habuit enim galeam in capite, „ hastam in manu dextra. Clypeo „ protectus fuit in laevâ. Ensis & clava in eadem. Gladius in dextera. Loricâ vestitus; plectas in pectori; ferreas ocreas in tibiâ; calcaria in pedibus; in ambabus manibus ferreas chirothecas; equum doctum, & ad bellum aptum cum faleribus. Hi dum accinguntur, balneantur, ut novam vitam ducent, & mores. In orationibus pernoctant, a Deo postulantes per*

A „ gratiam ejus donati, quod eis deficit a natura. Per Regem vel Principem accinguntur, ut cuius debent esse custodes, ab eo accipient dignitatem, & sumtus. Sapientia, Fidelitas, Liberalitas, Fortitudo, Misericordia, Custodia Populi, Legum Zelus in eis sunt, ut qui armis corporeis decorantur, etiam moribus polleant; & quanto Militaris dignitas alios excedit reverentiâ & honore, tanto magis debet eminere virtute. „ Haec ille. Tyrones autem appellabantur recens creati Milites, atque ipsa conferendi balthei Militaris solemnitas Tyrocinium est nuncupata. Neque omittendum est, eos, qui Equestris Ordinis ornamenta referebant, debitum quadam contraxisse Fidelitatis erga auctorem honoris sui. Idque duplice modo contingebat, nimurum tacite, aut aperte. Apud Redium supra laudatum Ildebrandus Giratasca Anno MCCLX. cingulo Militari insignitus est ad expensas publicas Civitatis Arretii. Ea occasione is juravit fidelitatem Dominis, idest Reipublicae Arretinae. Et post Euangelium juravit altâ voce, quod ab illa hora in anteforet fidelis & Vassallus Dominorum Communis Civitatis Arretii. At quamvis nullum plerumque intercederet sacramentum Fidelitatis, attamen inter consuetudines equestris hujus Militiae haec erat, ut contra eum, qui Militarem contulerat dignitatem, nunquam Militi liceret arma convertere. Joannes Villanius Lib. 9. Historiar. Cap. 304. proelium infelix describens a Florentinis commissam Anno MCCCXXV. cum Castruccio Lucae Domino, atque Azone Vicecomite, culpam profligati exercitus transfert in Bornium Marescallum Florentinorum, il quale si misse prima L. 2 a fug.

a fuggire, che al fedire. E ciò si trovò, ch'elli era stato Cavaliere per mano di Messer Galeazzo Visconti padre del detto Azzo, e stato lungamente al suo soldo. Sunt & alia ejusdem moris exempla. Ad haec novus Miles, aut disertis verbis jurejurando sese obligabat, aut etiam tacens a legibus Ordinis Militaris obligabatur ad defendendas semper Dominas, Domnicellas (idest le Donne, e le Donzelle, sive mulieres & virgines) pupillos, orphanos, & bona Ecclesiarum contra vim & potentiam injustam potentium, juxta suum posse. Romanensium Fabularum, & Poëmatum Auctores, & praesertim ex nostris Bojardus & Areostus, prae oculis hanc legem perpetuò habentes, uberem illic segetem invenerere ad effingenda egregia facta suorum Militum confectorum. Erant & alia honesta aut pia onera Militibus hisce imposita, quae praetereo unum tantummodo memoraturus, videlicet studendum fuisse Militi summa solitudine, ne quid turpe, inhonestum, aut injustum unquam perpetraret; eumque ab isto proposito neque timore mortis, neque carceris incommodo, passurum se dimoveri. Quod si quis ea patrabat, quae ab honore probi Militis aliena nimium forent, exauctorationis poena ei imminebat, hoc est per publicum Magistratum, uti dicere consueverunt, degradabatur, amputatis ei ad talos calcariis; ex hoc enim insigni Nobiles equo insidentes, qui Militiae honore fruebantur, dignosci inter ceteros consueverunt. Seciri ad talos ejus eadem amputabantur Calcaria, inquit Thomas Walsinghamus in Histor. de Reb. Anglicis. An ista consuetudo in Italia quoque viguerit, nondum deprehendi. Verum ne quid dissimilem, auctor est Francus Sacchettus,

A Scriptor mihi nuper memoratus, circa Annum Ch. 1390., quo ille florebat, Militiae hujus honorem in abjectam omnino conditionem proruisse, quum homines nullâ Nobilitatis, aut Fortitudinis, aut morum praerogativâ insigniti, immo viles & contaminatae vitae, ad honorem Militiae promoverentur.

B Quod tamen animadvertis velim, ex ista Militum nobilium institutione prodierunt sensim sacri Ordines Militares, celebratissimi in Oriente & Occidente, nempe Templarii, sub Clemente V. Papa excisi, & insignis Ordo eorum, qui olim Hospitalarii, nunc Equites Melitenses appellantur, & Milites Teutonici, qui se voto multis Christianae pietatis legibus obligarunt. Tum Fratres Ordinis Militiae Beate Mariae Virginis, quos Fratres Gaudentes postea vulgus nuncupavit. Postremi isti fuere instituti a duobus nobilibus Civibus Bononiensis, ab uno Regiensi, atque a Raynero de Adelardis Cive Mutinensi, & aliis quampluribus de Civitatibus cornicent. Anno MCCLXI. non verò MCCLXII. ut Justinianus censuit. Institutum autem eorum ab Urbano IV. Papa probatum, & leges iis praescriptas, ac potissimum facultatem concessam, cui melius videretur, ducendi aut retinendi uxorem, atque alias Constitutiones editas Anno MCCLXXXVIII. in eorum Capitulo generali legebam ego olim in MSto Codice Bibliothecae Ambrosiana. Bulla verò Urbani, & Leges primae evulgatae fuerunt a Ghirardaccio in Indice ad Tomum primum Historiae Bononiensis. Successere deinde Ordines alii Militum, honoris praecipue causâ a Regibus ac Principibus instituti, ut Garterii, l Sancti Michaëlis, Velleris Aurei,

C D E Cala-

Calatravae &c. Verum de his alii plenissime egerunt. Ego his dimissis aliquid potius adferendum puto de origine *Insignium*, quae nunc Italice *Arni*, & *Arme* appellamus; nam ab hactenus commemorata Militia eo rum institutio ac usus petendus videtur. Non is sum, qui disputacionem aggredi velim a multis agitatem, nimirum sit-ne tribuenda antiquis Hebraeis, Graecis, Latinis, aliisque florentibus ante Christum natum gentibus, *Insignium* istorum origo; an moribus longe posteriorum temporum, & Saeculis ipsis barbaricis: quam controversiam potissimum versarunt Henricus Spelmannus in sua *Aspilogia*, & Menestrerius V. Cl. e Societate Jesu, ex hisce studiis satis celebris. Quid ego heic sentiam, tantummodo innuam. Nulla dubitatio est, quin Graecis ac Romanis fuerint *Insignia*, in Vexillis praesertim ac Scutis usurpata. Sunt etiam veterum Poëtarum loca, e quibus colligi posse videtur, eadem ex patribus ad filios, ex filiis ad nepotes fuisse translata. Itaque non injuriā existimatū est a multis, gentilitia nostrorum temporum *Insignia* ex antiquissimis Saeculis per imitationem fluxisse. Attamen quod de *Cognominum* origine dixi in Dissertatione XLII. heic itidem repetendum puto: nimis fuisse quidem antiquis Latinis *Cognomina* & *Agnomina*, quibus inter se una Familia ab altera, & una ejusdem Familiae linea ab altera distingueretur. Nihilo tamen secius, ut vidimus, *Cognomina* nunc usitata, post Annum duntaxat a Christo nato Millesimum copta sunt usurpari. Ita & de gentilitiis *Insignibus* dicendum reor. Haec enim, quamvis apud veteres Latinos & Graecos non levia illorum vestigia occurrant,

A ubi tamen, qualia nunc sunt, considerentur, idest certo colorum ac typorum signo ornata, eaque hereditaria, & in Sigillis, Nummis, Vexillis, Picturis, aliisque locis ad Familiarum discrimen adhibita, tantummodo post Seculum Decimum, immo & post Undecimum, ac praeципue post susceptam a Latinis sacram expeditionem in Orientem, sensim invaluisse videntur. Quam sententiam ex Italis Marius Aequicola, Machiavellus, & alii, tum Petrus Pithoeus, Philippus Morellus, Sammarthani, Fauchetus, Spelmannus, Joannes Jacobus Chifletius, Menestrerius, Fureterius, ac alii Scriptores jam dudum probarunt. Certe ante Seculum XI. nullum synchronum Autorem, nullum monumentum adferri video, quo ejusmodi peculiares Familiarum tesserae in usu fuisse ostendantur. Non Sigilla, non Nummos, non Sepultra; nihil enim moror fabulosas recentium quorundam Scriptorum narrationes, dum sine tabulis vetustati tribuunt suorum temporum mores. Exemplo sint, qui ab antiquissimis Francorum Regibus tanquam Insigne avitum Lilia usurpata tradunt, quum tamen, ut idem Chifletius ac alii evicere, longe post Saeculum XI. Francica Lilia emerserint. Neque aliter suadent Francorum Regum Nummi a Blanco collecti atque evulgati.

E Lubens autem do, vel sub Langobardis, Francis, ac Germanis antiquis Regia Vexilla signo aliquo decorata fuisse, quo a reliquis exteris, & inter se distincta agnoscerentur. Fuit is mos & antiquis Romanis, uti numismata, Lipsius, aliique docent. Sed & Petrus Diaconus Lib. 4. Cap. 39. Chronicus Casinensis tradit, Anno MCXI. occurrisse Henri-

co V. Regi Populum Romanum, *Stau-*
rophorus, *Aquiliferos*, *Leoniferos*, *Lu-*
piferos, & *Draconarios*. Paria Signa
 vetus Roma praetulit; & a Panegy-
 riste Berengarii Augusti Lib. 4. me-
 moratur Senatus Romanus,

Praefigens sudibus ritus sine carne se-
rarum.

Verum Insignia quidem Regum, Po-
 pulorum, Legionum ista fuere, non
 vero hereditaria Familiae alicujus.
 Fabulis parco, quas liberalissime aut
 vulgus, aut assentatores in honorem
 illustrium Familiarum olim pro-
 cuderunt. Neque Scuta ante Saeculum
 Christi Undecimum ullum avitum si-
 gnum pae se tulisse creduntur. Nor-
 mannorum Scuta pida nobis exhibit
 ad Annum DCCCLXXXVII. Tomo
 2. Scriptor. Franc. Du-Chesnii, Ab-
 bo Monachus Sancti Germani Pari-
 siensis Lib. primo sui Poëmatis, ob-
 sidionem Parisiorum describens. Non
 dissimilia erant incolis Britanniae Mi-
 noris Anno DCCCXVIII. quum eo-
 rum Rex Murmannus rebellem se
 prodidit Ludovico Pio Augusto. Ha-
 beo testim Ermoldum Nigellum Lib.
 3. de Reb. gest. ejusdem Imperatoris,
 in Poëmate a me evulgato Part. II.
 Tomi II. Rer. Italicarum. Immo is
 innuere mihi videtur, Francorum cly-
 peos nullo colore fuisse illitos, aut
 si inductus iis color fuit, album tan-
 tummodo fuisse. Ajebat enim Mur-
 mannus ad Legatum Ludovici:

Scuta mibi fucata, tamen sunt candi-
da vobis.

Quo autem revera tempore clypeis
 inscribi copta sint, quae nunc gen-
 tilitia Insignia appellantur, adhuc ab-
 ditum est, mihi saltem. Illud tan-

A tummodo veri mihi videtur simile,
 aut a publicis Duellis, aut a Tor-
 neamentis ante Annum MLXVI. a-
 pud Gallos institutis, ut scribebam
 in Dissertatione XXIX. de *Speculaculis*,
 aut a sacro Bello per Latinos in O-
 riente sub finem ejusdem Seculi in-
 choato, & per duo ferme Secula con-
 tinuato, originem duxisse ejusmodi
 Signa clypeis depictis impressa. Sci-
 licet in certaminibus, atque in pu-
 blicis Ludis, ut Milites alter ab al-
 tero distinguerentur, tesseram aliquam
 omnium oculis obviam in Scuto pin-
 gendam curabant. Auctor est Wil-
 lielmus Malmesburiensis Lib. 3. de
 Gest. Reg. Anglor. Gaufridum Mar-
 tellum I. Andegavensium Comitem
 certamen obtulisse Willelmo Notho
 Normanniae Duci, cui eximiâ arro-
 gantiâ colorem equi sui, & armorum
 Insignia, quae habiturus fit, insinuat.
 Acta haec videntur Anno XLVII.
 teste Willelmo Gemmeticensi Lib. 7.
 Histor. Normann. Ergo hinc inferre
 licet, Nobiles ad certamen Signum
 attulisse aliquod in armis inscriptum,
 per quod inter ceteros dignoscen-
 tur. Verum haec Signa nondum Fa-
 miliae propria erant, sed unusqui-
 sque pro libito sibi sumebat: alioqui
 nihil fuisse, quod Comes Andega-
 vensis clarissimus Princeps Insignia si-
 bi adhibenda Guilielmo Ducis signifi-
 casset. Iisdem quoque Insignibus ar-
 morum usi fuerunt in sacra expedi-
 tione Hierosolymitana tot Occiden-
 tis Nationes, Principes, ac Milites,
 ut sensim inter se distinctionem pro-
 curarent ejusmodi ratione. Crucem
 praesertim diversi coloris in Vexillis
 adhibuere Nationes, ac unius Urbis
 Populi. Quum autem sub eo Signo
 celebrem plerumque famam sibi pe-
 perissent Nobiles ac fortis Viri, i-
 dem propterea Signum, ante arbitra-
 riū,

rium, sive eodem Symbolo Clypeum distinctum, adhibere coeperunt eorum filii atque nepotes, tum in bellicis tum in ludicris certaminibus. Atque hinc paullatim invaluit peculiarium Insignium usus in Familiis Nobilibus virorum, quae ideo Arme & Armi ab Italibz appellata sunt, & Armes sive Armoires a Gallis, quod in Armis effigi, seu pingi consueverint, hoc est in Clypeis sive Scutis. Summa autem praerogativa, ac nobilitatis indicium fuit, ejusmodi Scuta preferre; ac proinde uti antiquissimis temporibus Graeci & Latini, ita & Saeculis barbaricis Boreales Nationes Nobilium tumulis Clypeos appendere honoris gratia solebant. In Legibus Henrici I. Angliae Regis legitur Clypeus sepulcris Militum appensus. Baldricus Abbas Burgulensis in Garmin. ad Scutum Racherii illustris viri, Tom. 4. Scriptor. Francic. Du-Chefnii circiter Annum MCXVIII. haec habet:

A Domino viduata tuo jam parva quiesce &c.

Tuque diu valcas in titulo posita.

Hujus moris meminit etiam Matthaeus Paris ad Annum MCCLIV. Franciscus Sansovinus Lib. 13. Venet. description. tradit, Marini Maurocenii, Anno MCCLI. Venetiarum Duxis, Scutum, post ejus mortem suspensum fuisse cum ejus Insigniis in Sancti Marci: quem morem subsequuti Duxes retinuere. Ad haec tabulis marmoreis ad sepulcra Principum, ac insignium Virorum apponendis addere mos fuit illorum effigiem insculptam. Atque ex iis complures adhuc visuntur manu Scutum militare tenentes, in quo gentilitia Symbola descripta apparent. Principes autem ea-

A dem Insignia tandem transtulere non tantum ad Vexilla, sed etiam ad Numismata, sub eorum nomine percussa. Ita in Francorum Regum Vexillis, Nummis, ac Sigillis duntaxat sub Ludovico VII. circiter Annum MCL. Lilium, sive Flos Lili fulgere coepit, quod Symbolum reliqui Christianissimi Reges familiare subinde habuerunt, uti Blondellus, Chifletius, & Nummi a Blanco collecti fidem faciunt, abiectis fabulosis aliorum narrationibus.

Marchionum Estensium Insigne a vitum est Aquila Alba. Haec eadem in eorum militaribus Signis Anno MCCXXXIX. enitebat. Rolandinus Lib. 4. Cap. 12. ad eum Annum narrat, Azzonen Marchionem Estensem ad Castrum de Cittadella quasi cum centum militibus equitasse. Eccelinus de Romano eadem horâ cum militibus viginti vel circa de exercitu equitabat ad Cittadellam. His ergo duabus Aquilis sibi ad invicem rectâ linea appropinquantibus equitando &c. In Decreto Populi Ferrarensis Anno MCC-LXIX. pro honore Obizonis Dei & Apostolica gratia Estensis & Anconitanii Marchionis, & perpetui Domini sui, & ad exaltationem sanctae Romanae Ecclesiae, & excelsi Domini Karoli Regis Siciliae, quorum devotum & fidelem se clamat Dominus Marchio, ista leguntur: Quilibet odingentorum Pedum electorum, seu qui in posterum eligentur, teneantur & debeant habere Insignia Domini Marchionis, scilicet Aquilam, in suis armis, & cum ipsis trabere, & non cum aliis. Et qui contra fecerit, puniatur in quingentis Libris Ferrarinorum. Eadem quoque Insignia ad Nummos translata dixi: & quoniam Scutum, in quo usitatius erat Insignia idem picta deferre, sculptum fuit in hujusmo-

C

D

E

jusmodi Nummis, hinc *Scuta* appellari coepti sunt Nummi, sub ea forma percussi: atque haec appellatio adhuc in pluribus Italiae Civitatibus constans perdurat. Deinde non tantum in Clypeis inscripta fuere gentilitia haec Signa, sed etiam in chlamyde, seu lago militum, nella *Sopraveste*, atque in stragulis equorum, uti Spelmannus & Bissaeus multis exemplis ostenderunt. *Cognitiones picturatae* appellantur a Mattheo Paris in Historia ad Annum Ch. MCCL. Ego plura non persequor. Unum tantummodo memoraturus, ejusmodi Familiarum Insignia olim in veris tantum Clypeis & sagis spectata, spectari nunc ubivis, saepe etiam sine Scuto, picta, insculpta, insuta, impressa. Praeterea olim ad jus tantummodo Militum, ac proinde Nobilium, spectarunt; nostris vero temporibus in Italia vel a cordonibus, lanionibus, & reliquo ignobili vulgo, cui aliquantulum turgeat marsupium, summa licentiâ usurpantur. Videas etiam contemni passim apud Italos leges Heraldicae Artis, quae hac de re in aliis regionibus observantur. Et quidni? quum haec levia, nulliusque momenti plerisque videantur. Si ita est, ego leviora, quam alii, haec ipsa putabo. Sunt autem, qui recens inventum arbitrantur tesseras illas gentilitias, quibus Cognomina Familiarum exprimuntur. Armi parlanti nos ea appellamus. Et profecto ex iis complures nullâ antiquitate constant; nonnullae etiam risum vel a severioribus extorquent. Attamen errant, qui omnia ejusmodi Insignia Cognominibus conformia unico decreto veluti vetustate carentia de medio tollunt. Nam etsi non satis mihi persuaserint nonnulli Artis hujus Scriptores, videlicet vetustiora

A potius esse quam reliqua ea Symbola gentilitia, quibus Cognomen proditur: adhuc tamen pro certo habendum est, antiquissimas etiam Nobilium Familias, ubi ad ornamentum suum typum aliquem excogitarunt, arripuisse interdum, quos ipsum suum Cognomen statim offerebat, sive ii cognomentum istud ab aliquo suae ditionis, sive ab aliis caussis, quas in nuper memorata Dissertatione XLII. de Cognominibus enumeravi, ii assumfissent. Columnam in suis clypeis impressit gens nobilissima Columnenium Romanorum, quibus Castrum sive Oppidum Columnae Cognomen dederat. Ita praeclarissima Familia Turrianorum, sive *della Turre*, quae Mediolani olim dominata est, & adhuc in Foro Julii effulget, atque a Seculis compluribus eximum nobilitatis locum apud Gallos retinet, Turrim pro Insigni elegere. Ita ex arce Canossae in Regiensi agro nobilis *Canossia* gens agnomen suum deduxit, quum ibi post inclytæ Comitissæ Mathildis obitum dominari coepit, ut alibi ostendi. Propterea *Canem os* (sive *ossum*, aut *osuum*, quod veteres non nulli dixerunt) ore ferentem Scuto suo indidere. Potentiâ quoque olim, ac illustribus Viris in Tuscia floruit Familia *Pannochiesca* unde propagati sunt Comites d' *Eci*, ornamenta antiquae nobilitatis nostris quoque temporibus servantes. Ut me per literas olim monuit Cl. V. Hubertus Benvoglientus Patricius Senensis, in Charta nondum editâ concordiae initiae inter Aldimarium Episcopum Volaterranum, & Raynerium Episcopum Senensem, scripta Anno MG-XXXVII. quam etiam commemorat Ughellius Tom. primo Ital. Sacr. in Episcop. Volaterran. haec leguntur: Itemque do & trado medietatem, de

Eugen-

173 DISSERTATIO QUINQUAGESIMATERTIA. 174

augenteria, si inventa fuerit in terra, quam Crescentius decessor meus beatae memoriae Volaterranus Episcopus emit a Comite Ranuccino Pannocchia. Veri videtur simile, Ranuccino Comiti pro more eorum temporum, ut indicavi in Dissertat. nuper memorata, accrevisse apud vulgus Agnomen *Pannocchia*, quod in Cognomen gentis postea evaserit; *Pannochieschi* enim appellati sunt. Ea de causa olim Insigne sibi statuerunt modò sex, modò quatuor, modò duas spicas, quas Latini meliores *Paniculas*, seu *Paniculus* vocitarunt, quales sunt millicae, milii &c. uti ex eorum Sigillis constat, atque ex antiquissimo lapide sito in claustro Fratrum Minorum Massae. Procedente verò tempore, eo Symbolo abjecto, quidam ex ipsis Aquilam bicipitem assumseré. Alii sub Aquilae pedibus duas *Paniculas* locavere: quae Insignia in Scuto Comitum de *Eci* adhuc perdurant. *Pannochieschae* Familiae Ughellius Tomo primo Ital. Sacr. tribuit, neque immerit, Hildebrandum Episcopum Volaterranum, creatum Anno MCLXXXIV. Ad eandem spectare Paganum quoque ejus Successorem, Benvoglientus supralaudatus, dum vivebat, mihi significavit. Celebratissima quoque apud Gal-

A los Familia de *Crequy* nulli antiquitate concedit. At haec tesserae loco Arborem statuit, quam Galli *Crequier* appellant, Spenerus verò *Chamaecerasum* vocat. Plura addere nil interest. Diu autem mos observatus in Italia fuit, jus ejusmodi Insignium petere honoris causâ atque impetrare ab Imperatoribus, aut a magnis Principibus. Cujus rei complura exempla apud veteres prostant. Unum tantummodo in medium adferam, petitum ex *Gualvanei de la Flamma Opusculo Historico*, quod evulgatum habes in Tomo XII. Rer. Italicar. Quum *Bruzio* Vicecomes Anno M-CCCXXXVI. in Germania militaret sub Ducibus Austriacis, ab ipsis posse Coronam Auream super caput (*) *Briveriae* (idest *Viperae*) deferre ex maxima gratia postulavit. Quod ipsi Duxes Austriae cum magna difficultate concesserunt, quia hoc solis Ducibus Austriae quondam pro magno munere concessum fuit. Tenor Privilegii talis est: Nos Albertus & Otto Duxes Austriae &c. & infra: *Bruzio* Vicecomiti, Viro strenuo, Militi concedimus, totique parentelae Vicecomitum, videlicet illis, qui de *Matthaeo* & *Uberto* nati descendunt, quod Coronam Auream possint portare super caput *Biverae* in galea, & bandereis, & clypeis, titulo feudali &c.


DE PRINCIPIBUS
AUT TYRANNIS
ITALIAE,

DISSERTATIO
QUINQUAGESIMAQUARTA.

ПУСТЫННОЕ
СИМЕНТЬЯ
САЛЮТ
ОГНЕНЬ
СИМЕНТЬЯ

DISSESTITO

QUINQUAGESIMAQUARTA.



Ge verd, postquam conspeximus tot liberos olim in Italia Populos, ostendamus etiam, qua ratione fere omnes ad Principes suam postea dominationem transtulerint, aut a Tyrannis primo oppressi, non suo, sed alieno arbitrio, vitam ducere denique sub Dominis didicerint. Et nunquam quidem Principibus Italia caruit, postquam in ea sedem fixere barbaricae gentes. Principis appellationem latiori sensu heic sumo, ut eos significem, qui non Imperatoris, non Regis titulo praefulgebant, & nihilominus primas in Regno tenentes, Populo alicui imperabant, sive id vicariâ potestate a Rege acceptâ sacerent, sive electione Populi, sive autocratiâ, aliove titulo inter gentes legitimo. Quippe Principis nomen pressius sumtum, Augustis tantummodo, ac Regibus, Despotisque a nullius temporalis Domini superioritate pendentibus, tribui antiquitus consuevit. Langobardis ac Francis in Italia regnantibus, immo & sub priorum Caesarum Germanorum dominatione, hujusmodi minorum Principum coetum constituebant Duces, quales fuere Beneventani, Spoletoni, Tuscii, Forojulienses; e quibus primi

A) autocratiam quoque, exciso Langobardorum Regno, sensim arripuerunt, sed instabilem, Occidentalis Imperii Augustis jura sua in regione illa identidem vindicantibus. Erchemperto teste in Histor. Princip. Langobard. num. 3. Arichis primus Beneventi Principem se appellari jussit, quem usque ad istum, qui Benevento praefuerant, Duces appellarentur. Principis, inquam, non Regis, titulum Arichis sumvit strictiori illa significatione, ut se supremum Beneventani Ducatus dominum indicaret, neque Caarlo Magno obnoxium, qui nuper, dejecto Desiderio Rege, reliquum Langobardici Regni occuparat. Ita Dynastae Salernitani, & Capuani seriis enati, Principis appellatione sunt usi. Quem titulum etiâ nunquam usurparint, qui Neapoli olim imperabant (satis enim iis fuit Dux, aut Magistri Militum, aut Consulis nomen) attamen & ipsi inter Principes sine haesitatione adnumerandi sunt. Atque illi plerumque electione Populi creati sunt, a quo, interdum quoque & ab Augustis Orientalibus, potestatem consequebantur. Neque dissimiles olim fuere Venetorum Duxes. Principum praeterea albo inscribebantur antiquis iis Seculis Marchiones & Comites, qui postremi apud Langobardos, Judices etiam appellati fuere; illi Provinciae uni, hi Civitati

tati alicui per electionem Regis praefecti. Non nomine quidem sed re, omnes isti *Principes* sunt habiti; & quoties in Historia temporum illorum commemorantur *Primores Regni*, *Principes Regni*, non alii significantur quam *Duces*, *Marchiones*, & *Comites*; quibus & *Archiepiscopi*, & *Episcopi*, & postea quidam praecipui *Abbes* adjuncti fuerunt. Quod verò in Italia contigit, idem in Regno Germaniae, & Galliae, sive Franciae Orientalis & Occidentalis occurrit. Arnulphus Mediolanensis *Histor. Lib. I. Cap. 2.* Tomo IV. *Rer. Italicas*. auctor est, circiter Annum Christi DCCCCXXXV. statutum fuisse generale Papiae colloquium cunctorum Regni Principum. Tum Cap. 7. tradit, Ottotonem Magnum consilio Walperti Archiepiscopi Mediolanensis, aliorumque Regni Principum, descendisse in Italiā. Ita alibi Scriptor ille Saeculi XI. quo eodem Seculo Wippo in Vita Conradi Salici, Lambertus Scabnaburgensis, & Liutprandus Seculi praecedentis *Historicus*, ac subinde alii passim sub nomine *Principum* commemorant, quos nuper designavi. Porro antiquissimos hosce *Duces*, *Marchiones*, & *Comites*, eorumque continuatam ditionem ac stirpem, nunc indica mihi, si potis es. Pleiosque sustulit humanarum rerum vicissitudo, ac temporis edacitas. Veneti tantummodo munus ac seriem suorum *Ducum* nunquam interruptam servarunt, qui tamen, non uti olim per successionem, sed per electionem, ad ejusmodi dignitatem nunc provehuntur; & amplissimam potestatem, qua vetustissimi *Duces* fruebantur, cum Senatu, aliisque Magistratibus partiuntur, honore potius quam re *Duces*. Praetergressa tamen est, divino munere, tot Saeculorum turbi-

A dum cursum inclita *Marchionum Estantium*, nunc *Mutinæ* &c. *Ducum Familia*, cui in Italia nullam antiquitate parem reperias, quaeque Seculo Christi Undecimo propagata in Germania praeclarissimam *Brunsvicensium Ducum* sobolem ad summam potentiam & gloriam evexit; eam ipsam videlicet, quae nunc in magnae etiam *Britanniae* throno splendet. Haec omnia certis rerum documentis ego jam statui in Antiquitatibus Estantibus Part. Primā. Ita felici sanguinis successione ac possessione ampliae ditionis, ad nostra usque tempora perdurat ac floret antiquorum *Comitum Maurianensium* (di Morienna) simulque *Marchionum* propria, in *Regia Sabaudiensium Ducum Familia*, cui *Sardiniae Regnum* nunc subiectum illustres titulos auxit. *Marchiones* quoque *Malaspinae*, vetustissimā nobilitate spectatissimi proceres, reliquias pristinae gentis ac ditionis tuerunt; & si qui sunt alii, certe pauci, qui ad Secula remotiora, sine fabulosis dubiisve *Chartis*, aut Historiis, Genealogiam suam deducere possint. *Marchiones Montisferrati*, *Pelavicini*, *Cavalcaboves*, *Cevae*, *Boschi*, de *Carretto* &c. *Comites Guidones*, *Laumelli*, *Santi Bonifacii*, de *Bladrate*, & horum similes quondam percerbres, aut prorsus interierunt, aut in reliquorum Nobilium sortem jamdiu conjecti fuere.

E Nunc venio ad Civitates liberas. Cur ad *Principes* aut *Tyrannos* eorum dominatio translata subinde fuerit, brevibus dicam: Potissima causa immutati regiminis fuit factionum *Guelphae* & *Gibellinae* furor, de quibus actum est supra in Dissertatione LI. Aliis aut Imperatorum voluntas, aut vicinarum Civitatum sive *Principum* potentia eminentior, aut industria,

dustria, interdum etiam impotentia
Civis alicujus modò volentibus, mo-
dò nolentibus jugum imposuit. Haec
autem accurate distinguenda. Sunt e-
nim ex ipsis antiquis Histericis, qui
sine ullo discrimine Principes post
Seculum XII. in Italia enatos, invi-
dioso *Tyrannorum* titulo traducunt.
Qui si hanc vocem significatione an-
tiquissima usurpant, *Reges* tantum,
sive *Regulos* indicantem, non obsto;
si ut illegitimos dominos, atque im-
mites in Populum designent, hercle
ii falluntur, & de alienis aestibus
praecipiti affectu & judicio senten-
tiā ferunt. Dantes Aligherius Lib.
6. Purgatorii, circiter Annum MCCC-
VI. scribebat:

Che le Città d' Italia tutte piene
Son di Tiranni, & un Marcel diventa
Ogni villan, che parteggiando viene.

Itaque recolendum nunc est, quot
simultatibus, odiis, bellisque etiam
intestinis aditum olim aperuerit stu-
dium Factionum, his Gibellinam,
illis Guelpham sectantibus. Vix ulla
Civitas fuit, quam discordia non in-
vaserit, ac Civiles diviserit. Proelia
subsequuta sunt, caedes & creberri-
mae proscriptiones. Quae Civium
pars solum vertere cogebatur, quae-
fatis sociorum praefidiis. bello statim
patriam impetebat: & ubi vires ma-
iores suppeditabant, alteram vitam
ipsa quoque pari exilio multabat.
Hinc nulla quiete, nulla securitas
Urbibus tam diro morbo laboranti-
bus. Quod ergo saepe accidit, aut
altera ex ejusmodi Factionibus illu-
strem aliquem virum sibi in Domi-
num praeficiebat, ut ejus ductu &
auctoritate adversarios comprimeret;
aut initio consilio utriusque Factionis
primores Principem sibi deligebant,

A cujus prudentia & in eum translata
potestas, idonea crederetur ad restau-
randam pacem ruentis Reipublicae.
Quid heic, amabo, contra justitiam,
aut adversus gentium jura? Et ista
quidem ratione non raro factum est,
ut revocatis exsulibus in patriam,
ac pace restitutā, animi pridem exul-
cerati tandem quieverint, induerint
que novam faciem Civitates uni Do-
mino obedientes, quae liberae sibi
relietae antea tam foede insaniebant.
Eiusmodi potissimum beneficio subje-
ctos Populos sibi devinxit Azo Vi-
cecomes, Mediolanensem Princeps,
e Beatrice Estensi natus, qui Anno
MCCCXXX. virtutibus non paucis
effulxit. Gualvaneus de la Flamma
in Opuscul. de ejus reb. gest. Tomo
XII. Rer. Italcar. pag. 1040. inter
consuetudines ab eo investitas hanc
primo laudat. Prima lex fuit, quod
omnes Civitates sibi subjectae absque
omni personarum acceptione suis Ci-
vibus essent habitatio tutissima, & omnes
intrusici reducerentur in suam patriam.
Et istius justissimae legis & sanctissimae
inceptor (inter Vicecomites) fuit il-
lustris Miles Azo Vicecomes, ob cuius
meritum possidet Paradisum. Certe non
propterea extinguebantur intestina Ci-
vium odia, quae & sub Principibus
in caedes interdum ac seditiones er-
rumpebant; attamen Principum au-
toritas tumultuantum animos ple-
rumque in officio continebat. Primi
autem, quibus Liberarum Urbium
dominatio delata est, fortasse fuere
Marchiones Estenses. In duas Fa-
ctiones (Guelpham & Gibellinam vulgus
post aliquot annos appellare coepit)
scissa erat Veronensis Civitas ineun-
te Seculo XIII. Imperatori favente regebat Monticuli; adversantem Co-
mes Sancti Bonifacii, cujus majores
titulo Comitis eamdem antea rexerant.

Sibi

Sibi socium adjunxit Comes Anno MCCVII. Azonem VI. Marchionem Estensem, eumque Praetorem Urbis instituendum curavit. Exturbatus autem Marchio ab Ecclino II. Ecclini III. Tyranni crudelissimi patre, armis rem egit, & fracto eodem Ecclino, atque Monticulis in proelio, uti Rolandinus Lib. primo. Cap. 9. scribit, *ex tunc Marchio, & Comes Sandi Bonifacii toto tempore vitae suae, Veronae dominium habuerunt.* En quomodo altera partium praevalente, dominatio Urbis ad eos Principes translata fuerit. Quod idem Ferrariae contigit iis ipsis temporibus.

A A morte Comitis Mathildis Libertatem sibi asseruerat illa Civitas, assumta Reipublicae formâ, quam diu etiam incolorem servavit. Multa in hanc rem dedi monumenta, in hoc ipso Opere legenda. Immo & ante Mathildem, scilicet post Bonifacii Marchionis ejus patris obitum, ab illo Populo quaesitam fuisse Libertatem, Diploma indicat Henrici inter Augustos Secundi, Anno Christi MLV. scriptum, atque a me evulgandum infra in Dissertatione LXVIII. de Redemtione peccatorum. Nunc eamdem veritatem confirmatum eo duabus aliis authenticis testibus, quos mihi Serenissimi Duci Mutinæ Archivum suppeditavit,

Henrici V inter Augustos, VI. inter Reges, Diploma, per quod
Ferrariensi Reipublicae jus eligendi Judicem Appella-
tionum concedit, circiter Annum 1195.

HEnricus Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliae. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos fidelibus nostris Potestati & Communni Ferrariensi, Imperiali benignitate indulsimus, quatenus de Concivibus suis aliquem eligant, qui Cognitor Appellationum, que ibidem emergerint, existat nostrâ concessione & auctoritate. Ad eius rei evidentiam presentem Cartam conscribi jussimus, & Sigillo nostro communiri.

Datum apud Sanctum Johannem de Tavazano, II. Kalendas Junii.

Et ego Armannus, Dei gratiâ Imperialis Aule, & tunc Potestatis & Communis Ferrarie Notarius, ut in Privilegio Domini Henrici Imperatoris

C sua Bulla bullato vidi scriptum, & attente perlegi, ita nil addens & nisi minuens, nisi forte in compositione syllabarum, sed non quod sensus mutetur me sciente, in hoc exemplo scripti & subscripti. In Millesimo Ducentesimo Trigesimo Primo, in Mense Julii, currente Indictione IV. Ferrariae.

D Atque haec componenda sunt cum Actis Pacis Constantiae, Anno MC-LXXXIII. stabilitae, ubi de Appellationibus Civitatum Lombardicarum sermo fuit, uti & de Ferraria, cui Fridericus I. tempus statuit ad amplectendam pacem, ac suam gratiam. Subsequitur altera Charta ex eodem Archivo de promta.

Concordia inita inter Brixianos & Ferrarienses occasione controversiarum inter Mercatores utriusque Civitatis, Anno 1195.

IN Christi nomine. Anno Dominice Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, tempore Celestini Pape, & Henrici Imperatoris, die Tertio introiuncte Mense Julii, Indictione Tertiadecima, super Palatio Communis Ferrarie. Quoniam decet, universos Civitatum Rectores dilectiones aliarum Civitatum, cum quibus familiaritatatem habent, manuteneret, & ea, que ad concordiam, & pacem inter eos pertinent, ut iustitia, & ratio inter eos perseveret, in omnibus facere: ideo ad cohercendas malitias, & iniquitates hominum, & ut dilectio & firma amicitia manuteneatur inter Civitatem Brixie & ejus habitatores & districtum, & Civitatem Ferrarie, & ejus habitatores & districtum: Nos Sallinguerra Ferrarie Potestas, habito Sapientum Ferrarie consilio, & eorum voluntate Consilio facto per campanam pulsatam, volens, si qua perperam sunt gesta inter Brixianos & Ferrarienses ad bonum conducere: cum per Sapientes Ferrarie, scilicet per Ottolinum Mainardi, & Albertum de Lusia, qui voluntate nostra, & Sapientum Ferrarie interunt Brixiam ad statuendum cum Consulibus Brixie, & Communis, & Mercatorum, de discordia inter Ferrarienses & Brixianos de rationibus Ferrariensium & Brixiensium, eorum concordiam vidimus in scriptis: quam concordiam Sapientibus habere placuit firmatam, & eam ratam habemus, pro Consilio, & eorum voluntate, Sapientes in Consilio approbaverunt. Unde venientes Manuel de Concilio Consul Communis Brixiensis, & Albertus Gratacollus Consul Mercatorum Brixie, &

A Inverardus de Gussago, & Jacobus de Omis Nuntii & Delegati a Communi Brixieni, & a nobis petierunt ea, que in Cartula continebantur pro Ferrariensibus scripta per manum Johannis Notarii Henrici Imperatoris, recipere velle: voluntate & consilio Communis Ferrarie, & vice totius Populi de Consilio, talem concordiam & convenientiam inter nos, & predictos Nuntios de Brixia fecimus. Quod Albertus de Lusia Miles, & Albertus de Lusia Juxta, & Ottolinus Mainardinus, & Zinius, fecerunt finem in manibus Manuels Consulis Communis Brixiae, & Alberti Gratacolli Consulis Mercatorum Brixie pro Communi & pro Mercatoribus Brixie de omni eo, quod possent agere, vel dicere contra Commune Brixie, vel contra Mercatores, vel Homines Brixie, vel ejus Districtus, exceptis Dominis de Bugizalis, quod non debent eos inquietare, vel aliquod malum eis facere. Et ita Dominus Sallinguerra Ferrarie Potestas promisit pro Communi Ferrarie attendere & observare contra Commune Brixie, & contra Mercatores, sicut in Carta parti & concordie facte per Ottolinum Mainardi, & Albertum de Lusia continetur. Que concordia talis fuit. Quod Sallinguerra Ferrarie promisit & convenit pro Communi Ferrarie supradictis Nuntiis Brixiae nomine Communis & Mercatorum Brixie, quod de cetero non debent inquietare, nec violentiam facere contra aliquem hominem de Civitate Brixie, vel ejus districtus: sed solummodo ei, cum quo contraxerint, vel cui creditum fecerint. Item statuit, & convenit cum eis, quod a modo

modo in antea si aliquis de Civitate Ferrarie vel districtus contraclum, vel creditum fecerit, vel cui credidit, vel cui credet. Et versa vice homines Brixie, & ejus districtus contra Ferrarienses & ejus districtus facere debent. Et ita promiserunt. Et si aliquis de Civitate Brixie, vel de ejus forcia contraxerit, vel creditum fecerit cum aliquo Ferrarensi, vel aliquo Civitatis Ferrarie, vel districtus, non debet inquietare vel petere, sive exigere contra aliquem de Communi, vel de Mercatoribus Ferrarie, nisi cum quo contraxerit, vel cui credidit: sed caute quisque caveat, cui credat, vel cum quo contrahat. Et ita Sallinguerra Ferrarie Poteslas supradicta omnia attendere nomine Communis Ferrarie, & observare, & facere attendere & servare Consules Ferrarie, vel Potestatem, qui erunt per tempora, parabola & voluntate Consiliatorum, qui erunt in Consilio facto & pulsato cum campana Consilium promisit. Et Manuel de Conciso Consul Brixie, & Albertus Gratacollus Consul Mercatorum Brixie, & Hinverardus de Gussiago, & Jacobus de Onis Nuntii Communis Brixie pro Communi, & pro Mercatoribus Brixie promiserunt idem attendere & conservare. Et ideo prenominati Consules Communis Brixie & Mercatorum dederunt nomine Communis & Mercatorum Brixiae in manibus Domini Sallinguerre Potestatis Ferrarie pro Communi Ferrarie in predicto Consilio quindecim Libras Imperialium pro pacto & concordia supradicta interveniente.

Quam concordiam & cartam, atque pactum factum confirmavit Dominus Sallinguerre Ferrarie Potestas, nomine Communis Ferrarie, voluntate Consiliatorum, qui inserius scripti sunt, qui hanc Cartulam confirmaverunt, & eis

A placuit: id est Jacobus Trozo, Petrus Bonus Procuratores Communis, qui fuerunt testes, Pecorarius, Guntardus, Petrus de Remengardi, Pesuricis, Petrus Vicentiae, Albertus de Veo, Gimbaldis. Rainaldus de Guatarella, Banodus, Transmundus, Isnardus de Quarazolo, Sucius, Zilius Furni, Petrus de Albaro, Basilius, Deodatus Index, Girardus Benboni, Pelegrinus Notarius, Zuprianus Daniel, Lenguetta, Jacobinus Jacobi de Trote, Albertus Zorzi, Capudulipi, Saviolus, Simeon, Marchinus Biaque, Rainierius, Zambonus, Bonus, Gozettus, Guido Battus, Gibilius, Ubaldus Notarius, Peligrinus, Arlottus, Ugnicio, Presbiterellus, Capudbovis, Bonusinsegna, Michilittus, Aldrovandinus, Gibertinus, Articus, Johannes Capallus, Banzolinus, Donus dictus Tacanus, Ubaldinus de Uguizone, Ricoboldus, Saviolus, Marnarettus, Clarambaldus, Girardinus Tantobelle, Albertus Maglavacca, & plures alii in pleno Consilio,

D C E
Verum Ferrarie invaluerant jam Factioes. Altera ab Imperatoribus stabat: nam & hi in eam Urbem, ut nuper innui, supremum jus ad se pertinere censebant. Altera vero Pontificum Romanorum partes tuebatur: ii enim ex antiquis Regum donationibus, immo peculiari quadam ratione, sui juris Ferrarjenses contendebant. Donizo in Vita Mathildis Comitissae auctor est, Thedaldum Marchionem illius Avum. Ferrarie dominatum fuisse ex concessione Romani Pontificis. An is Investitorem Pontificiam viderit dubitare fortassis alicui succurrat. Sed quod ille tradit, certos nos saltum facit non alio titulo, quam Pontificio Comitissam illic imperasse, ipsamque Urbe, rebellione antea subtractam, rece-

193 *DISSERTATIO QUINQUAGESIMAQUARTA.* 194

receptam suisse ab ea Anno MCI. Itaque studia Ferrarensis Populi diu divisa stetere. Praeerant factioni Pontificiae, quam Guelpham postea appellarunt. *Guilielmus senior de Marchesella*, ejusque filii *Guilielmus atque Adelardus*. Princeps in Populo Ferrarensi appellatur *Guilielmus junior a Ricobaldo*, hoc est, eorum dux, & caput, qui juribus Romani Pontificis studebant. Alterius partis Prin-

A cipes fuere *Salinguerra senior*, de qua in Charta Veronensi Anni MCL. Tomo V. Italiae Sacrae haec leguntur: *Dominus Salinguerra, cui soli, Ferrarenses omnem Reipublicae curam gubernandam mandaverant*. Huic succedit *Taurellus ejus filius*, ad quem spectat Charta, a Collectaneis MS. Peregrini Prisciani mihi suppeditata, quam e tenebris eductam Lectori heic offero.

B

Investitura multorum bonorum data Taurello filio Salingueriae Nobili viro a Stephano Episcopo Ferrarensi, Año 1186.

IN Dei nomine. Anno Chriſti Natiuitatis Millesimo Centesimo Octuagesimo Sexto, tempore Urbani Pape, & Federici Imperatoris, die XII. exeunte mense Julii, Indictione IV. Ferrarie, in domo Episcopi. Ego Stephanus Dei gratiâ sancte Ferrarensis Ecclesie Episcopus, investio te Taurellum de Salinguerra per Feudum ad usum Regni, de omnibus rebus & possessionibus illis, quas Comes Mansfeldus per Dominam Agnetem Uxorem suam quondam habuit, vel habere debuit de Feudo a Sicbelmo & Imiza Uxore sua, vel a Casoto eorum filio invento, ut in Cartulis Feudi ab Ecclesia Sancti Georgii Episcopatus Ferrarie acquisiti continetur, secundum quod facere audeo & possum. Et similiter omnia ea, que in emphyteotycariis illorum Instrumentis ab Ecclesia predicta illis concessis continetur, & scripta esse reperiuntur, jure emphyteotyco secundum formam communem Ecclesie nostre, tibi, tuisque filiis & nepotibus concedo: ita ut tu, filiique tui & nepotes annualiter in omni mense Martii pensionis nomine debeas mihi, meisque successoribus dare Imperiales duodecim. Et omnia, ut superiorius legitur, in Feu-

C dum & emphyteosym tibi concedo, que in Cartulis reperiuntur; excepto Bradiam Firminiane, que fuit quondam Jobannis Pauli, & tenutam, quam tenet Albertus de Aldigerio, & Rainaldus de Guaterela de bodere predicto, quod quondam fuit de Domino Sickelmo, & Imiza Uxore sua, atque de Casoto eorum filio. Pro eo quia recuperasti Francolinum, per Libras XXVI. deniariorum Imperialium, a Mansfredino Tallevacio, quas ei debebam pro debito a Presbiterino Episcopo Predecessore meo facto, & solvisti Libras CC-XXV. deniariorum Veronensium Annano de Giruino Verone, pro debito a Domino Tebaldo Episcopo Predecessore meo facto. Et ita do tibi Albertum de Aldigerio, qui tenutam predictarum rerum mea vice corporaliter tibi, ut supra legitur, tradat. Et insuper rogo Notarium, ut scribat, & omnes circumstantes, ut testes constulant, videlicet Dominum Guidonem Aruerium, Stephanum de Gabiana Judicem, Martinum de Ricardo, Albertum de Aldigerio, & Pegolotum, aliosque omnes.

E Et ego Enricus Dei gratiâ sancte Ferrarensis Ecclesie, sacrique Palacii

N 2

Nota-

Notarius intersui, & eorum testibus
rogatus, ut intellexi, scripsi.

Taurello tandem successit in do-
minatione Ferrariae Salinguerra ne-
pos, ille ipse videlicet, qui, ut nu-
per vidimus, Anno MCXCV. Prae-
turam Ferrariensem egit, vir mira-
calliditate, gestisque suis inter illius
temporis Proceres famosissimus. Is,
Rolandino teste, Lib. II. Cap. II.
Histor. Vassallus erat Marchionum
Estenium. Auctor Chronicus Parvi
Ferrariensis Tomo VIII. Rerum Ital-
icar. pag. 481. haec habet: *Guilielmus
Marchesellae de Familia Adelardorum,
unius partis Princeps erat Ferrariae:
alterius verò Taurellus Salinguer-
rae.* E vivis circiter Annum
MCXC. excessit sine ulla mascula
prole Guilielmus, & unicam filiam
relinquit, Salinguerae junieri uxorem
postea destinatam: quod conjugium
dicitur ipse parens collaudasse, saluti
Reipublicae Ferrariae providere cupiens,
ne Civitas discordiis laceraretur & bel-
lis. Verum Petrus de Traversaria in
Ravennate Populo Princeps, aliquie
aemuli infesti Taurello, ejusque filio
Salinguerae, puellam ex eorum do-

A mo subductam, Obizoni, seu potius
Azzoni VI. Marchioni Estensi in
matrimonium conjunxere, ut is Ca-
pitaneus esset ejus partis, quam sove-
rat Guilielmus, & cui antea Marchio-
nes Estenses fuerant adversati. Haec
omnia tradunt idem Auctor Chronicus
Parvi, & Ricobaldus, & Fran-
ciscus Pipirus in Historiis, a me e-
ditis in Collectione Rer. Italicarum.
B Atque hinc amplificata est Estenium
potentia; qui enim antea domina-
bantur Oppido Atestino, Montagna-
nae, Rhodigio, ejusque Policino, aliisque Oppidis & Castellis in felicissima Italiae plaga, praeter opulen-
tissimam aliorum Castrorum, ac Al-
lodiorum hereditatem, ex iis nuptiis
reportatam, etiam dominationis par-
tem accepere Ferrariae. Et aliquot
quidem annis concordi consilio hi
duo Principes Populi, veluti Roma-
norum olim Consules, non solum
Urbem illam in tranquillitate rexe-
runt, sed etiam inter finitimas Ci-
vitates laesam pacem restituendam
curarunt: quod elucebit e Charta,
quam vetustissimo Regesto Civitatis
Mutinensis acceptam refero.

Charta Compromissi discordiarum inter Populum Mutinensem &
Regiensem vigentium facta a Praetoribus Mutinensibus in
Praetores Graemonae & Parmae, curâ Azonis Mar-
chionis Estensis, & Salinguerae, Anno 1202.

IN Christi nomine. In Millesimo Du-
centesimo Secundo: tempore Inno-
centii Papae, die XI. exeunte mense
Junii, Indictione V. in Castro Marza-
tiae, in præ'entia Domini Marchio-
nis Azi, & Salinguerae, & Domini
Uberti de Imblavato Potestatis Ferra-
riae, Marchesini & Ostolini de Maë-
nardis, Jacobi Fontanae, & aliorum
multorum, juraverunt ad sancta Dei E-

D vangelia Mansredus de Pizo, & Ba-
rufaldus Potestates Mutinae, pro Com-
muni Mutinae, & aliis inferius scri-
ptis, stare & obedire omnibus præcep-
tis Domini Conradi de Summo Pote-
statis vice suorum sociorum Potestatum
Cremonae, & Domini Guidonis Lupi
Potestatis Parmae, nomine Communis
Parmae, vel aliorum, quibus a Consi-
liariis utriusque Civitatis simul con-
gregatis

gregatis ad campanam sonatam sine A fraude commissum fuerit, quod fecerint concorditer, scilicet de omnibus discordiis & litibus, quas habet Commune Mutinense cum Commune de Regio, & Commune de Regio cum Commune de Mutina, & de pignoribus dandis, & juratoribus, & offidibus, & de omni securitate, quam petierint in concordia per rationem, si placuerit partibus, vel per convenientiam usque ad finem sine timore, & sine omni fraude. Iste vero juraverunt eodem modo Guizardus de Colornio, & alii plures.

Ego Magister Presbyterinus, Dei gratia Imperialis Aulie Notarius ad haec praesens rogatus scripsi.

B Concordes quoque Azonis Marchionis Estensis, & Salinguerrae junioris animos in Reipublicae Ferrariensis regimine, ex altera Charta ejusdem Archivi edisces, nempe ex pactis initis inter Mercatores Mutinenses ac Ferrarienses Anno MCXCIX. quo ipso tempore Salinguerra Praetorem Ferrariae agebat, & Azo Marchio Praeturam Patavinam gerebat.

Compromissum & Sententia inter Mercatores Mutinae, & Assazatores Salis Ferrariae, Anno 1199.

IN Christi nomine, Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Nono, tempore Innocentii Papæ, die VII. intrante mense Aprili, Inditione Secunda, in Canonica Ecclesie Sancti Nicholai de domo Domini Taurelli. Cum discordia suisset inter Mercatores Salis de Mutina & Assazatores Salis Ferrariae, de Sale, quia dicebant Mercatores Salis de Mutina, quod non debebant dare Assazatoribus Ferrariensibus aliquid pro assazatura vel denociatura, vel pro alio aliquo in Ferraria vel ejus districtu: econtra Assazatores Ferrarie dicebant, dare Mutinenses eis assazaturam, & aliud, sicut alii dabant. Unde Dominus Guizardus de Colornio Judex Domini Comitis Ugolini de Panico Potestatis Mutine, & Judex Communis Mutine, & Benegas Consul Mercatorum Mutine pro Mercatoribus Mutine, & Communi Mutine, Nuntii a Potestate Mutine delegati, & a Mercatoribus suis, Ferrariam venientes, de predicta lite in Dominum Salinguerram Potestatem Ferrariae, & Dominum Pium, & Ja-

C cobum de Trota, & Cypriacum, amicabili compositione se dimiserunt, promittentes observare, que inter eos laudaverint. Et Massarii Assazatorum Ferrarie, scilicet Guido, Avianus, Capibonus, pro se & aliis Assazatoribus Ferrariensibus hos idem fecerunt, & attendere promiserunt. Qui concorditer laudaverunt, ut Assazatores Ferrarie habeant pro assazatura Salis pro unaquaque Navi de Sale, sive sit parva, sive sit magna, pro unaquaque volta, septem Imperiales, & non plus, sive pro assazatura, sive pro denontiatione, vel pro alio a Mutinensis. Et Mutinenses illos septem Imperiales pro unaquaque Navi magna vel parva, pro unaquaque volta pro Navi Salis Assazatoribus Ferrarie in Ferraria vel ejus districtu solvant. Et ita inter se laudaverunt & firma esse praeceperunt. Testes adfuerunt Dominus Duxius, Prodorus, Bonus Martinus de Mutina, Andreas, Benegas, & alii plures. Post hec die IX. ejusdem mensis Aprilis in pleno Consilio Ferrarie Dominus Salinguerra Ferrarie Potestas de vo-

lun-

luntate Consiliatorum Ferrarie laudamentum factum confirmavit Domino Guizzardo Advocato Mutine vice Mercatorum de Sale, & pro his Mercatoribus Salis, & Benencasa Consuli Mercatorum Mutine, & pro omnibus Mercatoribus Mutine. Ad quam publicationem iudicamenti & confirmationem fuerunt testes Dominus Marchio Azo, Dominus Pio, Signorellus, Opolinus Mainardi, Marchixinus Mainardi, Tuurolus, Ugutio Contrarius, Jacobus Trote, Marchixinus Parvus, Gontardus, Ginibaldus, Johannes Periculi, Trasmonodus, Lantulfinus, Guido Sabloncelli, Petrus de Albaro, Andreas Judex, Albertus de Lusia Miles, Johannes Juridicoro, & alii.

Et ego Magister Presbiterinus, Dei gratiâ Imperialis Aulae Notarius, ad hec presens & rogatus voluntate Potestatis Ferrarie & Consilii hanc Chartam scripsi.

Ut vides, Patavina Praetura Azonem Marchionem minime impediebat, quin identidem Ferrariam proficisci-
retur, & Reipublicae illius negotiis vacaret. Verum ex quo, ut supra innui, simultates exarfere inter eumdem Marchionem Anno MCCVII. & Eccelinum postea Monachum, occasione Veronensis Praeturae, Salinguerra Gibellinus Eccellino suae factionis sodali auxiliares manus praebens, Ferrariae seditiones movit, atque inde eliminandum Marchionem, ejusque partem curavit. Secus tamen accidit; nam uti in Antiquitat. E-
stens. Par. I. Cap. 39. ostendi, & Antonius Godius in Chronic. March.

A Tarvisin. Tomo VIII. Rer. Italica-
rum, nos docuit, Marchio Salinguer-
ram Anno MCCVIII. cum parte sua
expulit de Civitate Ferrariae, & Fer-
rariae Dominus generalis ac perpetuus
a Populo fuit renuntiatus. Atque ita hu-
jus electionis in iisdem Antiquitatibus
Estensibus protuli. Atque ita si-
bi consulere coeperunt Factiones Ur-
bium, quoties aemulis praepollebant,
justumque titulum imperandi novis
Dominis detulere. Verum in sequenti
Anno MCCX. aut MCCX. Ferrariae
receptus est Salinguerra, quem
inter illum & Azonem Marchionem
Otto IV. Augustus pacem restaurasset.
Sublato e vivis eodem Azone VI.
Marchione Anno MCCXII. factio-
nis Guelphae regimen in Ferrariensi
Civitate devenit ad Aldebrandinum
Marchionem Estensem illius filium, qui
tunc eidem Civitati praeerat, mune-
re Praetoris fungens. Itaque rursum
dejecto cum affeclis suis & expulso
Salinguerra, Aldebrandinus cum Par-
mensibus & Mutinensis foedus i-
niit, ut hosti subsidiis exteris suffulto
obsisteret. Verum non ita multo post
Salinguerra a Ferrariensis receptus,
dominationis consors factus cum Mar-
chione videtur, sed & subinde dejec-
tus. Quumque is in Castro Pontis
Ducis Mutinenses infestaret, isti in
obsidionem loci justo exercitu convo-
larunt, & nova pacta inierunt cum
nuper memorato Marchione & Re-
publica Ferrariensi. de evertendo Ca-
stro eodem, uti fidem facit Charta,
ex Regesto Communis Mutinae de-
promta.

**Qualiter Ferrarienses jurant Mutinensibus pacem tenere, & operam dare,
ut Castrum Pontis Ducis destruatur, & destructum
perpetuo teneatur, Anno 1212.**

Sicut Spiritus adsit nobis gratia. Anno a Nativitate Domini MCC-XII. Indictione XV. in Palatio Communis Ferrariae, temporibus Innocentii Papae, & Octonis IV. Imperatoris Romani, die Dominico XVI. mense Decembri. Forma sacramenti & promissionis factae a Ferrariensis Communis Mutinae, & Mutinensibus, talis est. Ego Ferrariensis juro bona fide facere & operam dare, quod Castrum Pontis Ducis totum destruatur, & destructum babeatur & teneatur, nec perpetuè pro Communi Ferrariae, nec pro aliquo Communi alicuius Civitatis, vel Terrae, sive personae, vel personis Secularibus vel Ecclesiasticis reaedificetur. Et omnibus reaedificare volentibus, aut aliquo modo ibi domum vel villam, sive aliquod aedificium facientibus pro posse resistam. Item juro, quod a Mullenā superius versus Mutinam aliquod Castrum vel Villam, sive habitantiam pro Communi Ferrariae, nec pro aliqua persona vel personis Episcopatus Ferrariae vel districtus, aut aliunde, non faciam, nec esse permittam. Et si aliquo tempore Castrum Pontis destrueretur pro Communi Mutinae, vel pro aliqua Terra vel persona sive personis occasione Communis Mutinae, totum quod superius legitur, observabo; nec umquam de Communi Mutinae, nec de aliqua persona vel personis de Episcopatu Mutinae vel districtu pro damno dato in Ponte & ejus pertinentiis de destructione ipsius vel alicuius Terrae, sive personae, quae fuerit in servitio Communis Mutinae, vindictam in persona nec in avere recipiam vel imponam, nec recipi permit-

A tam: nec querimoniam aliquam inde faciam, nec fieri permittam; & perpetuè Commune Mutinae & homines ejusdem Civitatis, & omnes ad hoc Commune Mutinae adjuvantes, indemnes conservabo. Nec cum Salinguerra, nec cum Ariverio ejus filio, nec cum Albertino nepote suo, nec cum aliqua persona vel personis de Ferraria, vel districtu ejusdem, pacem vel concordiam faciam, nec esse permittam, nec in Ferraria, neque in districtu Ferrariae habitare, nisi prius iuraverint & promiserint ad voluntatem Communis Mutinae totum, quod superius legitur, observare, & perpetuè firmum tenere, & dictum Castrum penitus destruxerint. Et totum, quod continetur in pabulo & concordia inter Ferrarienses & Mutinenses, secundum quod continetur in Instrumento scripto per manum Berardi Notarii, perpetuè observabo, eo excepto, quod non teneat dare totum Salem Mutinae, nec Mutina accipere teneatur, nisi quantum accipere voluerit. Item juro Mutinae dare quantum Salem emere voluerit, & ad rasoram rotundam, habentes Mutinenses potestatem emendi ubique, & a quocumque Ferrariensi voluerint in Ferraria, & non ad sortem. Et Piliparios Mutinae ponam in rectitudine binae Pilipariorum Ferrariae, & tenebo de soto. Et Merzarios Mutinae ponam & tenebo in bina Merzariorum Ferrariae, & eisdem dabo & assignabo Stationes, quanta cumque voluerint. Et nullam datiam auferam Mutinae, ultra quam statutum est in Charta prae nominata, occasione sigilli, vel pontis, sive assazatorum, vel aliqua alia

alia occasione. Nec imponam amplius ad hoc, ut cum aliquo praedictorum graventur. Et si mibi imposuero amplius desuper imposito, Mutinenses non gravabo. Nec Pictoribus Mutinae auferram aliquid de centonario piscium. Item do licentiam & potestatem Mutinensibus faciendi & tenendi Castrum a Croxeta, qui est proximior Fornaci de Ponte versus sero, ubicumque vulnerint: & illud Castrum habeant, & teneant, & distingant ad utilitatem & voluntatem Communis Mutinae, sine contradictione Communis Ferrariae, vel alicujus Ferrariensis. Et si quod jus habeo pro Communi Ferrariae, vel aliqua alia occasione in Ponte Duci & ejus Curia, territorio & districtu, & in illo loco, ubi Castrum aedificabitur, illud do, cedo, & remitto Mutinensibus, & Communi Mutinae. Item juro & promitto dictum Castrum, quod Mutinenses ibi fecerint, & locum & jus, quod habeo in praedictis locis, perpetuò conservare & defendere Communi Mutinae ab omni contradicente persona. Nec unquam dicam, nec querimoniam imponam de Mutinensibus, nec de Communi Mutinae, de praedictis locis. Nec operam dabo, ut praedictum Castrum destruatur, & quod praedicta omnia Mutinensibus a Ferrariensis & Communi Ferrariae non teneantur & conserventur. Et juvabo Mutinenses & Commune Mutinae a Salinguerra, & contra Albertinum, & eorum filios, & contra omnes Ferrarienses de eorum parte in toto Episcopatu & districtu Mutinae. Et faciam jurare Potestatem Ferrariae, attendere & observare totum, quod superius legitur. Et Potestas & Rectores Ferrariae teneantur facere jurare omnes Ferrarienses de districtu Ferrariae, haec omnia observare de districtu Ferrariae a XIV. annis supra, & ab LXXX. infra. Et teneantur Potestas & Recto-

A res Ferrariae facere jurare suos successores in regimine, omnia supradicta perpetuò observare & tenere. Et non tenebo ego Ferrariensis per Potestatem, vel Rectorem Ferrariae aliquem, qui hoc sacramentum non fecerint, & quod superius legitur, non observaverint. Et singulis quinque annis teneantur Ferrarienses renovare hoc sacramentum ad voluntatem Rectorum Mutinae.

B Actum est hoc solemniter, & sacramento firmatum in publico Consilio Ferrariensem ad campanam pulsatam per inscriptos Cives Ferrariæ, quorum nomina sunt haec: Dominus Zoculus de Girardo de Riticherio, & Dominus Guillielmus de Joculo, Dominus Bazalearius, Tedelgardus Bernardus, Jacobinus de Trota, Dominus Aldebrandinus de Suxinello, Jacobinus de Vetula, tunc Judex Domini Aldebrandini Potestatis Ferrariæ, Guido Vicedomini, Dominus Philippus, Dominus Gavinelus, Jacobinus Bocapizole, Bondenarius, Bonvicinus, Paganelus, Octolinus de Araldino, Petrus de Gragnano, Prandus, Abelertus, Bolognolus, Gregorius, Bozanius, Gatarius, Ysepus, Petrus de Ansaldo, Cavalerius, Petrocinus, Petrus Blancus, Martinus Bancius, Altronius, Girardus, Petrus de Vasallo, Ferrisius de Ariberto, Petrus de Bergamo, Mercadellus, Aicardinus, Bonusdies, Blaxiolus, Rodulfus, Ugicio, Ugolinus, Benatus, Girardinus, Janebonus, Benafetus, Bonensegna, Blancus, Bonensegna, Dominicus, Peligrinus, Giliolus, Arduinus, * Guilltelminus, Martiliolus, Novelonus, Petrus, Martinus, Curtus, Bonaccursus, Bonmercatus, Lanfrancus, Martinus, Bonaventura, Fulcolinus, Vivianus, Vitalis, Orabona, Bancius Arisendae, Formignanus, Martinus de Guidone Magino, Dominicus, Aprilis, Girardus, Ubertinus, Valerius, Leonardinus, Dominicellus, Paulinus, Al-

C dige-

digerius, Martinus, Ugiclo Preitis, A
 Diodatus, Tebaldinus, Fenzolinus,
 Warnellus, Dominus Guadolo, Stephanus,
 Paga Notarius, Bonus mercatus,
 Gregorius, Recordatus, Animanigra,
 Merinus Bellinus, Bonensegna, Petrosius,
 Jobannes Guillielminus, Bonusjohannes,
 Acarinus, Belarus, Uguibene
 Tabelio, Michaële, Peligrinus Notarius,
 Bonaventura Praeco, Johannes de
 Ficario, Manzoffus Notarius, & Bo-
 nusfacianus Praeco. Bulgarellus, Guidetus de Arduino, Tebaldinus Hombonus,
 Nicola Pistor, Feraresius de Cardello,
 Janebonus de Aldevrando, Passolinus,
 Mothiolus Zessariae; Acuriglatti, Li-
 xignolus, Dominicus Zessariae, Ginz-
 mus Petrus de Ramburga, Picettus,
 Omnebonum, Petricinus de Curlo, Pe-
 trusbonus, Jacobus, Aymericus, Henri-
 cus Teotonicus, Maguncellus, Pelligri-
 nus de Cista, Qualterius, Guidolinus
 Bernardinus, Manzolus, Guidofus, Flo-
 rillus, Blancus, Bonmartinus de Bosio,
 Domikicus Cassani, Jobannes de Car-
 penteria, Guidolinus de Manzenculo,
 Mercadellus, Omnembonum, Petrus Bel-
 linus, Carnelvarius, Romanellus, Pe-
 trus de Baila, Petras Lombardus, Jo-
 bannes Clemens Zambonellus, Martinus
 de Imula, Damianus, Petrus Ubaldinus
 de Sansilvestro, Ugolinus de Tricenta,
 Egidius de Fabio, Jacobinus Guidi,
 Hospinellas, Guidetus, Guido Medicus,
 Lambertellus, & Bertoldus, Marti-
 nellus, Bonmartinus, Lazarinus Vita-
 lis, Albertinus, Gennianus, Rubeus
 Notarius, Jacobinus Praeco, Aicardinus
 Praeco, Michaël Praeco, Donzellus Prae-
 co, Mercadellus, Martinus dal Canone
 Praeco, Bocabella Praeco, Jacobinus de
 Padua Praeco, Iaias Praeco, Donni-
 cellus Praeco, Dunzellus Praeco, Selva-
 gnus Praeco, Azolinus Praeco, Jobannes
 Holzinelli, Bonusjohannes Praeco, Mar-
 chixinus Biaque, Leonardus, Tuscas,

Ricus, Baxilius, Ferarius, Martinus
 de Bordeno, Johanninus Albarinus, &
 Lobertus Falbianus, Petrus Paulus, Pe-
 trus Daimianus, Petrus Andreas, Bon-
 fartinus de Sileto, Mainardinus Domini-
 ni Ofolini de Airardo quondam filius,
 Bonaventura, Guido Boxii, Richelmus,
 Guido de Arnaldis, Giliolus de Bissone,
 Mainardinus de Beis, Marchixinus Pi-
 zolus, Petrus Caracius, Girardinus Pal-
 mirolus, Bastardus Alserii, Nicolaus
 de Cildetino, Cudiginus, Molendinarius,
 Mercadellus, Matthaeus, Monachinus,
 Lens, Rodulfus, Egiliolus de Ferara,
 Donnicellus, Ferarixius de Calcagno,
 Bajolus, Girardinus Arloclus, Girardi-
 nus de Lencio, Petrus filius quondam
 Domini Marchixini, Vivianus Burniola,
 Guido de Bochenpane, Girardinus de Al-
 berto Cobello, Martinus quondam Mai-
 nardini, Ledoicus Judex, Martinus Pe-
 ligrinus Cavacie, Coculus, Bonusjohan-
 nes, Albertinus de Musa, Damianus,
 Girardus de Rivarolo, Jobannes de Ber-
 namo, Dainesius, Donadinus, Ugicionus
 Ferarixius, Cri-il-rius, Bonussegnor,
 Airicus, Albertinus, Rainaldinus, Co-
 loredus, Michaël Bonzaninus, Baxilius
 Rubeus, Jobannes de Donorio, Stepba-
 ninus, Cagnlus, Petrizolus, Pelligri-
 nus, Ugolinus, Ramondellus, Gibe-
 tinus de Boaria, Guido, Bernardinus,
 Jobannes, Ugolinus, Jobannes de Gibe-
 tino, Marzolus, Segnorius, Alberti-
 nus, Andreas Gregorius, Guillielminus,
 Martinus, Fontebonus, Valanellus Uge-
 tus, Emboninus de Boaria, Po-aci-
 nus, Aimolinus, Albertinus, Adamus,
 Pa'qualis, Jacobinus Sart's, Sigicius,
 Focardus, Jacobinus, Guillielminus,
 Mercadellus, Benedictus, Petricinus,
 Carnelvarius Pelliemus, Ricetus, Rai-
 nerius Canzolinus, Arnulfus, Gregori-
 ius, Dominus Ubertinus, Marinellus,
 Peppus, Bozarius, Anselminus,
 Selvagnus, Bonsantinus, Albertinus de



But-

Bulgaro, Baxilius, Zoannes, Jacobinus, Isnardus, Benatus de Pezulo, Bonfilius, Gabus, Nataluctus, Marcius, Bonfadus de Omelde, Guido, Ugolinus, Bonusjohannes, Brunus, Manzolus, Be-ne, Pajentellus, Johannes, Jacobinus, Manzinus, Sigifredus, Laviencius, Araldolus, Bulgarellus, Cavaldolus, Petrus, Jacobinus, Ugolinus de Gondoalto, Anzelus, Bonaventura, Albertinus, Jacobinus Notarius, Stephaninus, Ubertinus de Coradino, Waleca, Vandus, Mut-tus, Mercadellus, Henrigetus, Mansfredus, Nicolaus, Dozarius, Justus Jacobinus, Fantinellus, Zaninus filius Fedeviti, Ugolinus, Petrocinus, Romaranus, Bonifacius, Benvenutus, Thomaeius, Guido Contrarius, Petrizolus, Capparel-lus, Donicellus, Andriolus, Jacobinus, Magister, Freduciis, Frugerius, Banzolinus, Petrus Rasorius, Salix, Alber-tone, Coradinus, Guillielmus, Mauri-xius, Marchus, Stephanellus de Rigate, Laurentius, Benencasa, Aurius, Zor-zius, Martinellus, Albertus de Gam-bulata, Gerardus Cavaciis Contis, Guido, Rainaldinus, Johannes Bernardi, Johanninus, Bertoloctus, Paganinus, Pol-tonerius, Marabotus, Martinus Petrus-bonus, Johannes, Zambelus, Johannes, Acurius, Zanetus, Albertinus, Homo-donus, Graciadeus, Martinus, Petrus de Adam, Requianus, Albertinus, Pasqualinus, Martinus, Coradus, Ugo, Lazarellus, Mabister Johannes, Don-diis, Bonusmercatus, Gregorius Agusti-nus, Tavianus, Matalianus, Jacobus, Ubaldinus, Datarius, Ichannes, Nordilius, Zamboninus, Johannes, Paulus, Martinus, Guido, Paduanus, Lanfran-cus, Johanninus, Pellizolius, Gratacu-lus, Guido de Mutina, Petrus Ugolinius, Marescottus, Donusdei, Caudilius, Andriotus, Andalò, Bertoloctus, Riga-cius, Marcus Notarius, Marcignonus Notarius, Bardus Praeco, Donicellus

A Praeco, Ognabellus Praeco, Guido de Manzenculo, Guizardinus, Ubertinus, Zanetus, Azo, Rainus, Laurentius, Ubaldoinus, Petrus Girardus, Albrig-e-tus, Pomectus, Petrus Canis, Ugicio, Albertinus, Matthaeus, Banzolinus, Trintinus, Bajolinus, Ugolinus, Petroc-inus, Mainus, Albertus, Malclavante. Guido de Mangone, Guitaclinus, Domini-cus, Ainardus, Mojetus, Domini-cus, Hosleus, Orius, Nigerbonus, Rimulnus, Opicus, Ricobaldus, Guido de Rainerio, Ziraldinus, Albertinus de Giselberto, Traitabene, Gandulfinus, Richelminus, Aldevrandinus, Pelligri-nus, Marchixinus, Petricinus, Bentedia, Guido de Arcoada, Venturala, Petrus Aglata, Zaffonus, Guizardinel-lus, Bartholomaeus, Petrus Bonafiner-catus, Tivirolus, Petrocinus de Gusfre-do, Ribaldinus, Guillielminus, Carlevarius, Albertinus de Petro de Casano, Ofolinus minor, Squilinus, Audriolus, Gulielminus de Ubertograsso, Conradus, Martinus de Solaro, Adani-nus, Girardus Calegarius, Girardinellus de Girardo de Presbytero Martino, Bellonus, Niger, Mercadellus, Paisen-nus, Ursolinus, Martinus, Trentabasi, Galianus, Crexentinus, Nigrobonus, Vivianus, Pasetus, Johannes de Albina, Guizardinus, Leonardus, Luscus, Do-minus Sarazenus, Ambroxinus, Johan-ninus Ervaxii, Petrus de Catechino, & Mercadello. Praesente etiam in ipso Consilio Domino Petro Traversario, Viro nobile, fungente Poteſtariâ Fer-rariensi vice Domini Aldevrandini Marchionis Eſtentis, tunc Poteſtatis Ferrariae. Qui Dominus Petrus vo-luntate & praecepto Consilii praefcripti, Domino Jacobo de Bazoara, & Alberto de Sigizo Ambaxatoribus Mu-tinae recipientibus pro ipso Communi, praedicta ſolemni ſtipulatione pro Com-muni Ferrariae attendere & obſervare

pro-

promisit. Et praescripti homines omnes A praediis Ambaxatoribus Mutinae, pro Communi Mutinae recipientibus omnia supra scripta perpetuò firma tenere & observare nec contravenire promiserunt; dando ei licentiam pro Communi Mutinae accipendi possessionem de praediis locis & territoriis, & Curia, & territorio, atque districtu eorum, & dicti Communis auctoritate.

Ego Tedericus praenomine Rigacius, sacri Palatii, & tunc Communis Ferriae Notarius, iis omnibus praesens edui, & rogatus scripsi, atque manu propria hæc firmavi.

Castrum Pontis Ducis situum erat inter Finale Mutinenium, & Ravedam, qui Vicus nunc ultra Rhenum positus Bononiensibus paret. Ejus fines ita describuntur in Charta Anni MCCLXXXIX. A mane Valde Raveda, & Casale. A meridie Cazanetica, five Cazanelega, & Roxelese. A sero Finale de Videgoso, & Berbe xello. Et de subtus Aqua-longa, quae dicitur Moclena, five Canale Moclenae, & Moclenella. Sequenti vero Anno, quum sustinere Mutinenium vires Salinguerra non posset, de pace actum est, cujus vestigia habentur in duabus aliis Chartis, ex Mutinensis Communitatis Archivo descriptis:

Pacta concordiae initiae inter Mutinensem Populum & Salinguerram occasione Castri Pontis Ducis, Anno 1213.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Talis pactio & concordia fiet inter Commune Mutinae, & Dominum Salinguerram, & Nepotem, & suos: videlicet, quod Salinguerra debet dare Castrum Pontis Ducis Communi Mutinae ad destruendum, & ad faciendum totam suam voluntatem, deferendo homines ipsius Castri totum mobile, quod habent in ipso Castro, sine fraude. De aliis rebus omnibus erit arbitrio Potestatis Mutinae. Et debet restituere omnes prixonerios, quos habet de Civitate & Episcopatu Mutinensi cum navibus suis, quae allatae fuerunt, vel existimantur, si quae essent desperitae; & cum scutis & zappis, quae in Castro invenientur. Et debent jurare, tenere dictum Castrum Pontis Ducis destructum, secundum quod alii homines Ferrariae, & Marchio juravere & promiserunt. Et debent dare & datum facere & promittere secundum quod & homines Ferrariae & Marchio dederunt & se-

Cerunt de dicto Castro & Curia tota & districtu. Et debent Salinguerra & Nepos jurare stare praeceptis Potestatis Mutinae, & Potestatis Parmae, & avere Mercatorum Parmensium reddere. Et Commune Mutinae debet dare Salinguerrae & Nepoti mille Libras ad rationem Imperialem; quod & debet eos extrahere de banno, & restituere ejus podere Regaliae Imperatoris, quod habebat in Episcopatu Mutinae, & jure tantum quod habebat prius. Item debet promittere Communi Mutinae, quod faciet ponere in Statuto Civitatis, quod si aliqua partium Ferrariae Marchionis, vel Salinguerrae fuerit de Civitate Ferrariae expulsa, non debeat prohiberi pro Communi amicis partis expulsie, quin possint parare auxilium, & adjutorium, secundum quod voluerint, parti expulsa. Idem in omnibus & per omnia promiserunt, & juraverunt Domino Bernardo Potestati Mutinae, & Domino Rambertino Pote-
stati

stati Parmae, sua bona ipsis similiter obligando in poena quinque millium Marchiarum argenti.

Actum apud Pontem Ducas, in exercitu, in castris hominum Parmae, Millefimo Ducentesimo Decimo Tertio, Indictione Prima, die Veneris VIII. in-

A trante Novembri, praesentia & testimonio Bernardo de Cornazano &c.

Ego Petrus de Oliveto, quondam Imperatoris Henrici Notarius, & tunc Potestatis Mutinae, & Communis, interfui, & rogatus scripsi.

De concordia facta inter Commune Mutinae, & Dominum Salinguerram de Ponte Ducas, Anno 1213.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Anno a Nativitate ejusdem MCCXIII. Indictione Prima, die Jovis V. intrante Decembri, Domino Imperatore Ottone regnante: in Civitate Ferrariae, in Palatio Episcopali, in praesentia Domini Aldeurandini Marchionis de Este, Domini Jacobi de Fontana, Jacobini de Trota, Gundulfini de Castronoro. Conradi de Munario, Girardi de Boschetto, Allocati de Ferraria, Guillielmini de Contrario, Guillermo Pedocha, Hengerani de Cazaguerra, Guidonis de Marchixino Maynardi, Domini Guillielmi Rangoni, Alberti de Sigizo, Nicolai de Adelardis, Domini Lonardi Rolandini de Bretono, Uberti de Fredo, Ricberii de Bocadeluso, Domini Siletti, Girardi de Careto, & aliorum plurim, juraverunt Dominus Salinguerra, & ejus Nepos Albertinus, obedire & observare in omnibus omnia praecepta Domini Bernardi de Rolando Russo Potestatis Mutinae, & Communis Mutinae; & quod nesciebant, quae vel qualia praecepta deberent sibi fieri. Item promiserunt eidem Domino Bernardo Potestati & Communi Mutinae, & dederunt & cesserunt de Castro & pertinentia Pontis de Duce & distridu & jurisdictione ejusdem, secundum quod alii Ferrarienses de parte Marchionis

B Estensis, & ipse Dominus Marchio dederant & pronferant. Et in omnibus & per omnia observare juraverunt in perpetuum, secundum quod est scriptum in Charta facta per manum Tederici Notarii, quod Rigacius dicitur, inter Commune Mutinae & Ferrariae de parte Marchionis: & observare illud totum, quod in eodem Instrumento de veteri pacto & concordia inter Ferrariam & Mutinam continetur, sicut est scriptum in Instrumento scripto per manum Berardi Notarii. Et omnia, quae in praedictis passionibus & instrumentis sunt, in perpetuum observare. Instrumenti scripti per manum Tederici, qui Rigacius dicitur, forma talis est: Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Anno a Nativitate Domini MCCXII. Indictione XV. &c. (a) Et ita in omnibus & per omnia, ut dictum est, promiserunt, dederunt, & concesserunt Dominus Salinguerra, & Dominus Albertinus ejus Nepos, Domino Bernardo Rolandi Rossi Potestati Mutinae pro Communi Mutinae recipienti & stipulanti, & sic observare & ratum habere, & tenere in totum super libro, in quo erat Charta praeonomina ta, ad sancta Dei Euangelia juraverunt.

Ego Petrus de Oliveto, quondam Imperatoris Henrici & tunc Communis Mu-

(a) ut supra legitur in Charta Anni MCCXII. col. 201. &c.

Mutinæ & Potestatis Notarius inter-
fui. & rogatus scripsi & subscripti.

Ex his habes, Salinguerram, eju-
sque factionem Gibellinam repetuisse
Ferriam, atque a Marchione, &
illius factione Guelpha, locum illi-
fuisse factum in regimine Urbis. I-

A demque ordo Anno etiam MCCXVI.
ibidem observabatur: praerat enim
Guelphis Azo VII. Marchio, fatis fun-
cto Aldebrandino fratre Anno MCG-
XV. praecedenti. Cujus rei testes ha-
beo tabulas ex Archivo Principum E-
stensium deponitas.

Pacta concordiae inter Ferrarienses & Mantuanos. Anno 1216.

Santi Spiritus adsit nobis gratia. Anno a Nativitate Domini Millesimo Ducentesimo Decimo Sexto, In dictione Quarta, Ferrariae, in domo quondam Zilioli de Guizardo, temporibus Innocentii Papae, & Friderici Romanorum Regis, die IV. exente Mayo, presentia Domini Peregrini Judicis, Aliotti, & Farzarii, ad hec testium rogatorum. Domini Susinellus Zacharias, Jacobinus de Trotta, & Jacobinus de Vedula, pro facto conten-
tionis, que est inter Ferrarienses & Mantuanos, unum Breve in concordia dederunt Domino Rodulfo Guidonis Bur-
gognoni Comitis Potestatis Ferrariae, in quo continebatur: In nomine Do-
mini nostri Jesu Christi. Concordia
talis est, quod Mantuani jurabunt Commune Ferrariae manutenere in communitatem & pacem. Et si di-
scordia, sive guerra erit inter partem Salinguerre & partem Marchionis, ju-
rabunt, ipsam discordiam & guerram citius quam poterunt, redire ad con-
cordiam & pacem, & Commune Fer-
rarie manutenere facta concordiam & pace in communitatem & pacem.

Et ego Talericus prenomine Rigas-
tius, sacri Palatii Notarius, preens
eram, quando praedicti Domini hoc Bre-
ve dederunt Domino Rodulfo, & ut in
eo scriptum inveni, sic manu propria
in publica forma reducens scripsi & fir-
mavi.

B En ut Ferraria simul aleret par-
tem Salinguerre, & partem Marchio-
nis. Variae postea bellorum vices suc-
cessere, & Salinguerra viribus Fride-
rici II. Augusti, & Eccelini de Ro-
mano, Marchionem deturbavit. Tum
Ferrariæ ab ipso Azone VII. Marchio-
ne, & Principibus foederatis, eidem
Salinguerre recepta Anno MCCXL.
ipso quoque Venetas in captivitatem
adducto, aditus est factis ad pacifi-
cam dominationem Marchionum E-
stensium, quos deinde concordibus a-
nimis Ferrarienses in Dominos suos
elegerunt, & constantissime caros ha-
buerunt, accidente etiam Apostoli-
cae Sedis confirmatione. Et quam-
vis rerum facies immutata demum
fuerit, eorum tamen jura in Urbem
illam illaesca, & nunquam oblita
ta persistent. Anno quoque MCC-
LXXXVIII. quum diu Mutinensis Ci-
vitas diris factionibus, perpetuisque
civilibus bellis laceraretur, Obizonem
Marchionem Estensem, tot calamitati-
bus finem facturum, amavit habere
Dominum; ejusque exemplum imita-
ti subinde Regienses fuerunt. Nunc
ego erumpat aliquis, audeatque Ty-
rannorum nomine Estenses Marchio-
nes compellare. Is certe iniqui ful-
tique Judicis titulum minime effu-
giet. Si ab Homero in Iliad. II. πο-
λυκοιπαριν, sive multorum imperium

bonum

bonum minime censetur, & Monarchicum regimen praesertim: quanto enixius optanda atque eligenda erit Monarchia in Urbibus, quae pestiferis factionibus atque scissuris laborant, & lacerantur? Quod autem Civitatibus istis placuit, subinde & aliae Civitates Italiae, illustri hoc exemplo usae, sensim fecere. Vix ultra erat, quam non intestina discordia convelleret, aut Populo cum Nobilibus, aut Guelphis cum Gibellinis certantibus. Mecum Mediolanum addi. Gravissimo schismate divexabatur nobilissima Civitas Seculo Christi Tertiodecimo, quum hinc Plebs, inde Milites hoc est Nobiles, potiorum regiminis partem affectarent. Plebs prima Anno MCCXL. suum sibi caput delegit Paganum, tum Martinum, aliasque sobolis Turrianae Proceres. Nobiles vero deinde Ottонem Vicecomitem, ac Matthaeum illius nepotem. Variò fortunā, diuque decertatum est inter utramque Familiam, ac tandem dejectis Turrianis, Matthaeus magnus sibi suisque posteris dominationem Urbis, consentientibus etiam Augustis, comparavit: quod felicitati Mediolanensem nemo neget, quin tribuendum sit, quando & eorum Civitati tanta amplitudo ac ornamenta deinde sunt addita, atque illius ditioni numerosa adeo aliarum Urbium facta est accessio, ut inde potentissimus & insignis Ducatus fuerit constitutus. Facinus profecto foret, amplissimam Vicecomitum Familiam in album Tyrannorum referre. Idemque de Scaligeris dicendum. Extincto saevissimo Eccelino de Romano, inter Guelphos & Gibellinos Veronae obortum est ingens certamen, utra pars in regimine Urbis primas obtineret. Itaque Anno MCCLXII. teste Parisio de Cereta in Chronico

A Veronensi Tome VIII. Rer. Italicar. Mastinus I. de la Scala, quem nonnulli infimo loco natum tradunt, immo Patavini, teste Muffato Lib. X. Rubric. 2. ex sordido Olei venditorum genere editum diserte dictitabant, fas fuit & creatus Capitaneus totius Populi Civitatis Veronae de communè voluntate & consilio Populi Civitatis ejusdem. Successere deinde Albertus, Bartholomaeus, Alboinus, Garis Grandis, aliquique Scaligeri, quorum, ut vides, legitimus ad dominandum ingressus deinde peperit Veronensi Civitati egregia emolumenta, ubera videlicet gloriam atque potentiam, nisi quod postremi in ea dominazione a priorum virtutibus degeneres sinistram sui nominis famam post se reliquere. Fateri certe cogimur, turpia videri gentis de Gonzaga exordia in imperio Mantuae, quum nemo nesciat. partam Anno MCCCXXVIII. eis dominationem ex caede Raynaldi cognomento Passarini, qui Urbi pro Imperatore Vicarius praeerat. Attamen Passarinus malis artibus & ipse imperium illud quaeasierat, & gravis fortasse Populo evaserat. Utcumque sit, ea fuit deinde probitas, fortitudo, placidumque regimen Familiae istius. ut obsequium & amorem totius Populi sibi conciliarit, dignaque fuerit, quam Caesares amplissimis honoribus condecorarint, & omnium Historicorum chorus cum laude de ipsa loquatur.

Carrarienses quoque ad imperium Patavinæ Urbis deduxit Anno MCCCXVIII. Populi discordia, qui tam ad eum eligendum concors effectus est, difficillimis nempe illius Reipublicae temporibus, quibus sanius consilium visum est, uni deferre divisam in multos potestatem. Et ea quidem Familia fortibus postea vires

ris abundavit, donec majoris potentiae pondere oppressa jacuit. Perpendant alii, quid pronuntiandum sit de *Malateftis* olim dominatis Arimini; *Alodoxiis* Fori Cornelii, sive Imolae, *Traverjariis* ac *Potentanis* Ravennae; *Mansfredis* Faventiae; *Ordelaffis* Fori Livii; *Pepulis* ac *Bentivolis* Bononiae; *Comitibus* de Monte Feretro Urbini; *Varanis* Camerini; *Trincis* Fulginii; *Rubeis*, & *Corrigiensibus* Parmae; *Sco-tis* Placentiae; *Tarlati* Arretii; *Cassaliis* Cortonae; *De Becharia* Ticini. Reliquas Urbes praetereo: vix enim ullam ex liberis ostendas (Venetias semper excipio) quae aliquando aut sponte, aut invita Dominum non acceperit, sive Tyrannum. Illud mihi in praesentia dicendum, quando tot intestinis discordiis & studiis partium discerpebantur Italicae Civitates, tum Cives patriae amatores, tum Episcopos, Sacerdotes, aliasque Religiosos viros nulli pepercisse diligentiae, ut amorem & concordiam inter suum Populum conciliarent ac restituerent. Verum hodie pax, cras bellum succedebat; nullaque utilis stabilis ratio erat adeo exulceratos furentesque animos componendi atque pacandi. Expeditionem ergo viam eventus ostendit ad compescendos tam enormes motus, temperata aut immutata Reipublicae forma, transferre jura imperii in unum, qui veluti Rector & Pater omnium foret, & ad observandam pacem quoicumque sua auctoritate adigeret. Quare hisce Principibus & Dynastis Tyrannidis notam inurere, nemini in mente veniat, cui vel leviter perspecta sint aqua Jurisprudentiae, & Po-

A litices dogmata. Neque tamen omnes isti Principes uno sunt modulo metiendi. Non enim singulis par potestas antiquitus fuit a Populis contributa. Fuerunt Urbes, in quibus vel sub Principe vigebat Reipublicae, sive *Communis* aut *Communitatis* ordo atque auctoritas, ita ut Princeps tanquam caput Senatus, Populi que haberetur. Aut imperator militiae, atque administrator belli & pacis, ardua Reipublicae negotia expediebat, ita tamen ut in gravioribus rebus Respublica simul suum consensum & nomen daret: neque enim in hosce Regulos transfusa sunt illico cuncta Majestatis jura, neque abolita est Reipublicae forma atque potestas. Proinde videoas Vicecomites, Scaligeros, aliasque hujusmodi, quum primù ad potentatum electi sunt, non alio titulo usos, quam *Capitanei*. Quod si quidam etiam Domini perpetui Generales appellati sunt, non tamen id excludebat Reipublicae regimen, quemadmodum & apud Britannos, Polonus, Suecos, Venetos &c. Regum & Ducum electio, aut successio minime obstat, quin vigeat adhuc Reipublicae constitutio, quamquam minor heic, major illic sit eidem Reipublicae servata auctoritas. Accipe nunc, quid Anno MCCLXIV. decreverit Ferrarensis Populus in eligendo Obizone Marchione Estensi. Exstat ejusmodi decretum in vetustissimo membranaceo Codice Legum municipalium Civitatis Ferrariae, quem Estensis Bibliotheca custodit; eique subjiciuntur alia Statuta, potestatem Marchioni conlatam satis experimentia.

Decreta Populi Ferrariensis in eligendo Obizone Marchione Estensi &
Anconitano in Gubernatorem & Rectorem, & perpetuum Do-
minum Civitatis Ferrariae & districtus, Anno 1264.

„ **A**D honorem Dei & sanctae &
„ indviduae Trinitatis, & lau-
„ dem ejus Matris Virginis Mariae,
„ & reverentiam beati Georgii Mar-
„ tyris, & omnium Sanctorum, &
„ ad bonum statum Civitatis, & ad
„ laudem & commodum omnium a-
„ micorum, ut Civitati eidem salu-
„ briter sit provisum non solùm in
„ praesenti tempore, sed etiam in
„ futuro: nos Petrus Comes de Car-
„ rara Potestas Ferrariae in plena
„ concione omnium & singulorum
„ Civitatis Ferrariae, in Platea ip-
„ sius Civitatis, campanarum sono
„ more solito congregatorum ibidem,
„ voluntate, consensu, & mandato
„ totius Civitatis Ferrariensis, & om-
„ nium & singulorum de Ferraria in
„ ipsa concione existentium, & to-
„ tius Communis Ferrariae, & om-
„ nes & singuli de dicta concione
„ pro Communi Ferrariae una nobis
„ scimus, statuimus, & volumus, &
„ duximus inviolabiliter observan-
„ dum, & per hanc nostram Legem
„ municipalem per nos, & heredes
„ & descendentes & successores no-
„ stros perpetuo decernimus observa-
„ ri: quod *Magnificus Vir, & in-*
„ *clytus Dominus Obizo, Neps & be-*
„ *res olim bonae memoriae Magnifici*
„ *Viri Domini Azovis, Dei & Apo-*
„ *stolicā gratiā Esteris & Anconitanus*
„ *Marchio, sit Gubernator & Rector,*
„ *& generalis & perpetuus Dominus*
„ *Civitatis Ferrariae & districtus, in*
„ *omnibus negotiis providendis & e-*
„ *mendandis & reformatis ipsius Ci-*
„ *vitatis & districtus, ad suae arbit-*

„ **A** „ trium voluntatis. Et jurisdictione
„ nem, potestatem, atque imperium
„ intus & extra ipsius Civitatis ge-
„ rat, & habeat dominium reddendi,
„ faciendi, & praecipiendi, provi-
„ dendii, & disponendi, prout eidem
„ placuerit, & eidem utile visum fue-
„ rit. Et generaliter possit & valeat,
„ sicut perpetuus Dominus Civitatis
„ Ferrariae & districtus, omnia &
„ singula facere & disponere ad suum
„ beneplacitum & mancatum, ita
„ quidem quod ipsa Civitas & di-
„ strictus & homines habitantes nunc
„ & in posterum in ipsa Civitate Fer-
„ rariae & districtu cum plena juri-
„ satione dominii eidem Domino
„ Obizoni, Dei gratiā Estensi & An-
„ conitano Marchioni, sicut suo ge-
„ nerali Domino & perpetuo obe-
„ diant & intendant. Quae omnia
„ & singula supradicta locum habe-
„ re volumus & perpetuam firmita-
„ tem non solùm in persona praefac-
„ ti Domini Obizonis Estensis & An-
„ conitani Marchionis, donec vixe-
„ rit, verùm etiam post ejus dece-
„ sum heredem ipsius volumus in lo-
„ cum suum Gubernatorem, & Re-
„ ctorem, & generalem Dominum
„ Civitatis Ferrariae & districtus:
„ & habeat dominium & imperium
„ & potestatem & jurisdictionem ple-
„ nam, sicut supra continetur, in
„ omnibus & per omnia in persona
„ Domini Obizonis. Adjicientes, quod
„ de anno in annum hoc Statutum
„ firmetur, & cetera supradicta, &
„ scribatur annuatim in corpore Sta-
„ tuti, ita quod Rectores & Pote-
„ tes

221 DISSERTATIO QUINQUAGESIMAQUARTA. 222

» Stas & Homines Ferrariae & di-
» strictus jureat, praedicta omnia
» praeceps, sicut superius seriatim le-
» gitur, observare. Et Potestates,
» qui per tempora fuerint, haec Sta-
» tuta, & cetera supradicta, tenean-
» tur firmare, & scribi facere in Vo-
» lumine Statutorum Communis Fer-
» rariae. Quod si neglexerint, poe-
» na quingentarum Librarum Ferra-
» riensium quilibet feriatur, & ni-
» hilominus habeantur quaquamque
» dicta sunt pro Statutis Civitatis &
» Communis Ferrariae, & tamquam
» Statuta debeant observari.

» Et si qui ullo tempore attesta-
» rent corrumpere vel mutare seu
» infringere praedicta vel aliquod
» praedictorum, sicut violatores ip-
» sius Civitatis Ferrariensis ipso ju-
» re perpetuo sint in banno, & om-
» nia sua bona Communi Ferrariae
» applicentur, & in Civitate Ferra-
» riensi vel districtu non habitent ne-
» que intrent, sed semper ab hac
» Aula sint exules & dejecti. Et in
» bonis talium solummodo dotes u-
» xoribus conserventur, quas ipsae,
» vel aliqui pro eis monstraverint se
» solvisse. Et si in fortia Commu-
» nis pervenerint quocumque tem-
» pore, ultimo suppicio puniantur.
» Haec enim omnia, & singula su-
» pradicta, ut generaliter superiorius
» continetur, specialiter & immuta-
» biliter & praeceps, perpetuo per
» nos, & heredes & descendentes &
» successores nostros ordinamus & vo-
» lumus observari, nullo alio Statu-
» to, ordinamento, consilio, & a-
» rengo facto & faciendo in aliquo
» obstante huic praefenti Statuto &
» ordinationibus supradictis tam so-
» lemnier & discrete ac ex certa
» scientia praenotatis. Et quod si
» resistere seu contraflare reperi-

A „ tur in praetenti tempore vel futu-
» ro aliquod Statutum factum vel fa-
» ciendum, ex nunc pro cassio ha-
» beatur & inutili. Et per praesens
» Statutum & ea, quae in eo con-
» tinentur, omnibus aliis Statutis &
» ordinamentis, consiliis & arengis
» derogari volumus, & derogamus.
» Insuper continuo in praefata con-
» cione Magister Apollonius Nota-
» rius, Syndicus ab Universitate &
» plena concione, nomine & vice
» Communis Ferrariae, & totius U-
» niversitatis ejusdem legitime ibidem
» constitutus ad supradicta & infra-
» scripta, nomine & vice totius Com-
» munis & Universitatis Ferrarien-
» sis, promisit nobilissimo Viro Do-
» mino Obizoni, Dei & Apostolica
» gratia Estensi & Anconitano Mar-
» chioni, nepoti & heredi Magnifi-
» ci Viri olim bonae memoriae Do-
» mini Azonis Marchionis Estensis,
» solemini stipulatione, pro se & suis
» filiis & heredibus stipulanti, supra-
» dicta omnia & singula in singulis
» capitulis specialiter nominatis, quae
» in Statuto praefato continentur,
» de jurisdictione, dominio & impe-
» rio concessso & concessâ praefato
» Domino Obizoni Marchioni Esten-
» si, a Communi Ferrariae facto eo-
» dem die, firma habere & tenere
» perpetuo pro Communi Ferrariae,
» & non contravenire modo aliquo
» vel ingenio sive causa, aliquo tem-
» pore, sub obligatione suorum bo-
» norum, & Communis Ferrariae,
» & sub poena & in poena tria mil-
» lia Marcharum argenti. Quae qui-
» dem poena toties peti & exigi pos-
» sit cum effectu, quoties in pra-
» dictis vel aliquibus praedictorum
» contrafactum fuerit: & ipsâ poe-
» na solutâ vel non, nihilominus
» omnia & singula, quae in supra-
» dicto

P

„ diēto continentur Statuto, perpe-
 „ tuū firma & irrevocabilia perma-
 „ neant & permanere debeant. Et
 „ ad majorem hujus rei perpetuam
 „ firmitatem, praenominatus Magi-
 „ ster Apollonius Notarius, Syndi-
 „ cus pro Communi Ferrariae con-
 „ stitutus specialiter ad supradicta pro-
 „ mittenda, ut superius continetur
 „ & legitur, de plenaria voluntate
 „ Domini Petri Comitis de Carrara
 „ Ferrariensis Potestatis, & omnium
 „ de Ferraria in ipsa concione exi-
 „ stentium, juraverunt ad sancta Dei
 „ Euangelia in animabus praedicti
 „ Domini Petri Comitis Potestatis
 „ Ferrariae, & omnium de dicta con-
 „ cione, praedicta omnia attendere
 „ & observare, & non contravenire
 „ sub poena superius nominata & si-
 „ pulata & promissa.
 „ Quod quidem Statutum & om-
 „ nia, quae in eo continentur, ut
 „ superius scripta sunt, publicata,
 „ facta, promissa & confirmata sue-
 „ runt in ipsa plena Concione, in
 „ Platea Communis Ferrariae, cur-
 „ rente Millesimo Ducentesimo Se-

A „ xagesimo Quarto, Indictione Septi-
 „ ma, die XIII. cxeunte Februario.
 „ Praesentibus testibus rogatis & vo-
 „ catis, venerabile patre Domino Phi-
 „ lippo Dei gratiā Archiepiscopo Ra-
 „ vennae, Domino Leloysco Comite Ve-
 „ ronae, Domino Jacomino Pizolo
 „ de Bononia, Domino Girardo Gal-
 „ lutio, Domino Bonifacio de Sala,
 „ Domino Tisone de Campo Sancti
 „ Petri, Domino Pappafava de Car-
 „ raria, Domino Jacopino Rangono,
 „ Domino Russino de Zanicallo, Do-
 „ mino Bartholomeo de Palatio,
 „ Domino Aldigerio de Fontana,
 „ Domino Jocolo de Jocolis, Domi-
 „ no Aldrevandino de Turclis, Do-
 „ mino Petrocino de Menabobus, Do-
 „ mino Rafaldo de Est, Petrobono
 „ Notario filio Vitalis Muratoris,
 „ Petrocino Notario de Bergamo,
 „ Paganino Notario filio Guidonis
 „ de Tusco, Domino Nigrobono Ju-
 „ dice de Ferraria, Donatino quon-
 „ dam Marcii, Domino Antonio Cro-
 „ sna Judice de Padua, Domino Xui-
 „ no Judice de Vincentia, & aliis
 „ multis.

De praeceptis observandis ab omnibus Civibus Ferrariae a Domino Marchione factis, & manutenendo & defendendo eum.

„ **J**Uro obedire & observare omnia
 „ & singula praecepta Domini Obi-
 „ zonis Marchionis Eftensis, quotquot
 „ mihi facta fuerint per se vel per
 „ Nuntium, vel scripturam ad suam
 „ voluntatem & intellectum. Et spe-
 „ cialiter manutenere ipsum & de-
 „ fendere in omni suo honore &
 „ statu contra omnem personam &
 „ hominem; & illos homines & fin-
 „ gulos, quos pro amicis habebit,
 „ serviam ad suam voluntatem, &
 „ pro amicis habebo & tenebo; &

D „ eos omnes & singulos toto meo
 „ posse offendam & inimicabo ad
 „ suam voluntatem & intellectum,
 „ qui erunt inimici Domini Mar-
 „ chionis vel sunt, nec cum ipsis
 „ vel cum aliquo alio pro eis, vel
 „ eorum occasione tractatum aliquem
 „ per me vel alium habebo, nec li-
 „ teras vel ambaxatam aliquam reci-
 „ piam ab eis, nec eis mittam. Et
 „ si aliquam ambaxatam aut literam
 „ mihi miserint, nuntium vel lite-
 „ ram, quam mihi miserint, quam-
 „ pri-

225 DISSERTATIO QUINQUAGESIMAQUARTA. 226

„ primum potero, praesentabo, con-
„ signabo, & revelabo Domino Mar-
„ chioni. Et non ero in consilio
„ vel tractatu, quod honor Domini
„ Marchionis vel jura debeant mino-
„ rari, nec alicujus alterius Civis
„ Ferrariae & districtus, qui Domi-
„ no Marchioni obediatur, & sit suae
„ partis, & sit fidelis ipsius. Et si
„ scivero vel credidero firmiter, ali-
„ quem vel aliquam tractare volen-
„ tem aliquod contra Dominum Mar-
„ chionem, vel aliquem amicum
„ ipsius, ipsi Domino Marchioni,
„ vel alteri personae, in cuius prae-
„ judicium fieret, quamcituus decla-
„ rabo. Et ad manutenendum Civi-
„ tatem Ferrariae & districtum, &
„ ipsius Domini Marchionis honores
„ & jurisdictiones, consilium & o-
„ peram bona fide dabo per milites,
„ pedites, balisterios, & navigium ad
„ totam ipsius Domini voluntatem,
„ tam cives quam extraneos. Et ad
„ manutenendum pacem & concor-
„ diam inter cunctas gentes, Domi-
„ no Marchioni suppositas & fideles
„ dabo operam bona fide ad pacem
„ & concordiam faciendam ad vo-
„ luntatem Domini Marchionis. Et
„ pro pace & concordia & bona vo-
„ luntate habenda & tenenda cum
„ omni homine & persona subdita
„ & fidei Domino Marchioni, pa-
„ rentelam, affinitatem, & amici-
„ tiā & securitatem faciam, tene-
„ bo, & observabo ad voluntatem
„ ipsius Domini Marchionis. Et o-
„ bediam & parebo omnibus & sin-
„ gulis praeceptis mihi factis ab il-
„ lis, qui electi erunt in Capita-
„ neos partis pro Domino Marchio-
„ ne. Et omnes creditias a Domi-
„ no Marchione, vel ab ipsis Capi-
„ taneis mihi commissas, celatas ha-
„ bebo & tenebo ad ipsorum volun-

A „ tatem: & quoties ab ipso Domino
„ Marchione, vel ab ipsis Capita-
„ neis vocatus fuero, ibo, & ad id,
„ quod a me petierint, consilium
„ eis bona fide praestabo, ad hono-
„ rem Domini Marchionis & statu-
„ & Civitatis Ferrariae, & destru-
„ tionem inimicorum. Et de novo
„ propinquitatem, parentelam, affi-
„ nitatem, amicitiam, vel societa-
„ tem cum aliquo inimicorum Do-
„ mini Marchionis non contraham
„ nec habebo, nec ei aliquem dabo
„ favorem, consilium, vel auxilium,
„ nec dari faciam nec permittam.
B „ Et si quis est mihi adstrictus sa-
„ cramento vel promissione, vel fi-
„ delitatis securitate, vel alterius
„ cuiuslibet promissionis vel obliga-
„ tionis, ipsum penitus ab omnibus
„ praedictis absolvo & singulis, ita
„ quod praedicta omnia & singula
„ obseruent & attendant in cunctis
„ & per omnia ad voluntatem ipsius
„ Domini Marchionis, & ejus intel-
„ lectum. Et si qua seditio, rumor,
„ vel scandalum, vel vulneratio, vel
„ aliqua offendit acciderit vel adve-
„ nerit in Civitate Ferrariae vel di-
„ strictu ipsius, ad ipsum Dominum
„ Marchionem, vel ad alium ad
„ suam voluntatem attendam, & ei
„ fortiam, & consilium & adjuto-
„ rium bona fide cum armis, &
„ sine armis pro meo posse ad ipsius
„ voluntatem & intellectum dabo in
„ omnibus & per omnia. Et nul-
„ lum hominem de Macinata Domi-
„ ni Marchionis recipiam in Vassal-
„ lum, nec filium vel nepotem Vas-
„ falli ipsius Domini Marchionis re-
„ cipiam in Vassallum, nisi de vo-
„ luntate, & licentia expressa ipsius
„ Domini Marchionis, de qua licen-
„ tia fieri debeat publicum Instru-
„ mentum manu boni & legalis No-
„ tarii.

C

D

E

» tarii. Nec recipiam aliquem in
» Vassallum, nec filium vel nepo-
» tem alicujus, qui sit Vassallus al-
» terius, qui sit subditus & fidelis

A » Domino Marchioni, sine licentia
» & voluntate ipsius Domini Mar-
» chionis, & ejus, cuius Vassallus
» erit, scripta publico Instrumento,

Quod Potes̄tas, & sua familia teneatur observare & observari facere omnia Statuta, data vel facta per Dominum Marchionem.

Item statuimus, quod Potes̄tas, &
Milites, & singuli de familia, te-
neantur praecise observare & observari
facere pro efficaci Statuta Communis
Ferrariae, ac si in Volumine Statuto-
rum Communis Ferrariae esset scriptum
& expresse juratum per Potes̄tatem &
suam familiam, omnia & singula ordi-
namenta seu Statuta, quae eidem Po-
tes̄tati vel alicui de sua familia data

B e tent vel oblatā vel missa per ipsum
Dominum Obizonem Marchionem
Estensem per publicum Instrumentum,
vel per suas literas, vel alio quocun-
que modo. Et si Potes̄tas hoc neglexerit
observare, perdat pro qualibet vice
de suo salario Centum Libras Ferrar-
iensium veterum. Nibilominus quod
factum fuerit contra, ipso jure sit cas-
sum, irritum, & inane.

*Quod Potes̄tas & sui Judices teneantur observare additiones factas
Statutis per Dominum Marchionem; & quod a Statutis
cassatis per ipsum sit absolutus.*

Item quod Dominus Potes̄tas & sui
Judices & Milites, & omnes &
singuli de sua familia, teneantur habe-
re pro cassis & irritis omnia & singu-
la capitula & ordinamenta, quae sunt,
vel erunt in Volumine Statutorum Com-
munis, quae idem Dominus Marchio
ordinaverit vel statuerit, quod debeant
esse cassa, & eidem Potes̄tati vel ali-
cui de sua familia denuntiaverit, vel
denuntiari fecerit, quod debeant esse
cassa. Et quod dictus Potes̄tas & omnes
& singuli de sua familia teneantur
observare, & observari facere additio-
nem vel additiones factam vel factas
alicui Statuto, vel Volumini Statuto-
rum per ipsum Dominum Marchionem.
Adminutis verò, sive cassatis in toto
vel in parte per Dominum Marchionem
se neverit absolutus.

C Reliqua omitt̄. Continud autem
in eodem Codice subsequuntur Sta-
tuta facta per Nobilem Virum Doni-
num Obizonem Marchionem Estensem,
cum hac praefatione: Ad honorem
Dei, & Beatae Mariae Virginis, Bea-
ti Georgii, & omium Sanctorum: ad
exaltationem Sanctae Romanae Eccle-
siae, & excelsi Domini Caroli Regis
Sicilice, quorum devotum & fidelem
se clamat Dominus Marchio, & ad
bonum & securum statum Domini Mar-
chionis, & Communis Ferrariae, Vir
Nobilis Dominus Obizo, Dei & Apo-
stolicā gratiā Estensis & Anconae Mar-
chio, perpetuus Dominus Civitatis Fer-
rariae, autoritate sui dominii, &
voluntate omnium & singulorum exi-
stentium in plena concione Civitatis
Ferrariae, ad sonum campanae in Pla-
teas ejusdem Civitatis Ferrariae, more
solito

folito congregatâ, infra scripta Statuta A
 & banna fecit in Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Nono, XII. die Veneris, penultimo mensis Novembris &c. En ut amplissimi tituli, amplissima potestas in Marchionem Estensem a Ferrarensi Populo manarunt; ac paria subinde praestitere Mutinenses, atque Regienes. Sed earum Urbium Communia eti plurimum auctoritatis in Principem transtulerint, minime tamen sibi totam ademere, uti subsequentia eorum acta produnt, in quibus tam Principis, quam Communis nomen interponitur. Ita multos olim, vel ipsis Homericis temporibus, Reges Graecia habuit, quorum potestas circumscripta erat terminis quibusdam. Imperabant Reges five Reguli Populo; Leges vero imperabant Regibus ipsis; ac potestatis partem Populo Ordo retinebat: quod & de primis Romanorum Imperatoribus factum legimus. At procedente tempore in Principes sensim coaluit tota sere Italorum Principatum ratio. I: primo Vicarii Imperiales ab Augustis constituti: idque in Principibus Estensibus, Vicecomitibus, Scaligeris, Carrariensis, Gonzagis &c. factum novimus. Deinde Marchionum, aut Ducum titulo insigniti. Pares titulos alii Principes in Terris Ecclesiae a Romanis Pontificibus sunt consequuti. Et quamquam Communitatis appellatio & congregatio in compluribus adhuc Civitatibus perduret, siue sub aliis nominibus Nobilium coetus Civitatis aut Populi universitatem referat, nihilo tamen secius in plerisque conficta est eorum potestas ad electionem tantummodo quamdam Magistratum, ad Urbis annonam & ornatum, ad curandos Pontes, Vias, & fluminum aggeres, redditusque Communis ministrandos,

B dimissas Principi Regalibus ferme quibuscumque. Saeculo etiam XIII. sub Lodovico VII. Francorum Rege, uti animadverterunt Eruditi Galli, ac praecipue Du-Cangius in Glossario Latino ad vocem *Communia*, in valuerunt *Communitates*, five *Communiae* in Regno Galliae, non dissimile ab iis, quas Italicis in Urbibus nunc cernimus: sed inter Italicas & Gallicas in origine ingens discrimen intercessit. Quippe apud nos idem fuit *Commune*, atque *Respublica*, five *Civitas libera*, suis legibus, suisque Magistratibus utens, & uni Imperatori, aut Romano Pontifici subiecta; quarum Communitatum Regalia in Principem aliquem deinde fuere translata. Gallicae vero *Communiae* a Regibus aut Principibus institutae fuerunt, & Privilegiis quidem ornatae; sed nunquam autocratiâ & jure Principatus donatae. Ceterum nequam negandum, quin ante aëris Seculis Tyrannos etiam, detestandum hominum genus, & quidem non paucos, Italia pepererit. Decernere tamen, in quos revera, justoque titulo conjicienda sit ejusmodi infamia, non facile negotium fuerit. Id singulae tantummodo Urbes fortasse dignoscere queant, spectata rerum suarum Historiâ, ac bene perennis temporum turbidorum motibus variis, Populorumque voluntatibus, aut infortuniis. Fuerunt enim, qui per vim liberis Civitatibus jugum servitutis imposuerunt, ac tyrannice propterea dominationem invasere. Sed quum postea aequitatem in regendis Populis ducem habuerint, & in procuranda subiecti Populi quiete, gloria & incremento studium perenne posuerint, boni ac legitimi Domini evasere, ac praecipue ubi supremi Principis calculo & investiturâ probata.

bata est eorum ditio. Quid de Julio Caesare, quid de Augusto, Romanorum Imperatoribus disputetur, satis norunt Eruditi. Belli quoque jura attendenda sunt in ejusmodi concentrationibus; neque enim tyrannicae impotentiae statim *Florentinos* arcessas, quod Pisanum Populum libertate spoliarint, aut *Vicecomites*, quod *Ticinum*, aliasque Urbes suo imperio addiderint, ut alia omittam omnium temporum consimilia exempla. Alii vero dominationem Civitatis alicujus inierunt laudabili viâ, & praevio Populorum consensu: sed sensim in tyrannidem se abripi passi sunt, sui tantum amore obcaecati, & nimiâ regnandi cupiditate abrepti.

Gualtherium Athenarum Duce Anno MCCCXLII. sponte sibi Domini statuerunt *Florentini*; at ille potestate acceptâ brevi abusus, ed progressus est, ut seditione Populi in se concitatâ vix postrema fata evadens, beneficii loco acceperit, solum vertere posse. Neque ex istorum albo eximendus videtur *Bernabos Vicecomes*, quem saevissimi mores invisum Populo Mediolanensi effecere, ac propterea a nepote dejectum nemmo probus doluit. Paria passus est a *Forliviensibus Cethus de Ordellis*. Denique numerati sunt, qui violentis ac improbis artibus Principatum primo conquisiere, tum in pejora lapsi miseros Cives crudelissime habuerunt, atque omnium ore Tyranni sunt appellati: quales certe nemo non appellat *Excellinum de Romano*, *Patavii Tyrannum*, *Benedictum Monaldescum* in Urbevetana Civitate, *Jacobum de Appiano Pisum*, *Gabrinum Fondulum Cremonae*, *Ottonem de Tertiis Parmae*, *Johannem de Olegio Bononiae*, *Boccalinum Guzzonum Auxi-
mi*. Reliquos Historia suppeditabit.

A Nam quod nonnulli ex Principibus securi interdum & carceribus usi sint, aut tributis gravibus Populum fatigant, nec ob eam quidem caussam inferendum continuo est eis Tyrannidis probrum. Faciunt hoc & legiti Reges, & considerandae sunt bellorum necessitates, tutela Urbis ac imperii, & difficillima praeferunt tempora, quibus licere possunt, quae in summa quiete ac pace Reipublicae, minime licerent. Neque quies gentium sine armis; neque arma sine stipendiis; neque stipendia sine tributis haberri queunt: ajebat Tacitus Lib. IV. Histor. Cap. 74. Violenti sane morbi tunc Italianam, & singulas paene Urbes lacerabant: quid ergo fortia medicamenta ac insueta remedia culpemus; si haec ipsa plerumque exposcebat aegrorum salus & cura? Quod tantummodo execratione etiam nostrâ dignum est, inquietis turbulentisque temporibus illis non raro visi sunt inter Principes, qui incensi detestandâ cupiditate regni sanguine cognato suas foedarunt manus: quae exempla crudelitatis & ambitionis dedere Scaligeri, Carrarienses, Gonzagae, Polentani, Malatestae, aliquique aevi illius. Ad haec tunc venena multo in usu fuisse creduntur, ita ut Petrum Paulum Vergerium scribentem viderim, paucos Principum suis temporibus e vivis excessisse sine suspicione propinati veneni. Et profecto exempla detestandi facinoris non desunt; neque iis anteriores, aut posteriores Secula caruerre. Ut cetera omittam, neminem fugit, invaluisse rumorem, ineunte Seculo XIV. Henricum VII. Augustum in Senensi agro e vivis sublatum fuisse veneno, ei in ipsa Eucharistia praebito. Fama quoque percrebuit, inaclytum & sanctissimum virum

virum Thomam Aquinatem hac ipsa ratione immaturā morte praereptum. Do Joannis Villanii verba Lib 9 Cap. 217. Historiar. (cui praeiverat non solum Ricordanus Malaspina, sed etiam Dantes, Purgator. Cant. 20.) Si dice, che per un Fisiiano del detto Re, per veleno li misse in confessi, il see morire, credendone piacere al Re Carlo, però ch'era del lignaggio de' Signori d'Aquino &c. Vide Excerpta in Commentariis Benvenuti Imolensis in hoc Opere edita. Fides quoque in foederibus, pacis, & promissionibus non raro iis Saeculis desiderata est: quo postremo tamen morbo ne nostra quidem tempora immunia pessunt appellari. At que ista ego commemorans antiquissimae ac nobilissimae Estensium Principum Familiae praerogativam neutiquam obliisci pessum, aut debeo. Neque enim ii unquam crudelē dominandi methodum tenuere, immo mitibus studiis ita Populorum amorem sibi compararunt, ut nuaquam illi ab Estensibus volentes defecerint, neque eos tyrannidis insimularint, sed potius in iis tuendis fortunas ac vitam saepe exposuerint. Nam quod Anno MCCCVI. e dominatione Mutinæ & Regii exciderit Azzo VIII. non ejus crudelitas in causa fuit, sed Bononiensem, Parmensem, & Ghiberti Corrigiensis artibus ac potentiae tribuendum est. Tyrannorum autem genus ac rabiem majores nostri non novere tantummodo post Seculum a Christo nato Duodecimum. Vel ante ea tempora ejusmodi monstra tellus Italica ediderat. Nam ubi sublatus est e vivis Anno DCCC-LXXXVIII. Carolus Crassus postremus Augustorum Carolinae stirpis, tunc Italia scissa in diversa studia, variis, atque interdum geminis Re-

A gibus subiecta, in feritatem quamdam ac barbariem majorem quam antea prolabi coepit. Tunc disruptæ compages publicæ tranquillitatis, tunc legum nulla veneratio apud potentes. Fortunas Cleri, quicumque viribus praevalebat, eripere religioni sibi minime ducebat: neque infirmiores Laici immunes ab ista calamitate abibant. Antea investi fuerant Vassi Castellis etiam dominantes: augeri enormiter eorum numerus coepit, quum in illa rerum perturbatione quisque suis emolumentis studeret, & Reges multa largirentur, ut sibi fideles compararent. A jurisdictione Comitum Urbanorum exempti hi Vassi, Comitum etiam ruralium nomen adepti, potentiam amplificare in dies pergebant, muniebantque Castella sua; novasque res, ubi prima occasio se praebebat, moliri non desinebant. Qin ex tot, ut ita dicam, Regis complures probitate suâ commendandi forent, nulla est mihi dubitatio: sed certe non derant, qui tyrannidem pro viribus exercerent, praecipue contra Ecclesiás. In Tabulario Capituli Canoniconum Mutinensis adservatur *Sacramentarium Sancti Gregorii*, Seculo Nono aut Decimo exaratum majusculis characteribus. Additae sunt in margine res quaedam gestae Seculo Undecimo; quod antiquitatem Codicis prodit. Subjungitur *Missa contra Tyrannos*, eodem, ut videtur, Seculo Decimo conscripta, quae uti non spernendum antiquitatis fragmentum heic est evulganda.

E

*Missa contra Tyrannos, circiter
Annum 950.*

„ **E**xaudi, Domine, quae sumus,
„ Ecclesiam tuam, non solum
„ Pa-

, Paganorum percussionibus adtritam,
, sed etiam malorum Christianorum
, pravitatis miserabiliter afflitem,
, & concede propicius, ut qui ter-
, renae recusant subdi Potestati, dex-
, tera tuae Majestatis cicias dejiciantur
, inviti. Per Dominum &c.

, „ *Alia.* Deus pater orfanorum,
, iudexque viduarum, lacrymis Ec-
, clesiae tuae miseratus intende, il-
, lamque tua misericorditer eripiat
, majestas, quam nulla terrena de-
, fendit potestas. Per Dominum &c.

, „ *Secreta.* Suscipe, Domine, pre-
, ces Ecclesiae tuae cum oblationi-
, bus hostiarum, & in protectione
, fidelium Populorum antiqua bra-
, chii tui operare miracula, ut su-
, peratis pacis inimicis secura tibi
, serviat Christiana libertas. Per Do-
, minum &c.

, „ *Praefatio.* Omnipotens aeternae
, Deus, respice propicius in faciem
, Ecclesiae tuae, quae de suorum
, gemit contritione membrorum.
, Easset namque tolerabilius, si gen-
, tili gladio ferienda traderetur,
, quam Christianorum destrueretur
, incursione malorum. Ne pravis,
, Domine, poena cumuletur aeter-
, na, nobisque eorum sit infestatio-
, nibus onerosa, diutius illorum non
, sine praevalere severitatem. Per
, Christum &c.

A „ Deus, qui Ecclesiam tuam inef-
,, fabili pretio redemptam semper mi-
,, rificis sacramentis reficis, concede
,, propicius, ut quae de malorum
,, percussionibus gemit exterius, tuis
,, jugiter consolationibus reparetur in-
,, terius. Per Dominum &c.

B „ *Alia.* Reprime, quaesumus, omni-
,, potens Deus, jura *Tyrannorum*, &
,, tibimet adversantium, ut discant
,, te fore protestorem Ecclesiae tuae
,, precioso sanguine redemptae. Per
,, Dominum &c.

C „ Neque mirere Missam contra Ty-
rannos institutam fuisse. Ita in anti-
quissimo Codice Sacramentorum Ro-
manae Ecclesiae, quem publici juris
fecit piae ac immortalis memoriae
Joseph Maria Thomasius sanctae Ro-
manae Ecclesiae Cardinalis *Missa* ha-
betur contra *Judices male agentes*: &
Missa contra obloquentes. Per plura
deinde Secula ejusmodi Tyrannulo-
rum semen perduravit. Neque in Hi-
storia tantum Italica, sed & in alia-
rum gentium, vestigia habemus ejus-
modi praepotentium ac improborum
hominum: eaque etiam occurunt in
publicis tabulis illius aevi. Geminus
ego duntaxat proferam, e quibus
primam descripsi e *Chartophylacio*
nuper laudati Capituli *Canonicorum*
Mutinensis.

Alfredus, Petrus, & alii de Saviniano coram Comitissa Matilda conce-
dunt Dodoai Episcopo Mutinensi omnia sua jura contra Ardi-
zonem de Bagno pro damnis sibi illatis, Anno 1107.

„ **A** Nno ab Incarnatione Domini
„ Millesimo Centesimo Septi-
„ mo, de mense Septembri, Indi-
„ cione Prima. Cum adesset *Domina*
„ *Matilda*, Dei gratia *Ducatrix* &
„ *Comitissa* in loco Bajoaria, ibique

E „ cum ea Bonu Judice de Nonanto-
„ la, aliis verò bonis hominibus,
„ scilicet Reginarius, filius Bulga-
„ relli, & Albricus, & Tebertus de
„ Nonantola, & Azone de Sala,
„ Lanfrancus, & Iginulfus de Gan-
„ dace.

„ daceto, & Grimaldus, & Arnule
 „ de Feroniano, Rotechildus Avvo-
 „ catus, & Tetelmus, & Ragnifre-
 „ dus de Balugula, atque Magnifre-
 „ dus Cantellus, & aliis quampluri-
 „ bus. In eorum presentia Alfredus,
 „ & Petrus germanis filii quondam
 „ Alberti de loco Savegnano, & Al-
 „ fredus, & Rolandus germanis filii
 „ Guidonis, & Teccolus nepotem eo-
 „ rum, & Alfredus de Merlo, pro-
 „ eis & eorum consortibus, dede-
 „ runt, & concederunt Dodoni Mu-
 „ tinensi Episcopo, suisque Successori-
 „ bus, a parte Ecclesie Sancti Ge-
 „ miniani, omnes actiones & queri-
 „ monias, & omne jus petendi, quod
 „ habebant adversus Ardizonem de
 „ Bagno, de omnibus illis rebus mo-
 „ bilibus, quas violenter & injuste
 „ eis abstulerat; ut prenominatus E-
 „ pisopus, & sui Successores, ha-
 „ beat jus petendi suo nomine, sicut
 „ si ipsi petere debuissent. Insuper
 „ etiam promiserunt atque obligave-
 „ runt se, suosque heredes omni tem-
 „ pore auctores esse, ita ut si opor-
 „ tuerit jurant, quod tantas res eis
 „ abstulerit. Et si ita non observa-
 „ verint, tunc obligaverunt compo-
 „ nere se suosque heredes nomine
 „ pene Libras quadraginta denario-

A „ rum Lucenium iuprascripto De-
 „ doni Episcopo, siveque Successori-
 „ bus a parte predictae Ecclesie. Res
 „ autem ita se habebat, quod supra-
 „ scriptus Hardezion depredaverat
 „ jam dictos homines de Savegnano:
 „ unde sepissime apud Domnam Co-
 „ mitissam Matildam conquesti erant.
 „ Tandem post multas querimonias
B „ venit Ardezion in presentia Domne
 „ Comitissae Matildis, & dedit gua-
 „ dimonium emendare ea, que ab-
 „ stulit, rogavitque prenominatum
 „ Dodonem Episcopum, ut ejus fi-
 „ dejussor existeret. Fidejussore ita-
 „ que Episcopo constituto, predictus
 „ Ardezion nullo modo solvere stu-
 „ duit, sed studio & vi jam dicte
C „ Domne Comitis Matilde coactus
 „ Episcopus solvit, quam ob rem
 „ predicti homines de Savegnano su-
 „ prascripto modo suas ei querimo-
 „ nias dederunt.

„ Actum in Bajoaria feliciter.

„ Ego Dominicus sacri Palacii
 „ Notarius scripsi, & subscribendo
 „ complevi.

D „ Alteram Chartam refero acceptam
 ab Huberto Ben vogliento, nobili o-
 lim viro Senensi, qui eam ex Ar-
 chivo Civitatis Montis Politiani
 hausit.

Sententia Judicium Imperialium Anno MCLXXXV. promulgata contra
 Manentem Comitem de Sartiano, usurpatorem bonorum Mona-
 sterii de Vivo, & exsequutioni mandata Anno 1210.

„ **A** Nno Dominicæ Incarnationis
 „ Millefimo Ducentesimo De-
 „ cimo, Indictione XIII. die Vene-
 „ ris IV. ante Kalendas Februarii,
 „ in Sena. Dompnus Petrus Prior Mo-
 „ nasterii de Vivo, veniens ante pre-
 „ sentiam Domni Henrici Dei gratia
 „ Mantuanii Episcopi, Domini Ottonis
 Tom. XI.

E „ Romanorum Imperatoris invictissimi
 „ Vicarii, & Alberti Struzii Cremo-
 „ nensis, & Passaguerre de Mediola-
 „ no, & Monaci de Villa de Me-
 „ diolano, & Ruffini de Placentia,
 „ Imperials Curie Judicium, petiit
 „ infra scriptam sententiam contra he-
 „ redes quondam Comitis Manentie
 Q „ execu-

„ executioni mandari, cuius tenor
„ talis est.

„ In nomine Domini nostri Iesu
„ Christi. Anno ab Incarnatione e-
„ jus Millefimo Centesimo Octuage-
„ simo Quinto, Indictione III. die
„ Mercurii IX. mensis Octubris. De
„ lite, que vertebatur inter Dopnum
„ Marcum Priorem Monasterii de
„ Vivo, nomine predicti Monasterii
„ ex una parte, nec non & ex alia
„ parte Comitem Manentem de Sartia-
„ no; petebat dictus Prior a predicto
„ Manente decem & septem inter e-
„ quas & pullos, & tot boves &
„ vaccas; unde habuit Libras duo
„ decim, & sex paria bovum, &
„ centum pecudes, & triginta tres
„ Libras denariorum Pise & Luce,
„ & tres boves, & tres Libras de-
„ nariorum, quas abstulit Ecclesie de
„ Mojano, & quindecim Libras,
„ quas abstulit cuidam nostro Abba-
„ ti, & Libras sexaginta, quas ha-
„ buit de rebus, quas extraxit de
„ Ecclesia de Mojano, & triginta
„ duas sarcinas ordei, quas abstulit
„ Ecclesie Sancti Petri de Campo,
„ & centum pecudes ejusdem Abba-
„ tie: de quibus predictis confessus
„ est predictus Comes Manens, de
„ quibusdam negavit. Super quibus
„ predictus Prior suos produxit te-
„ stes. Perebat quoque predictus Prior
„ a predicto Manente possessionem
„ de Brascagia. & de Castello Ce-
„ tulo, & de Soiscis, & de Casta-
„ gno, & possessionem datam a Ber-
„ nardino Bicchari, & ejus fratri-
„ bus, & possessionem Bivini, &
„ vineam Offredelli, & possessionem
„ Annicii, & predium Sancti Fabia-
„ ni, quod filii Mercenarii Nigri te-
„ nebant, & Marziuolum, & ejus
„ Curte, & Casarne & Castilionem:
„ super quibus possessionibus fere omni-

A „ bus predictus Prior Instrumenta
„ acquisitionis exhibuit. Quibus vi-
„ sis, & auditis testibus, Instrumen-
„ tis diligenter inspectis, domino Bo-
„ nifacio Novariensem Episcopo Dei gra-
„ tiâ, & Domini invâssi Impera-
„ toris Federici Vicario, ad justicias
„ faciendas sedente pro tribunali: e-
„ go Otto Zendedarius Mediolanen-
„ sis Imperialis Aule Judex, consilio
„ sociorum meorum, videlicet Ab-
„ bati de Adegherio Ferrariensis, &
„ Grossi de Briscia Judicum Curie:
C „ Manentem a petitione inter decem
„ & septem inter equas & pullos,
„ & tot inter boves & equas, unde
„ habuit Libras duodecim, & sex
„ paria bovum & centum pecudes,
„ absolvio. Item predictum Manen-
„ tem a petitione predii Sancti Fa-
„ biani, quod tenebant filii Merce-
„ narii Nigri, absolvio, prestito sa-
„ cramento a predicto Manente, quod
„ predictum predium erat suum. I-
„ tem de novem Libris Senensis pro
„ tribus bobus, & de tribus Libris
„ Senensis pro porcis, & aliis rebus
„ ablatis; & de quindecim Libris,
„ quas abstulit cuidam Abbatii pre-
„ dicti Monasterii, predictum Ma-
„ nentem absolvio. In triginta tribus
„ Libris & dimidii denariorum Luce
„ & Pise, & in triginta Libris,
„ quas habuit de centum decudibus
„ ablatis, & in decem & septem
„ somas ordei, & in triginta Libris
„ de rebus, quas abstulit de Ecclesia
„ predicta. Manensem eidem Priori,
„ & nomine suprascripti Monasterii
„ condemnno. Item in possessione de
„ Brascagia, & de Castello Cetulo,
„ & de Soiscis, & de Castagnio, &
„ de possessione data a Bernardino
„ Vicario, & ejus fratribus, & de
„ possessione Bivini, & de vinea
„ Offredelli, & de possessione Annicii,

241 DISSERTATIO QUINQUAGESIMAQUARTA. 242

„ cii , & de Marzuolo , & ejus Cur-
„ tis , & de Calarno , & de Castel-
„ lione , ut dimittat predicto Mona-
„ sterio , & non impedit , predictum
„ Comitem Manentem condepno .

„ Et cum venisset responsurus Ram-
„ bottus , filius quondam Comitis
„ Manentis , proposuit , predictam
„ sententiam non debere executioni
„ mandari , quia dicebat eam inju-
„ stam , tum quod , ut dicebat , fuit
„ data contra predictum patrem suum ,
„ eo absente , tum quod data fuit
„ contra non possidentem , & multa
„ alia allegabat . Tandem predictus
„ Monacus , presentibus & velenti-
„ bus dictis Domino Vicario , & Ju-
„ dicibus , & eorum consilio , & pre-
„ sente suprascripto Rembotto , di-
„ etam sententiam contra heredes
„ predicti Comitis Manentis tam-
„ quam justam executioni mandari
„ pronunquavit , & executioni man-

A „ davit , & mandari jussit in omni-
„ bus & per omnia , secundum quod
„ in memorata sententia continetur .
„ Predictus Monacus hanc Cartulam
„ inde fieri precepit . Interfuerunt
„ Azo Cafa Notarius de Briscia , &
„ Bondinerio de Mantua , Petrus A-
„ retinus Judex , Rogheretus Senen-
„ sis Judex , & alii quamplures inde
„ testes .

B „ Ego Albericus de Rovareto Im-
„ perialis Curie Notarius interfui ,
„ & hanc Cartulam scripsi .

C Ad argumentum hoc accedat &
Charta , quam ex Archivo Capituli
Canonicorum Lucensium descripsi .
Inde constabit , quanto animo ii Ca-
nonici , jam tunc Domini Curtis &
Castelli Massagrosi , Tyrannulis qua-
busdam sua infestantibus se se oppo-
suerint .

**Concordia inita inter Canonicos Sancti Martini Lucensis , & Widonem
filium Hildebrandi , eis antea infestum ; Anno 1099.**

„ IN Christi nomine . Notitia bre-
„ vis pro modernis & futuris
„ temporibus securitatis hac firmita-
„ tis , ad memoriam abendam vel
„ retinendam , qualiter in loco &
„ finibus Cerreto prope Burgo de
„ Montemagno , & prope illo Ca-
„ stro , qui inceptus erat edifican-
„ dum in loco & finibus , ubi dici-
„ tur Riscitolo , presentia bonorum
„ hominum , corum nomina subter
„ leguntur . Propter hanc litem &
„ illam controversiam , que orta e-
„ rant inter Canonici de Ecclesia San-
„ ctii Martini Lucensis Civitatis , &
„ Casa Widonis filius Ildebrandi , &
„ Ildibrandini filio ejus , propter il-
„ lam rapinam & predam , seo asal-

D „ tum , quos hominibus de Casa pre-
„ dicti Widonis & Ildibrandini filio
„ ejus sepe faciebant ad hominibus
„ de Curtibus de Canonici jam di-
„ cti Sancti Martini de loco & fi-
„ nibus Massagrosi , & Riscetulo , &
„ Waldo , & Montisciana , propter
„ ipsas injurias , seo maleficia , quas
„ ipsi faciebant , jan dicti preclarci
„ Canonici Sancti Martini rubustif-
„ sime & honestissime ascenderunt in
„ suprascripto loco Riscetulo ad Ca-
„ strum ibidem edificandum , & de-
„ inde ceperunt fortissime mirifice
„ edificare jam dictum Castrum , &
„ has magnas monitiones ad depo-
„ nendas has magna contumacia ,
„ quas predictis hominibus de Casa

E „ jam

„ jam dicti Widonis & Ildibrandini
 „ filio ejus ad jam dictis hominibus
 „ Sancti Martini facere solebant.
 „ Propter hanc causam fidelibus de
 „ Casa jam dicti Widonis & Ildi-
 „ brandini filio ejus ceperunt roga-
 „ re, & multum suppliciter depre-
 „ care, & se ipsis in omnibus umi-
 „ liare adversus jam dictos Canonici-
 „ os Sancti Martini, & eorum fide-
 „ libas & amicis, necnon & Domina-
 „ Matilda Comitissa, seo Marchio-
 „ nissa, que eodem tempore justa
 „ Civitatem Luca, causa justitie fa-
 „ ciendam morabatur, ut ipsum Ca-
 „ strum de prefato loco Riscetulo
 „ destruantur, eo vero modo, ut
 „ amplius jam dictis maleficiis ad
 „ jam dictis hominibus Sancti Mar-
 „ tini de predictis locis amplius non
 „ sustineantur, cum firmitatem &
 „ securitatem per sacramenta, quas
 „ hominibus de suprascripto loco
 „ Montemagno, & de ejus Burgo,
 „ ad jam dicti Canonici & ad ho-
 „ minibus de predictis locis & Cur-
 „ tibus fecerunt, sicut super scri-
 „ ptum est, & fidelibus jam dicti
 „ Ildibrandini per pignora de alodio
 „ jam dicti Canonici sicuraverunt,
 „ sicut in eadem Cartule legitur.
 „ Tunc jan dicti Canonici auditas
 „ has preces, seo dulces deorecatio-
 „ nes jan dicti Domne Matilde Mar-
 „ chionisse, & prefati fidelibus jan
 „ dicti Ildibrandini declinaverunt au-
 „ res eorum ad has preces, & jufse-
 „ runt, ut Castrum iustum de Riscet-
 „ ulo destruantur. Tunc hominibus
 „ de suprascripto loco Montemagno,
 „ corum nomina sunt haec: tres fi-
 „ lii Willielmi, Bellincione quondam
 „ Martini, Albertino quondam Al-
 „ biti &c. Hi omnes ore proprio ju-
 „ raverunt ad sancta Dei Evangelia,
 „ quod ab hac ora in antea dum vi-

A „ zero, studiose non offendam, neque
 „ offendere faciam, neque de habere,
 „ neque de persona in rebus beati San-
 „ ctii Martini, & Canonicorum ejus,
 „ seo Clericorum, qui sunt ad strade
 „ Montemagni usque ad mare, & ad
 „ loco, qui dividit res beati Sancti
 „ Martini inter Fabianula, & Vual-
 „ dam, usque ad Castrum, quod dici-
 „ tur Pedoni. Et si offendero, infra
 „ triginta dies, quod mihi a scire fe-
 „ ceretis vos, vel vestris Missus, vel
 „ ille cui injuria facta fuerit, si de
 „ habere, emendabo idem vel idem va-
 „ lens; si de persona. ita quod inde
 „ requiescere possit, nisi remanerit per
 „ ejus parabolam, cuius injuria vel
 „ damnum factum fuerit, que sit sine
 „ aliqua violentia. Et si aliquis de vir-
 „ tutis Montemagni offenderit de pre-
 „ dictis rebus infra predictos terminos,
 „ emendare faciam, si posero, sicut
 „ predictum est, sine meo habere, dan-
 „ do usque ad illum diem, eo Ildi-
 „ brandinus faciet hanc eandem securi-
 „ tatem, vel cum sacramento, vel pi-
 „ gnore quinquaginta Librarum de a-
 „ lodo infra Curtam de Luca. Malum
 „ meritum non reddam, neque rendere
 „ faciam alicui homini propter illo fa-
 „ cto, quod Canonici in Riscetulo fece-
 „ runt, vel fieri fecerunt. Et non
 „ ero in consilio, neque in facto, quod
 „ hoc Castrum redificietur contra ve-
 „ luntatem omnium Canonicorum Sancte
 „ Martini, vel majoris partis. Et
 „ non ero in consilio, neque in facto,
 „ quod homines de Riscetulo faciant
 „ placitum per aliquem hominem de
 „ Casa Widonis quondam Ildebrandi,
 „ nisi de illis offendonibus, quas fa-
 „ cient infra Castrum Montemagno fo-
 „ ris de Riscetulo, & Vualdo & Mon-
 „ tisciana. Et si illis foras Castrum
 „ & Burgo de Montemagno offenderit
 „ se inter se, non de rebus predile-
 „ Curtis,

„Curtis, non ero in consilio neque in fatto, ut faciant Placitum per alium hominem de Cosa Widonis quoniam Ildebrandi. Et per me non remanebit, neque per meum ingenium, essepto meo habere dando, quod Ildebrandinus filius Widonis non faciat eandem securitatem de supradictis rebus, quas ego juro per sacramentum, vel per pignus quinquaginta Libra rum de alvio infra Curte de Luca, postquam ad etatem evenerit infra unum annum, postquam inde requisi tias fuerit. Hec omnia, que supra scripta sunt, observabo per bonam fidem, nisi Canonici seu Clerici Sancti Martini, vel aliquis homo per illos non incipient reedificare Castrum de Riscetulo contra voluntatem Ildebrandini, vel illius heredibus. Hoc factum est in presentia Johanni Judex, Fraolmi Causidicus, Rainerii Notarius, Lamberto quoniam Villani &c. & reliqui plures.

„Hoc factum est Anno Domini cae Incarnationis Millesimo Nonagesimo Nono. mense Junio, Indictione Septima.

„Rodulfus Notarius Domni Imperatoris, qui hunc breve scripsi, & ibidem fui.

Hujusmodi Tyrannolorum perpetuum studium erat, bella suscitare contra vicinos minus potentes, atque in ipsos etiam Dominos insurgere, si spes lucri affulgebat. Neapolitani potissimum Regni Historia innumera in hanc rem exempla ministrat. Vide etiam in Historia Montisferratensi Benevenuti de Sancto Georgio, Tom. XXIII. Rer. Italicas edita, foedus Anno MCCCXCIV.

A initum inter Delphinum Viennae, Ducem Aurelianensem dominum Civitatis Astae, & Theodorum Marchionem Montisferrati: in quo ratio excogitata fuit comprimendi id hominum genus, publicae quieti perniciosum. Quod gravius fuit, non plебei tantum, sed nobiles etiam latrones isti, vias ita infestabant, ut nemini tutum foret peregrinari, & ubique insidias pertimescere oportebat. Quo nobiliores ac ditiores erant peregrini, eo diligentius cavere sibi quisque cogebatur; facile enim ab inquis Castellorum dominis, dum per suum agrum transibant, intercepti, & in carcerem conjecti, libertatem sine ingenti lytro minime recipiebant. Ex ejusmodi latronum genere ille fuit, quem (*) Gino di Tacco Boccaccius in suis Fabulis descripsit, ex occupato Radicofano viatorum personis & crumenis bella perpetua inferens. Proinde nil mirum, si male cessit Nicolao III Principi, & Marchioni Estensi inclyto viro, Domino Ferrariae, Mutinae, Regii, Parmae, &c., quum Anno MCCCCXIV. Viennam Galliae Narbonensis devotionis causâ perrexit, atque inde Parisios profecturus, deinde Compostellam Gallaeciae ad visitandum celebre Templum Sancti Jacobi Apostoli. Verum ab ulteriori itinere deterritus, dum reverteretur, a Castellano Montis Sancti Michaelis captus, & in profunda turri per integrum mensem maceratus fuit, ut enormis redēctionis pretium sibi indistum persolveret. At impii interea facinoris certior factus Carolus VI. Galliarum Rex, qui Marchionem paullo antea honoribus eximiis cumula-

(*) Ghino di Tacco, non Gino, patentibus characteribus legitur in MS. Cod. alias a nobis Laudato, Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, quem ex autographo Boccaccij transperlit, exemplavit Franciscus Amaretti Mannelli.

mulaverat, eique inter cetera Lilio-
rum insignia Regia fecerat commu-
nia, literis ac minis Castellano prae-
cepit, ut innocentem Principem li-
berum dimitteret. Non paruit Ille:
quare opus tandem fuit justo exer-
citu ad officium cogere nobilem la-
tronem, qui capite poenas luit, ejus
etiam Castello a fundamentis excilo,
ne locus imposterum esset ejusmodi
insidiis. Haec habemus in Annalibus
Estensibus a me editis, quae tamen
justiori examine recensui in Par. II.
Antiquitatum Estensium, a me paulo
antea edita. Sed gratiae Deo nunc
habendae, quod nobiles ejusmodi prae-
dones a multo tempore desierint, at-
triti nempe aut a Civitatibus libe-
ris, aut a Principibus, majori con-

A tra eos potentia usis. Sunt & qui
de nostris temporibus caussas conque-
rendi se plures habere putant: ve-
rū si cum praecedentibus Seculis
aetas haec nostra componatur, qui-
cumque intelligit, quām invidendum
inter temporalia bonum sit, posse
frui intestinā quiete & tranquillitate
publicā, levia continuo reputet mala
atque incommoda rei publicae prae-
sentis. Neque enim excogitandum
est, dum in Mundo vivimus, fieri
posse, ut bellorum, atque malorum
scaturigo prorsus arescat & cesseat.
Heic in exsilio sumus, atque in pa-
tria tantū, ad quam tentandum est
totis viribus, quies & perfecta felici-
tas nobis speranda est.

B

D E
REPRESALIIS.
DISSERTATIO
QUINQUAGESIMAQUINCTA.


200,000 - 2,000,000

② 1'2" 3'0" 6'0" 8'0"

300,000 - 3,000,000

DISSESTITO

QUINQUAGESIMAQUINCTA.



A cobus Malvecius in Chronico Brixiiano, quod publici juris feci in Tomo XIII. Rer. Italic. haec habet Dist. 8. Cap. 115. Per haec tempora (idest Anno Christi MCCLXXXIX.) Represaliae in singulis Civitatibus Lombardorum concessae suere. Quod factum adeo contra rem publicam invaluit, ut non dumtaxat mercimonia per nulla loca discurrenter, sed neque ad alienas Civitates ullus iter arriperet. Denique harum Represaliarum abhorrendus usus non solum Lombardiam, sed & tetam Italianam, alias quoque nonnullas Provincias discordiis ac malis plurimis confundebat. Reete haec Malvecius. Et famosa quidem olim fuit, simulque perniciosa, ac prope est, ut ita dicam, detestanda Represaliarum consuetudo. Quae quid fuerint, ab Auctore Briviloqui apud Du-Cangium discimus, eas ita definitio: Represaliae dicuntur, quando aliquis oriundus de una Terra spoliatur vel damnificatur ab alio oriundo de alia Terra, vel etiam, si debitum non solvere rit ei. Tunc enim datur potestas isti spoliato, quod sibi satisfaciat contra quemlibet de Terra illa, unde est spoliator vel debitor. Exempli gratia, si contingebat, ut Mutinensis quisquam

Tom. XI.

A a certo quodam homine Bononiensi spoliaretur, ac delata ad Bononiensis Populi Magistratus querela, repetenti suum nulla ministraretur justitia: tunc spoliatus a Republicae suae, hoc est Mutinensis, Praetore subfidiump implorabat; qui propterea Represaliae jus ei concedebat, facultatem videlicet spoliandi quemcumque Bononiensem posset, ac ab eo auferrendi tantumdem, quantum sibi ante fuerat erectum. Vocabularii Crucisci Auctores vocem hanc ita definiunt: Il ritenere, e l' arrestare que d' altrui per forza, quando capita in tua podella. Sed mancam esse ejusmodi definitionem ex iis, quae jam praefatus sum, continuo intelliget Lectio. Nominis etymologiam scrutatur Vossius Lib. 3. Cap. 43. de Vitiis Sermonis, atque in eam sententiam concedit, ut ejus origo ab Italice descendat. Et merito quidem, quum apud nos natus plane videatur Represaliarum usus, sive abusus: atque a voce Preço & Represo, seu Rispreso, hoc est a rursus prehensendo quod sibi prehensum ante fuerat, actio ipsa hoc nomen sumserit. Neque Latinum clarigatio, ut Hermolao Barbaro placuit, neque Graecum αὐδηρία, ut Budeus sensit, vera'n Represaliae significationem nobis exhibent, uti earum vocum vim ac usum perpendenti patebit. Multa de

R

clari-

clarigatione habet Salmasius in Libr. de modo Usur. Porro certum est, insuetum apud antiquos fuisse ejusmodi modum res suas vendicandi, facultates innocentium invadendo. Immo id fuit aut tacite aut aperte Legibus interdictum, ut patet ex Auth. ne siant pignorationes, Collat. V. & I. sicut §. i. ff. *Quod cuiusque universi non.* Alias Leges omisso, quas Grotius congerit Lib. 3. Cap. 2. de Jure Belli & Pacis. Certe nusquam apparet, violentam hanc agendi rationem, de qua tum loquuturus, legibus fuisse probatam, quum sapientibus viris impium videretur ab uno exigere, quod ab altero deberetur. Violenti tamen hujus remedii vestigia elucere videntur in Capitulari Sicardi Principis Beneventani, Anno DCCCXXXVI. quod Peregrinius edidit Tom. II. pag. 258. Reg. Italica. Statuitur ibi, ut si quis justitiam imperare minime potuerit a Judice, tunc habeat licentian foris Civitatem qualiter pigius facere tam in Langobardos, quam etiam in inquilinos, vel qualibet persona praetendere potuerit, excepto negotiante. Haec tamen obscura. Illud certum est, familiares demum evasisse Represalias, postquam Italicae Urbes, Libertate assumata, coeperunt singulae dominari: quod post Saeculum Aerae Vulgaris Decimum contigit, ut in Dissertatione XLV. ostendi. Tunc tot Principes erant, quot liberae Civitates; tunc aemulatione quaelibet accensia, aut augendi imperii cupiditate, facile in similitates ac bella contra vicinas rapiebatur. Succeditibus postea teterrimis scissuris inter Pontifices Romanos & Imperatores, additisque factionibus Gibellinorum & Guelforum, discordia major ubique invaluit, & inextinguibiles flam-

A mas in cunctis paene Urbibus exercitavit. Potentium, immo impotentium germen eo tempore passim pullulabat, ac proinde nullo negotio inveniebantur, qui viatoribus, ac praecipue divitibus, & mercatoribus injurias ac vim inferebant, eorumque facultates quaesitis caussis, atque etiam violenter, nisi alia erat via, rapiebant. Idque impune non raro fiebat, quum accusationem Magistratus loci negligerent, aut nullus auderet insurgere in Civem superbum & contumeliosum, patronis etiam ad sclera sua fovenda minime destitutum. Erant etiam, qui debitorem suum in alieno Comitatu habitantem frustra ad debitum persolvendum aut verbis ac precibus utendo, aut apud Judices loci jure experiendo agebant. Quid heic agerent miseri, quum nihil amplius spei ad sua recuperanda in alieno territorio reliquum sibi esset? Igitur veluti desperatione acti, apud suae Urbis Magistratus querimoniam deponebant, atque ab iis opem deprecabantur. Tunc Praetor illius Urbis, laesi Civis patrocinium assumens, apud Praetorem alterius Civitatis agebat, ut justitiae fieret satis. Quod si irrita relinquebantur illius officia, tum Represaliarum facultas damnum passo concedebatur, ut ab aliquo Cive Castelli aut Urbis illius, quae justa facere negaverat, tantum auferretur, quantum satis esset ad resarcendum detrimentum Civi suo inlatum. Haec omnia ex publicis Actis Mutinensis Reipublicae, quae manu exarata in ejus Archivo servantur, lucem aescipient.

Ex Legibus Anno MCCCCXXVII. statutis ab eodem Populo Mutinensi elucet, antequam Represaliae cuiquam concederentur, qui in aliena Civitate

te aut Comitatu spoliatus fuisset, aut pecuniam sibi debitam consequi minime potuisset, petitionem ac jura pétentis diligenti examine ponderata fuisse. Tum verò, si justitia apud eum stare deprehendebatur, Republica primo literis negotium sui Civis procurabat. Deinde, ubi inanem litterarum vocem fuisse animadvertebant, aere suo Nuntium ad Rectores Civitatis mittebant, ubi spoliator aut debitor degebait, ut illic rei veritatem studiosius inquireret, & quae jus gentium exigit, ab iis repeteret. Si fūrdis adhuc canebatur, Represaliae tunc concedebantur. Quaecumque verò, Represaliis concessis, ab extero homine auferabantur, sub hasta venum ibant. Cura autem ejusmodi Represaliarum Consulibus Mercatorum commendata erat. Quod si ab alienis Civitatibus contra Mutinenses Represaliae emanaverant, Praetoris munus erat intercedere, ut res componeretur, atque a Populo suo, si fieri posset, omnis averteretur molestia. In eadem Volumine Legum MSto. Lib. primo, Rubricā 55. Statutum est pro publica utilitate Mercatorum, quod Potesas Mutinae teneantur praecise in primo Mense sui regiminis ponere ad Consilium Generale de Represaliis omnino tollendis, & de attendendis, quae sunt inter Commune & Homines Mutinae, & Communia & Homines Civitatis Parmae, Cremonae, & Regii, & omnia alia Communia & Civitates, quae habent Represalias contra Commune & Homines Mutinae, ad hoc ut Homines Civitatis Mutinae possint ire & stare secure cum personis & rebus in dictis Civitatibus. Et Anno quidem MCCCVI. nonnullis Civibus Mutinensibus Represaliarum facta est copia a Consilio Generali Populi Mutinensis. Exem-

A) plo res patebit. Nicolaus filius quondam Domini Montecli, spoliatus, & derobatus in Civitate Cremonae, per quondam Dominum Melium de Contibus Civem Cremonae, de una peziâ de blaveto de Zalaono: item de sex brachiis panni Persi: item de duabus paribus caligarum de Satia: item de una bragâ: & una canisâ: & decem filzis de Paternofris: item de decem & octo solidis feltri: item tantudem boracium: item de uno Codice scripto in chartis bedinis: item de uno suo ex quo existimato decem & octo Libras Imperiales de bona moneta de Mutina: item de quadraginta Solidis de Turonensisbus, quos habebat cum eo. Quae res existimatione communi valebant septuaginta & octo Libras Imperiales de bona moneta de Mutina. Petiit Represalias contra personas & bona Communis Cremonae, & singulos homines & personas Civitatis Cremonae & ejus districtus: insuper petens dñria & interesse. Et quandoquidem Republica Cremonensis, quamquam per Literas, immo & per Legatos a Praetore & Communi Mutinae de istis, aliisque damnis inlatis, solicitata. ut aut ejusmodi res ablatas, aut earum pretium, restituenda curaret, Mutinensem expectationem frustrarat, propterea Represaliae eidem Nicolao conceduntur. Idem jus impetravit Nicolaus Anzelerius ac alii, quibus erexitum fuerat in nundinis Parmensisbus pretium CCC. Librarum pecuniae Parmensis. Vedrianus noster in Histor. Mutinensi. scribit, Saracenum Lambertinum Bononiensem Anno MCC-LXXII. pro sex postremis mensibus Praeturam Mutinensem gefuisse, in qua se la passò con ogni quiete. Verum ex Actis publicis MStis Reipublicae Mutinensis, & ex Annalib. veter. Mutin. a me editis Tomo XI.

Rer. Italic. constat, Praetorem hunc, obortis controversiis gravibus, nondum completo anno, se se Magistratu abdicasse. Expostulabat ille, quod contra suam dignitatem a Mutinensis ad hujusmodi consilium fuisse adactus. Contra contendebant Mutinenses, ipsum sponte recessisse. Bononiensem profectus Lambertinus, ingentem pecuniae vim a Mutinensi Populo petiit ob injuriam sibi, ut ajebat, illatam. Et vicissim non minorem ab eo repetebant Mutinenses,

A quod munus suum contra pæsta & iusjurandum deterruisset, uti colligitur ex Actis, quæ protuli in Dissertatione XLVI. de Magistrat. Civitat. Italicar. Itaque delaia ad Bononiensem Rempublicam controversiâ, impetravit ille Représens Anno M-CCLXXIII. advertūs Mutinenses. Cujus concessionis acta, uti legitur in antiquo membranaceo Regesto Populi Mutinensis, exhibenda censeo, ut inde eluiscat, quo ordine in ejusmodi negotio olim procederetur.

B

Represaliarum facultas concessa Saraceno Lambertino contra Mutinenses a Praetore, Capitaneo, & Antianis Populi Bononiensis, Anno 1273.

ANNO Domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Tertio, Indicione Prima, die XIII. exciente Julio, Dominus Guidoctus de Ponte Carali Potes tas Bononie proposita querela coram ipso per Dominum Saracenum de Lambertinis Civem Bononie, quod cum predictus Dominus Saracenus esset Potes tas Mutine impeditus fuit in regim en ipsius Civitatis per capitula vi ganti quatuor, & homines dicte Terre. Itaque non potuit completere dictum regimen. Et ea de causa requisitus sit Potes tas, & Consilium & Commune Mutine per Literas dicti Domini Potes tas, Capitanei, Antianorum, & Consili i Commune Bononie, quod satisfaceret dicto Domino Saraceno de dictis dampn is & injuria: & satisfacere nolue runt, contra quod resformatum sit in Consilio & massa Populi ipso Domino Jacopi Amoretti Lanzavecche, Capitaneo Populi Bononie ad scrutinium, cum ferlinis datis, ac etiam in Consilio gene rali & speciali Commune Bononie fa ctum pro partito per Dominum Guidoctum de Ponte Carali Potes tam Bono-

C nie & Imole: quod Represalia dari debeat dicto Domino Saraceno contra Commune Mutine Civitatis & districtus Mutine, pro dictis dampnis & injuria, & bannum dicti Communi & hominibus Terre predictæ: predictus Dominus Potes tas, ac etiam Consilium speciale & generale Commune Bononie, secundum formam predictorum refor mati onum, dat & concedit predicto Domi no Saraceno Represaliam contra Com mune & homines Civitatis Mutine & districtus, in avere & personis. Ita quod sua auctoritate, & sine requisitione Potes tas, Capitanei, vel aliorum Officialium Commune Bononie, possit capere homines Civitatis Mutine & districtus, ac reprendere pro satisfa ctione predictorum dampnorum & injuria ad voluntatem predicti Domini Sa raceni. Et quod liceat predicto Domino Saraceno res predictorum accipere. ubi cumque ex eis repererit, sive reperire poterit ad suam voluntatem. Et nibilominus predictus Dominus Potes tas & Consilium predicto Communi Mutine, & hominibus Civitatis & districtus Muti-

D

E

Mutine dat bannum pro prediis injurias & dampno, & ex nunc sic intelligentur esse banniti Communis Bononie. Et predicta dat & concedit & volunt, robur habere, non obstante Statuto reformato vel aliquo jure, quod predictis, vel alicui predictorum posset aliquo derogare.

Que omnia & singula acta fuerunt in Palacio veteri Communis Bononie, congregato Consilio generali & speciali Communis Bononie ad sonum utriusque campane more solito, presentibus Petro Franchedi Notario, Bonacosa Muranarii Cachanelli, & alii.

Ego Amatore Zagni pistoris, & nunc pro Commui Bononie ad scribendum reformationes Communis ad discum eum Domino Potestate, ut supra legitur, interfui, & de mandato didi Domini Potestatis & Consilii scripsi.

A Antequam huiusmodi facultate ueteretur Lambertinus, ejusdem exemplum ad Mutinenses misit, qui non legnes ad sua jura tuenda fuere, & disputationem traxerunt in annos multos, donec Arbitris ex utraque Republica electis, finis est ei factus. Et mos quidem, ut jam dixi, fuit, quoties de Represaliis contra se concessis alicui Civitati constabat, aut per Legatos, aut per Literas curare, ut aequitati daretur locus, & majorum discordiarum semina sopirenatur. Eam ob caussam Anno MCCCLXXXIX & MCCLXXXI. constituti sunt Arbitri a Bononensibus ac Mutinensibus, quorum foret omnes Represaliarum causas cognoscere atque dirimere. Exstant Acta in Regesto Reipublicae Mutinensis, e quibus haec pauca delibavi.

Petitio Alberti Vidae Bononensis contra Mutinenses occasione Represaliarum, Anno 1281.

Anno MCCLXXXI. die IX exente Februario, coram vobis Dominis Arbitris, qui estis deputati ad examinandum, definiendum, & terminandum omnes questiones, lites, & causas, que sunt, vertuntur, seu veri possunt inter utrumque Commune & singulares personas utriusque Civitatis & districtus, dicit & exponit Albertus quondam Petri Vidae de Castro Franco; quod cum ipse duceret unum suum boem a mercato Civitatis Mutine, & fuisse imbrizatus inter Castrum Leonis & Zenam in Strata publica, dictus bos fuit eidem acceptus per Bernarios, scilicet Custodes Communis Mutine, & per ipsum Bernarios ductus ad Civitatem Mutine; & representatum uni ex Iudicibus Potestatis in Comuni Mutine publicatus & venditus pro Communis

D Mutine ad incantum. Unde petit dictus Albertus per vos Dominos Arbitros, Commune Mutine condemnari ad restitutionem dicti bovis, vel ejus extimationem, quam facit decem Libras Bononienses, & ad dampnum & interesse & expensas factas, quas facit quadraginta Solidos Bononienses, & de satiendis protestatur. Et predicta dicit fuisse de Menje Septembbris & Octubris proxime preteriti.

E Uti ex eodem Codice hausi, die VI. Junii, Bonagratia filius quondam Domini Raimundi Presbiteri de Castro Franco conquestus est, se duxisse ad mercatum Mutinae duos boves; & quum eos domum reduceret. & fuisse inter Castrum Leonem & Genam in Bargo Novo in Strata publica, Bernarii Mutinenses (nunc Birri) eodem

sdem boves abstulerant; quorum pretium ascendisse contendit ad virginis quatuor Libras pecuniae Bononiensis, & damnum ad decem Libras. Pro hisce damnatum fuit Commune Mutinae ad persolvendas viginti duas Libras Bononienses. Ita bos alteri Bononiensi, quum fuisset in Burgeto intra Castrum Leonem & Zenam in Strata publica, ablatus fuit per eosdem Satellites, sive Apparatores, sive Beruarios, quem ipse aestimabat Libras quatuordecim pecuniae Bononiensis. Sequenti Anno MCLXXXII. uti ex Regesto eiusdem didici, mercatoribus Venetis

A contra Mutinenses mercatores Represaliae concessae fuerunt pro Libris sexcentis sexaginta octo, & Solidis tribus. Propterea isti Venetias profecti stetere coram Scribanis tabulae Lombardorum, ut suam caussam tuerentur. Invenio persolutas Venetiis Libras viginti novem & Solidos decem & octo pecuniae Mutinensis a Bonacorso de Bonacorsis Massario Generali Communis Mutinae pro liberazione, & maltole, que Cibis Mutinensis tollebatur in Civitate praedicta. Sed praefat Chartam ipsam producere.

Acta Mercatorum Mutinensium Venetiis ad removendas Represalias contra Mutinenses a Venetis concessas, Anno 1282.

IN nomine Dei. Amen. Anno Domini Millefimo Ducentesimo Octuagesimo Secundo, die XIII. intrante Mense Iulio, Indictione X. praeentibus Magistris Oderico Scolari, Asaldino Scribano, Fruzerio filio quendam Angeli Zupani, tunc omnibus Scribanis Tabule Lombardorum. Cum nobiles viri Cresci & Antonius Bochinus, Cives & Mercatores Mutine Civitatis venirent coram Vicedominis Tabule Lombardorum, videlicet Dominis Johanne Aurio, Rainerio Darpo, atque Marco Manolejo, allegarent ac dicerent eisdem ex parte Domini Potestatis Mutine, & omnium Mercatorum ejusdem Civitatis & Communis, atque suppliciter deprecarentur, ut ipsi deberent eos edocere de pignorationibus, & Representaliis, quae Homines Venetie haberent super Commune, & contra Commune & Homines Mutine, & eorum quantitatem, & nonna illorum, qui debent habere. Unde volentes ad eorum petitiones condescendere, fecerunt libros,

C eas pignorationes & solutiones habentes, cum instantia inquirere & perscrutari. In quibus invenerunt, quod Richerius Balisterius de confinibus Sancti Juliani, Raynerius Drapperius de eodem confinio, Gavorzius de confinio Sancti Pauli, atque Bonadoma de confinibus Sancti Jeminiani, omnes de Venetiis, & Petrus Zenayro frater Joannis Villani, & Martinus de Vivaroto avunculus ejusdem Johannis, ambo de Clugia minori, habebant pignorationes & representalia super Commune, & contra Commune & Homines Mutine in Libris sexcentis & septuaginta octo, & Solidis tribus. Verum est, quod reperitur in dicto quaterno pignorationum Mutine, quod Dominus Nicolaus Tardivello de confinio Sancti Juliani, Bartholomaeus Ponderator Stateuae Communis, Johanninus Scribanus Armamenti de confinibus Sancte Marie Formose, atque Bonadoma Sancti Jeminiani, omnes de Venetiis, & Johannes Villanus, Basilius Zuffo, & Benvenutus Cazo,

Gazo, omnes tres de Clugia minori, A habebant jus excutiendi dictas pignorations & representalia, vice & nomine omnium supradictorum. Reperitur etiam in dicto quaterno, solutio esse facta eidem de Libris quingentis & quadragesinta duabus, & Denariis novem. Et videtur, quod residuum omnium supradictorum sit Librarum centum & triginta sex, & Solidorum duorum, & denariorum trium. De quibus predicti Cressi & Antonius, Cives & Mercatores Mutine fecerunt paclum & concordiam cum omnibus supradictis in Libris nonaginta quinque & Solidos decem & Denarios octo ad Denarios Grossos. Quos dicti Cressi & Antonius Bochinas Cives & Mercatores Mutine Civitatis dederunt Vicedomini, solventibus omnibus supradictis. Unde predicti Vicedomi ni secerunt eidem integrum solutionem secundum paclum & concordiam utriusque partis, excepto uni, quem non potuerunt invenire, nec aliquem, qui pro eo esset, nomine Bonadoma Sancti Jeniniani. Quantitatatem residui pignorationis cuius predicti Cressi & Antonius solerunt predictis Vicedominis, secundum modum & tenorem factum aliis hominibus, qui debent accipere; qui denarii fuerunt Libre duodecim & Solli novem ad Denarios grossos: & fuerunt positi in uno scilicet in uno banco, ubi ponuntur denarii Communis: que Libre duodecim & Solli novem ad Denarios grossos fuerunt de illis Libris nonaginta & Solidis decem & Denariis octo supradictis. Ita quod quando appareret dictus Bonadoma, aut alius, qui pro eo esset, dilete Libre duodecim & Solli novem ad Denarios grossos fibi direntur. Unde facta predicta solutione, predicti Vicedomi ni invenerunt, quod Libre sexaginta due & Solli novem ad Grossos erant exakte de pignorationibus supradictis, quas predicti

Vicedomi ni habeant in custodia & in solutione integre de omnibus pignorationibus, predicti Vicedomi ni reddiderunt predictas Libras sexaginta duas, & Soldos novem ad Grossos predictis Cressi, & Antonio Mutinensis: videntur quod summa denariorum, quos predicti Cressi & Antonius, Cives & Mercatores Mutine Civitatis solverunt pro Communi Mutine, sit Librarum triginta trium, & Denariorum viginti ad Denarios. Item expensaverunt tam eundo Clugiam ad faciendum paclum & concordiam cum supra scriptis Clugiensibus, & in labore Scribanorum Tabule Lombardorum, & in Notario, qui fecit dictum Instrumentum, & aliis expensis, Soldos Grossorum sex. Unde predicti Vicedomi ni secerunt cassare & mortificare omnes pignorations & representalia, quas haberent Homines Venetie super Commune & Contra Commune & Homines Mutine, taliter quod amodo in ante a fuit nullius valentie, & vigoris. Dantes ei dem & omnibus aliis hominibus de Mutina licentiam ire & redire cum suis mercimoniis & sine, absque impedimento aliquo pro illis pignorationibus & representatiis, salva jurisdictione Communis Venetiarum utique & honore.

Datum hoc in Venetiis apud Tabulam Lombardorum in Rivoalto. Hoc Instrumentum factum suit & confirmatum per voluntatem duorum supradictorum Vicedominorum, videlicet Johannis Astro, & Raynerii Darpo.

¶ Ego Johannes Aurio Vicedomino manu mea subscripsi.

¶ Ego Raynerius Darpo Vicedominus Lombardorum manu mea subscripsi.

¶ Ego Donatus de Richerio, Imperiali autoritate Notarius & Index, ac Scribanus predictis Tabule Lombardorum, rogatus sui scribere, scripsi.

In

In Christi nomine; Millefimo Ducentesimo Octuagesimo Secundo, Indictione X. die Jovis V. intrante Novembri. Viginti novem Libras, & decem & octo Soldos Mutinae dedit & solvit Dominus Bonacursius de Bonacursis Maserinus Generalis Communis Mutine, Domino Andreae Salomonis, recipienti pro Domino Antonio (Bochino) Merzadro predicto, pro triginta & Soldis Venizianis Grossis, quos solvit in Civitate Venetiarum, pro liberatione Maltolte, que Civibus Mutine tollebatur in Civitate predicta, & pro predicta causa.

Actum in Palatio Domini Capitanei, presentibus testibus Domino Gnielmo de Bonacursis, & Nicolao de Presulis.

Ego Delacora de Ganaceto Notarius dicti Massarii scripsi.

Interea perconteris: cur aliena debita sibi solvenda sumebat Respublica? Nimirum ut quieti reliquorum consuleretur. Verum non adeo liberales erant eorum temporum homines, ut publico aere aes alienum tollentes, nihil a debitore repetarent, si ei satis facultatum erat ad persolvendum. Quid Mutinae auctum fuerit Anno MCCCCVI accipe. Nobilis Milex (ita in publicis tabulis scriptum est) Dominus Henselminus de Henselminis de Padua, honorabilis Capitaneus Populi Mutinensis, in Palatio Populi ad senum Campanae, & voce Praeconis congregati, in quo de conscientia & voluntate Dominorum Sexdecim Defensorum libertatis Communis & Populi Mutinensis proposuit infra scripta, super quibus consilium postulavit. Quid placet Consilio providere, ordinare & firmare super infra scriptis postis, deliberatis & approbatis per dictos Dominos Defensores, tenor quarum talis est: Item cum alias sit provisum, quod per Commune

A Mutinæ mittantur ad Commune Venetiarum duo boni homines & legales de Mutina, expensis Communis Mutinae, causâ tractandi & pacificandi cum creditoribus de Venetiis quondam Domini Ambroxii de Ymola pro Represaliis sedandis &c. Deliberationi huic accessit albus omnium calculus, & hujus debita sublata fuere Venetiis. Sed illius filii tantumdem de suis bonis Reipublicae tradiderunt, quantum ipsa pro illorum patre persolverat. Privata autem haec, ut ita dicam, bella, mirum est quantum incrementi suscepint inclinante Saeculo Christi Tertiodecimo, ut non injuria Malvecius in Historia Brixiana eadem fuerit detestatus, quod hac agendi ratione instituta per Italiam ingens inoleverit rerum perturbatio. Certe aspectu primo neutiquam dannanda videatur hujusmodi consuetudo. Est enim Principis aut Reipublicae non solum universitatis, sed & privatorum hominum fortunas tueri; & quando per remedia, ut a junt, ordinaria vendicare suum non licet, extraordinaria adhibere fas est. Quod innocens laedatur, sibi tribuat Princeps aut Civitas, quae juste postulata exaudire noluit. Et certe quum in bello justo hostium res capere, culpâ carere credatur: idem de Represaliis statuendum videtur, quae instar belli sunt, ejusque speciem referunt, dum ob denegatam justitiam conceduntur ab iis, qui legitima potestate ac jure concedendi fruuntur. Ultra non progredior, ut Represaliarum usum illaesâ justitiâ inventum ostendam: quod & Jurisconsulti complures, & Politicae rei Scriptores jamdiu se fecisse contendunt. Attamen minime desiderantur rationes, quae Represalias ab Italicis Urbibus olim usurpatas damnent

aut

269 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA QUINTA. 270

aut saltem minime ferendas, nimiumque pernicioseas evincant. Neque enim fas esse videtur, ut unius ob noxam Respublica universa vexetur, aditusque aperiatur tot malis, que Represiliarum concessionem antiquis temporibus conseqebantur. Ubi enim ob crimen aut debitum Civis aliqujus, Represaliae contra illius Civitatem a Civitate aliena concedebantur, mercatorum nullus, immo ne Civium quidem ulius, alienae Civitatis territorium ingredi audebat: qua ex re sublatum omnino commercium erat cum nimio ipsius Reipublicae, ac tot innocentium incommode. Praeterea innocentii spoliato raro modus erat vendicandae rei suae, & damna inde consequuta resarcendi. Saepe etiam spoliatorum ira in alios pariter innocentes sine publica auctoritate ruebat: neque erat finis scelerum ac latrociniorum, facile abutentibus ejusmodi facultate hominibus, & lucrum inde referentibus cum aliena jaetura. Re liqua praetermitto. Quamobrem non leve negotium Civitatum Italicarum Magistratibus olim fuit Represalias praevertere ac pessima earum conserua tollere. Id, quod potissimum curasse Mutinenses video, (uti ex Aetate MStis Reipublicae ejusdem edidici) apud Placentinos Anno MCCCXVIII. Nimirum Nobilis vir Dominus Ylarius de Zochis Civis Parmensis honorabilis Potesias Civitatis &

A Communis Placentiae, nomine Communis Placentini, ex nunc suspendit omnes & singulas Represalias, concessas in Civitate Placentiae contra omnes & singulos Cives & districtuates Mutinae omnibus & singulis Placentinis hinc retro quacunque ratione & causa. Et haec ad postulationem & instantiam Domini Lambertini Gracie Ambaxatoris, Syndici, & Procuratoris Dominorum Potestatis, Communalis, & Hominum Civitatis Mutinae &c. Daus & concedens plenam, liberam, & integrum bayliam, auctoritatem, & potestatem, at fidantiam, quod omnes & singuli Civitatis Mutinae Cives & Districtuales possint & valeant ad eorum liberan & omnimodam voluntatem ire, redire, stare, & transire per Civitatem & Episcopatum Placentiae cum rebus, personis, mercaturis &c. Et haec facta sunt de licentia & mandato Magnifici Militis Domini Galeacii Vicecomitis, Civitatis & Districtus Placentiae Domini Generalis &c. Longe verò antea Mutinensis Populus sibi prospexerat, ne inter suos Cives ac finitimos Represaliis ullis locus in posterum esset. Id factum vidi Annis MCCCXVIII. MCCCXIII. & MCCCXIX. Ex quo intelligimus, non tam serò, ut Malvecius in Historia Brixiana tradidit, Represiliarum usum periculosem emersisse inter Italicos. En ipso Aeta de prompta ex antiquo Regesto MSto Reipublicae Mutinensis.

Concordia inter Mutinenses & Ferrarienses, ne propter creditores fiat praeda inter eos, sed cui debetur, ab eodem requiratur: Anno 1198.

IN Christi nomine. Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Octavo, tempore Innocentii Pape, nullo Imperatore in Italia re-

E gnaute, die XVI. intrante mense Novembri, Indictione Prima, supra Domum Communis Ferrarie. Talis est concordia, quam Isaac de Dovaria Ferrario

rarie Potestas pro Communi Ferrarie, voluntate Consiliariorum Ferrarie, seit cum Jacobo de Gorzano Consule Mutine Communis, & cum Rainerio Arditione Consule Mercatorum Mutine pro Communi Mutine & pro Mercatoribus Mutine. Quod de cetero si aliquis Ferrariensis fecerit aliquam credentiam vel mutuum, sive debitum contra Mutinenses, vel de suo districtu, commune vel divisum, Ferrarienses non possint facere cambium vel predam, sive querelam contra alium, nisi contra principalem debitorem. Et si Mutinenses fecerint aliquam credentiam, vel mutuum sive debitum contra Ferrarienses vel suum districtum, commune vel divisum, Mutinenses non debeant face-

B re cambium, vel predam, sive querelam contra alium, nisi contra principalem debitorem. Et ita attendere pro Communi Ferrarie & Jacobus de Gorzano Consul Mutine, & Rainerius Consul Mercatorum Mutine, pro Communi Mutine promiserunt, & Isaac de Dovaria Ferrarie Potestas. Testes rogati Gaidoldus Judex Potestatis, Salinguerra, Petrus de Alberto, Bonuscivinus, Ubaldus Fontane, Giliolus Guizardi, Jacobinus de Jacobo, Aldigerius Bernardus de Venerio, Achiliinus Niger, & alii plures.

Ego Magister Presbiterinus, dei gratia Imperialis Aule Notarius ad hanc presens rogatus scripsi.

Conventa inter Mutinenses ac Bononienses de non concedendis Represaliis, Anno 1213.

Egidius Consul Mercatorum Boniae, Nuntius & Procurator pro Communi Bononiae constitutus per Dominum Matthaeum de Corrigia Potestatem Bononiae, in Palatio Communis Mutinae, & in Consilio Mutinae, statuit & ordinavit cum Domino Balduino Vicedomino Potestate Mutinae, & cum Honinibus de Consilio Mutinae in Palatio existentibus: quod si contingit, quod aliquis de Bononia, vel ejus districtu aliquem contractum, vel aliquam obligationem fecerit cum aliquo vel aliquibus de Civitate Mutinae vel ejus districtus, vel qui per Mutinenses distinguntur & reguntur, unde ad dandum vel satisfaciendum teneatur,

C & contingerit, eum nolle, aut non posse solvere vel satisfacere secundum formam contractus vel obligationis, alii de Bononia vel ejus districtu in persona nec in rebus ullo modo, & in nulla parte inquietentur, nec impediantur, aut detineantur, vel intramittantur propter hoc, sed nec ad solutionem vel satisfactionem ipsi, vel eorum res cogantur: sed ipse solus, vel ipsi, qui contractum vel obligationem fecerit vel fecerint, debent vel debeant conveniri, & ad solutionem vel satisfactionem compelli ipsi & eorum bona. Versa vice supra scriptus Dominus Balduinus Potestas Mutinae &c. idem statuit & ordinavit de Mutinensibus.

Concordia inter Mutinenses & Veronenses de non concedendis
Represaliis, Anno 1219.

De XI. exente Madio, in Palatio Communis Verone, presentibus Domino Ottone de Rege, Domino Alberto de Maone Pergamensi Judicibus Verone, Domino Balduino de Scalisi, Domino Groffio de Naimero, Domino Ardizono de Advocatis Procuratore Verone, Domino Bartolomeo de Broilo Judice, Domino Johanne de Lomeo Judice, & Consulibus Verone Domino Petro de Zunella, Domino Rodulfino Calistriu, Faleeto de Laico Notario, & aliis multis in Consilio Verone coadunato ad senum campane. Dominus Rotundellus de Carceribus Potestas Mercatorum Verone, concionando dixit, quod Ambaxatores Mutine, qui erant in Civitate hac pro suo Communi, sibi proposuerunt, quod ipsi pro suo Communi volebant facere talem concordiam cum Communi Verone, quod si aliquis de utraque Civitate, unus ad alium, aliquid de suo crediderit, quod volebat, quod creditor deberet convenire tantum debitorem, vel heredem illius, & bona sua, & propter hoc non debeat pro Communi illarum Civitatum, neque per creditorem aliquem alium impediri aliquo modo, sed bona debitoris destruant, & ipsum debitorem in banno ponant, si non habuerit ad solvendum. Unde postulabat a Domino Rufino Potestate Veronae, quatenus deberet super his propositis habere Consilium, utrum placeret Consilio faciendi hoc, nec ne. Qui Dominus Rufinus Potestas Verone surrexit, & concionando dixit in Consilio, & a Consiliariis postulavit, si volebant illud concordium debere fieri cum Hominibus & Communi Mutine. Ad hec Consilium ad vocem dixit,

A quod sic volebat, nullo contradicente. Postea eadem die in camera Judicum Communis Verone, presentibus Domino Ottone de Rege, Domino Alberto de Maone Pergamense, Judicibus Communis Verone, Domino Balduino de Scalisi, Judice & Procuratore Verone, Domino Jacopo Cremonensi, Judice & Consule Verone, Domino Jacopino de Guidone de Runcho, Domino Henrico de Plaisina Consulibus Mercatorum Civitatis Verone, Domino Bartolomeo de Nog..... Judice, Jacopino Notaris Veronense, & aliis; ad removendum nomine malignitatis scandalum, unde posset inter Veronenses & Mutinenses dilectio violari, tale concordium factum est inter Dominum Rufinum de Capite Pontis Potestatem Verone pro Communi Verone ex parte una, & Dominum Albertum de Panzano Judicem, & Dominum Coradum Munarii, Ambaxatores Communis Mutine pro Communi Mutine ex altera, videlicet, quod probis contrahitis & obligationibus, quos & quas Veronenses & Mutinenses inter se vicissim hinc ad decem annos proximos advenientes facient, non debeat haberi regressum adversus Commune alicuius illarum Civitatum, vel adversus aliquam singularem personam: sed ab eo tantum requiratur, cui debitur; & qui se obligabunt, vel a eorum heredibus, vel a possessoribus bonorum suorum; & nulla alia persona inde impediatur per Commune alicuius illarum Civitatum, neque per aliquem alium, vel per ipsum creditorem. Et si debtor non habuerit, unde solvatur, ponatur ix bannum, & amplius non extrahatur de banno, si fuerit pro sen-

tentia; nisi voluntate creditoris. Et si fuerit bannitus pro reclamo, non extrahatur de banno, nisi primo creditor requiratur, expensis debitoris banniti: & eo posito in banno, ejus bona destruantur, secundum tenorem poste Civitatis Verone, que talis est: Eum quoque debitorem adulterum, nec beneficio inventarii munitum, suo vel alieno nomine debentem, qui non solverit, vel solvere non poterit, extraam de tregua, omnibus, vel bona ejus destruam, vel vendam. Et hec omnia scilicet de destructione ad voluntatem creditorum priori tempore, vel majoris partis pro rata debiti, & non pro numero personarum, si inde requisitus fuero.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi MCCCXIX. Indictione VII.

A Ego Jacobus sacri Palatii Notarius, hunc ultimo contractui intersui, & iussu Domini Rusini Potestatis Verone, & dictorum Ambaxatorum Mutine scribi, & anterius contractu scriptum per manum Jacobi Notarie, ut in ipso authenticō reperi, continetur, nihil addens vel minuens, preter fillabam vel literam, scripti & exemptavi.

B

Neque minori solicitudine paucos post annos Brixiani Mercatores, immo Brixiana ipsa Respublica, ut inter se & Populum Ferrarensim perniciosissimus Represaliarum usus cesseret, pacta egerunt. Cujus rei fidem faciet Charta, quam mihi in antiquo Regesto obtulit Archivum Esteense, hoc titulo signata.

C

Charta Procurationis Brixiensium de Represaliis. Anno 1226.

IN Christi nomine. Amen. Anno ab ejus Nativitate Millesimo Duxcentesimo Vigesimo Sexto, Indictione XIV. die Mercurii XIV. intante Octobri. In pleno Consilio Communis Brixiae, campanâ sonato & congregato more solito, in Palatio novo Communis Brixiae, praesentibus infrascriptis, quorum nomina inserius continentur. Ibi in continenti Dominus Rambertinus Ramberti Potestas Communis Brixiae, nomine & vice Communis Brixiensis, verbo, consensu, & voluntate totius Consilii ditti, dedit plenam auctoritatem, virtutem, licentiam, & potestatem Domino Codebovi Barpañate, & Domino Alberto Sorogolo, Militibus & Mercatoribus Brixiae, faciendi omnem conventionem & passionem cum Ferraria, de facto Mercatorum Brixiensium, & omnium Hominum Brixiae, & ejus districtus, & Mercatorum Ferrariae, &

D omnium Hominum virtutis & districtus Ferrariae, ut alius pro alio non conveniatur; sed cum quis crediderit, ab eo petat & exigat, & curet causis negotiari; & quod non debeat petere nec exigere ab aliquo, nec a Communione, nec ab alia singulari persona, nisi ab eo cum quo contraxit; sed caute praevideat & caveat cum quo contrahat, aut cui credit, etiamsi condemnaretur, vel praeceptum ei fieret a Potestate vel a Consule. Et confirmandi insuper passionem factam & concordiam inter Dominum Salinguerram tunc Potestatem Ferrariae, & Dominum Manuellem de Concilio tunc Consulē Communis Brixiae, & Dominum Albertum Gratacelum tunc Consulē Mercatorum Brixiae, & Dominum Hennerardum de Gussago, & Dominum Jacobum de Homis, Missos tunc & Procuratores seu delegatos Communis Brixiae, sicut in Charta illius

līs

*I*us passionis continetur, facta a Pre-
sbyterino Notario. Et faciendi omnem
concordiam in Arbitris inter utramque
Civitatem eligendis. Et in omnibus,
quae in predictis omnibus faciendis &
constituendis inter dictas Civitates ne-
cessaria fuerint, & concordes erunt.
Et quidquid in praedictis omnibus di-
cti duo Domini Codebos & Albertus
fecerint pro Communi Brixiae, dictus

*D*ominus Rambertinus Potes tas Brixiae,
nomine & vice Communis Brixiae, ra-
tum habere promisit perpetuo, & quod
non contraveniet, parabolâ & volunta-
te totius Consilii dicti. Intersuerunt
autem hi testes rogati: Dominus Tho-
masinus Mansredi Judex: Dominus A-
spectatus de Zizzo de Bononia, socii
dictae Potestatis. Item hi Consules In-
stitas, Dominus Tetotius Manegoldi,
Dominus Petracus de la Nuse, Domi-
nus Algisius Mandugasinus, Dominus
Piurdas de Palatio, Dominus Bentius
de Amicis. Item ex Mercatoribus Bri-
xiae, & ex ipso Consilio hi Dominus
Federicus de Porta, Imbertus Barpa-
foglata, Jacobus de Funtino Conules

A Mercatorum Brixiae: Albertus Bruisia-
dus, Petrus Villani, Albertus Ranga,
Secator de Ponte, Lansiacus de Pon-
te, Raymundus de Ugone, Aripriandus
Faba, Cazajonus de Conciso, Obizo
Ugonis, Domafollus de Cazago, Cora-
dus de Cozago, Benvenutus Billini,
Zufredus Cagnolis, Marobosius Thora-
gi, Marchesius Pethoni, Lanfrancus de
Cacilio.

B

C Ita olim Brixiani, Mutinenses,
Ferrarienses, aliquae Populi, ne pu-
blico commercio officeretur, & sua
unicuique illaesa servarentur. Verum
quam inanis successus ista plerumque
subsequeretur, jam supra vidimus.
Turbulenti tunc Italorum mores,
eorumque instabilitas omnia sus de-
que miscebat, ita ut sub finem Sa-
eculi XIII. omnes fere Civitates Re-
pre aliis scaterent. Ejusdem quoque
violentae medicinae exempla occur-
runt in subsequenti Saeculo XIV.
Unum accipe ex eodem Tabulario
Mutinensis Reipublicae descriptum.

C

Represaliarum suspensio inter Mutinenses & Placentinos, Anno 1318.

*I*N nomine Domini nostri Jesu Chri-
sti. Amen. Anno ab ejus Incarna-
tione Millesimo Trecentesimo Decimo
Octavo, Indictione Prima, die VII.
Mensis Julii, Placentiae in Hospicio
infra scripti Domini Potestatis, coram
Bonobanne Trepino, Guillielmo Ma-
jolo, & Amico de Pigazzano, Nuntiis
Communis Placentiae, & aliis multis
testibus vocatis & rogatis: Nobilis
Vir Dominus Ilarius de Zochis, Civis
Parmae, honorabilis Potestas Civitatis
& Communis Placentiae, nomine Com-
munis Placentiae, ex nunc suspendit
omnes & singulas Represalias, con-

*D*cessas in Civitate Placentiae contra
omnes & singulos Cives & distri-
tuales Mutinae omnibus & singulis
Placentinis hinc retro quacumque ra-
tione & causa. Et haec ad postulatio-
nen, requisitionem & instaurian Do-
mini Lambertini Gracie, Ambixaoris,
Syndici, & Procuratoris Domino-
rum Potestatis, Communis, & Homi-
num Civitatis Mutinae. Et ipsas om-
nes Represalias quibuscumque Placenti-
nis concebras contra Homines & Dis-
trituales Mutinae suspenas esse voluit
dictus Dominus Potestas, statuit & de-
crevit usque ad decem annos proxime

ven-

venturos: & concedens dictus Dominus Potestas praefato Domino Lambertino, tamquam Ambaxatori & Syndico dilectorum Communis & Hominum Civitatis Mutinae, praesenti & recipienti suo nomine, & nomine & vice omnium Civium & districtualium Civitatis Mutinae, plenam, liberam, & integrum bayliam, auctoritatem, potestatem ac fidantiam, quod omnes & singuli Civitatis Mutinae Cives & districtuales possint & valeant ad eorum liberam & omnimodam voluntatem ire, redire, stare, & transire per Civitatem & Episcopatum Placentiae cum rebus & personis & mercaturis Represaliis eis, & eorum bonis in aliquo non obstantibus: a quibus Represaliis expediti, liberique sint usque ad dictum tempus decem annorum. De quibus omnibus supradictis dictus Syndicus rogavit me Notarium, quatenus inde publicum conficerem Instrumentum. In quorum omnium testimonium dictus Dominus Potestas mandavit praesens Instrumentum Sigilli Communis Placentiae munimine roborari. Et haec facta sunt de licentia & mandato Magnifici Militis Domini Galeacii Vicecomitis, Civitatis & districtus Placentiae Domini generalis.

Ego Gabriel de Muffis, Notarius & Dictator dicti Communis Placentiae, hoc Instrumentum de mandato dicti Domini Potestatis, & rogatu dicti Syndici ita scripsi, & manu propria me subscribens signum meum apposui consuetum.

A

Sed & Anno MCCCLXXI. vii
guisse Represalias inter Genuenses,
Senenses, & Pisanos, videas in Chro-
nico Senensi Nerii Donati, Tomo
XV. Rer. Italicarum pag. 229. &
sequenti. Penetravit etiam ad Ger-
manos pestilentissima consuetudo, at-
que ad alias Gentes. Et quoniam
quotidie lites & questiones ea de
caussa pullulabant, Bartolus, Juri-
speritorum suo tempore princeps, in
istud argumentum invasit, ediditque
Tractatum de Represaliis, quem veluti
loco Legis habuere post illum na-
ti. Verum ubi deferbuit Italicarum
factionum furor, tunc Urbes seri-
perpendentes, quot turbas & damna
secum adduceret privati hujus belli
experientia, finem fecerunt conce-
dendis Represaliis, ita ut earum qui-
dem nomen vigeat, sed raro aut
nunquam tempestate nostrâ per eas
quisquam turbetur. Porro eisdem Ju-
re etiam Germanico proscriptas fuisse,
& Imperatores ab iis conceden-
dis abhorrire, jamdiu animadverte-
runt Gaius, Regnerus, Sixtinus,
Limnaeus, Schilterus, & alii, quos
compendii caussâ praetereo. Profecto
optandum, ut nunquam ea tempora
recurrant, quae violentiam hanc &
informem justitiae methodum, paene
consepultam, ad vitam revocent.
Nam ut ut eam justam legitimam-
que in casu denegatae justitiae ap-
pelles, pessima tamen illius consepta-
ria minime eligendam, minimeque
ferendam plerumque evincunt.

B

C

D

E


D E
RELIGIONE
CHRISTIANORUM
PER ITALIAM

POST ANNUM CHRISTIANAE EPOCHAE QUINGENTESIMUM:

DISSERTATIO
QUINQUAGESIMASEXTA.

DISSESTITO

QUINQUAGESIMASEXTA.



Ge verd quis statutus, quae facies Religionis in Italia fuerit, postquam barbaricis nationibus datum est pedem in Italia figere, intueamur. Gothi quidem & Langobardi in haec arva prolapsi, profigatum jamdiu Arianismum rursus hoc advexere. Sed ubi pestilentem doctrinam & ipsi ejurarunt, tum nullus in Italia Populus fuit, qui Catholicam Fidem non profiteretur, & Ecclesiae Romanae omnium Magistrorum fidissime non adhaereret. Neque tantam unitatem & concordiam in Dogmate ulla aetas, ulla magni nominis & publica haeresis exinde apud Italos usque ad nostra tempora scidit. Nam quod causâ Synodi Quindeciae universalis, quidam Aquilejenes Patriarchae, eorumque Suffraganei diu divisi fuerint ab Apostolica Sede, nullum tamen pestiferum Dogma animos alioqui divisos infecit. Et quamquam post Saeculum Christi Nonum & Decimum Italicae quedam Urbes in Calabria, sive in aliis Regni nunc Neapolitani Provinciis subessent Graecorum Imperio, nulla tamen ex iis obedientiam Romanis Pontificibus negavit, aut certe non diu in Orientalium Schismate perdu-

Tem. XI.

A ravit. Praeterea quamvis post Annū Christi Millesimum aliquot clandestinæ, aut rudis Populi Haereses Ecclesiam in ipsa Italia perturbarint, nihilominus nulla ex eis caput extulit, neque docti viri in eas consenserent; veraque Fides regnare ubique perrexit, & poenae contumacibus adhibitæ reliquos meliora sapere docuerunt. De hisce erit mihi sermo in Dissertatione LX. Dissimulare insuper nolim, tetterina aliquando Schismata in ipsius Italiae sinu erupisse aut ex electione dubia summorum Pontificum, aut ex obtrusis Antipapis, & scissionis pertinaciam in annos etiam plurimos protractam interdum fuisse. Verum inter tot animorum dissidia mentes semper in confessione verae Fidei, ac orthodoxæ doctrinæ concordes perfiditer. Immo quum Leo Isauricus in pium sacramentum Imaginum usum & cultum debaccharetur, & Gregorio II. Pontifici maximo necem moliretur, Anastasio teste in ejus Vita, ac Paullo Diacono in Histor. Langobard. improbo Imperatori universa Italia restitit, & consilium init, ut alterum sibi Imperatorem eligerent. Ipsi quoque Langobardi totius ferme Italiae tunc domini, in tutelam Catholicæ Ecclesiae & Romani Pontificis exarsere vehementer, quamquam suspicione locutus sit, eo lubentius ipsos in
T hujus-

hujusmodi dissidio sese immiscuisse, ut Ravennam & reliquas Exarchatus Urbes Graecorum dominio eriperent, suoque adjicerent Regno. Qualia vero Seculis iis forent sanctissimae Religionis munia, & qualis cultus externus, nunc mihi edicendum. Praecipuum Christianorum studium tunc enituit in condendis Basilicis, Ora-
toriis, Monasteriis, & Xenodochiis, sive in iis amplificandis atque ditandis. Certabant in ejusmodi agore boni fere omnes, quibus essent fortunae, neque interdum circumspicien-
tes, num filiorum ac affinium spem in hereditatis portione ultra aequum fraudarent. Immo tempora fuere, quibus parentes non solum integra patrimonia sua, sed & se ipsos ac libe-
ros * suis Monasteriis offerebant. Ne-
que ab hujusmodi oblationibus, fundationibus, atque donariis abhorre-
bat ipse improborum Populus, dum aliquis iis irae divinae metus inesset. Nam uti probos ad conferenda bona sua Ecclesiis certa fiducia excitabat nunquam defecturi praemii in cae-
lis, ita ad idem praestandum con-
fluebant Fideles quoque vitiis inqui-
nati, ut suis sceleribus Deum orop-
tium haberent. Et sane in hujus li-
beralitatis usu tunc ingens Pieratis
ac Religionis pondus, & facillima
via ad obstringendum sibi Deum sta-
tuebatur. Certatim autem cum religiosi Monachi complures, & permul-
ti Clero addicti, tum ipsi etiam Lai-
ci Virtute spectabiles ad ornanda Tem-
pla, sacrificique ac pretiosis vestis ex
argento aut auro, & laurâ ac ma-
gnifica supellestili, Altaria & Sa-
craria cumulanda non segnes prope-

A rabant. Lege Romanorum Pontifi-
cum Vitas, quae sub nomine Anastasi-
si Bibliothecarii circumferuntur. Ibi
utramque paginam implet sacrae Ae-
des aut restauratae, aut conditae, &
ornamenta iis pleniore manu contributa.
Paria quoque praestituere Epis-
copi illi ac Abbatibus, in quorum
cordibus non Seculares cupiditates,
sed Pietas fermebat. Vix ullus ex iis
erat, qui non ante mortem aliquid
Templum aut Monasterium novum
excitaret, aut antiqua ditarer. Exem-
plum unum profum. Mediolani in-
signis adhuc est Basilica Sancti Geor-
gii. Illic in pavimento, teste Fran-
cisculo Castello (Cujus Collectanea
MS: a ego olim legebam, scripta cir-
citer Annum MDL.) spectabatur se-
pulcralis Inscriptio Natalis Archiepi-
scopi Mediolanensis, cui sacra illa Ae-
des originem suam debet. Hanc, ut-
pote haec tenus luce carentem, obli-
vioni erectam volo. Papebrochius V.
Cl. in Exegesi de Episcopis Medio-
lanensis Tom. 7. Act. Sanctor.
Maji opinatur, Natalem hunc Ar-
chiepiscopum, quem uti Sanctum Me-
diolanenses colunt III. Idus Majas,
ordinatum fuisse Anno Christi DCC-
XL. atque Anno subsequenti finem
vivendi fecisse. Castellus post Inscriptio-
nem haec notat (eum quippe
haec addidisse puto). Obiit autem An-
no Incarnationis Domini DCCLXIV.
Pridie Idus Maii. Indictione Quarta.
Atqui Anno Christi DCCLXV. de-
currebat Indictione Secunda. non vero
Quarta. Sed ecce Epitaphium ipsum,
ex quo intelliges. Re en quoque Lan-
gobardorum plurima dona contulisse ad
illius Ecclesiae Aedituos alendos.

Tumulus Natalis Archiepiscopi Mediolanensis
circiter Annum Christi 741.

MARMORE CONCLUSUM TEGITUR VENERABILE CORPUS,

NATALIS PRÆSUL, QVI FUIT ORBE BONUS.

GRANDIS HONOR PATRUM FUERAT NAM PASTOR ET ALMUS
NOBILITATE (*) VIXIT, REXIT OVESQUE PATER.

CONDIDIT HANC AULAM, CRISTO PRÆSTANTE JUVAMEN.

REX DEDIT ET RECTE PLURIMA DONA QVOQVE.

UNDE QVEANT VIGILES DOMINO SERVIRE PER ÆVA.

PROQVE SUI CULPIS POSSIT HABERE PRECES.

ECCLESIAM REXIT BIS SEPTEM MENSIBUS, ANNOS

SEXIES ATQVE DECEM QVOQVE (**) DUOBUS HABENS.

Ticini quoque in majori Basilica E-
pigraphe legebatur ferreo clathro in-
scripta, regnante Liutprando Rege
circiter Annum Christi DCCXXX.
quod inde ablatum infelicissime in

A fabri alicujus ferrarii officina periisse
creditur. Illam, dum in vivis esset,
descripsit Cl. V. P. Gaspar Berettus,
Monachus Benedictinus, singularis
amicus meus, & ad me misit.

NOMINE GUODUO CITANS ORNAVIT MARMORE PULCHRO

INTIMA CUM VARII TEMPLI FULGORE METALLI

TEMPLUM DOMINO DEVOTVS CONDEDIT AVSO

TEMPORE PRÆCELSI LIUTPRANDI DENIQVE REGIS

ÆDIBUS IN PROPRIIS MARIAE VIRGINIS ALMÆ,

ORANTES PENITRENT HINC CÆLOS VOTA GOD

Vide in hoc marmore, quandiu per-
duravit in Inscriptionibus usus Si-
gnorum illorum, quae nonnulli cor-
da olim arbitrati sunt, sed verisimilium
nunc putantur folia arborum, quae
aut ornamenti, aut interpunctionis
causa a ludentibus Marmorariis ex
arbitrio suo addebantur. Neque abs-
re erit hoc adferre, quanta egerit

B & collegerit ad unum Monasteriolum
exornandum Theobaldus Benedicti-
nus Abbas, ineunte Seculo XI. Char-
tam deboe insigni Archivo Monaste-
rii Montis Casini, eamque lubentius
profero, quod multa habeat minime
contemnenda ad eorum temporum e-
ruditionem inlustrandam.

(*) Leggo Nobiliter.

(**) Legendum arbitror. Cumque.

Catalogus omnium, quae Theobaldus Abbas fecerat aut comparaverat
ad reparationem & ornamentum Monasterii Sancti Libe-
ratoris in Comitatu Teatino, Anno 1019.

IN Dei nomine. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Decimo Nono, Indictione XII. Tertio Kalendas Septembres. Commemoratorium pro futuris temporibus factum a me, Theobaldus Monachus ex Monasterio sanctissimi Patris Benedicti, qui sum est in Monte, qui vocatur Castro Canini, ubi sanctissimi ejus Corpus humatum est. Quique praedictus ero Theobaldus Monachus relatis parentibus meis, quarto decimo aetatis meae Anno, & quidquid in seculo habere poteram, ad eundem venerabilem Monasterium invitis parentibus fugii. Eadem vero tempore vir venerabilis Alferius Abbas Monasterii praescati spiritualiter curam gerebat, a quo cumque benigne suscepimus esse, Monachico habitu induitus, atque ab eo omnem regularem normam, quantum meae parvitatis ingenii studium capere poterat, eruditus adhuc inservitus sum. Elaventibus vero annis post ejus exsitu, trigesimo primo anno adventus mei ad eundem venerabilem Locum, jubente pariter adiue juvante Dominus Johannes Abbas ejusdem sancti nostri Monasterii, cuius Monasterii Sancti Liberoris, qui situm est in Comitatu Theatino juxta fluvio Lævento, qui & subjectus est praescati Monasterii Sancti Benedicti, regiminis curam, Deo juvante. n*c*e*i**. Ubi inveni parvam ad nodum Ecclesiam, adiue omnino obscuram: aedificia vero alia omnia lignia adiue vetusta. Ubi cum paucis diebus moratus essem, inspirante Deo atque juvante, cum Fratrum auctorio, quos hic inveneram, & quos ego ipse suscepseram, omnia aedificia*

A Monasterii ex lapidibus adque cementis a fundamento construxi, sicuti in presenti cernitur. In Ecclesia vero que ut prelium est, parva & obscura mihi esse videatur, adjeci hunc titulum cum Con effione tua, & ad Regiam passos plus minus tres. & in altitudine cubitos tres, quas decoravi venestris adque pilulis, in quem statui Altaria sex. **B** Primum vero sacrari feci in honorem Domini nostri Iesu Christi Salvatoris a quo Liberoris omnium fidelium, & Sanctæ Mariæ semper Virginis Genitricis ejusdem Domini nostri Iesu Christi, & Sancti Johannis Baptiste, nec non & Beati Johannis Evangelistæ, & Sancti Archangeli Michaëlis; in quibus reconditiae sunt Reliquiae Sanctorum Felicis, Simplicii, Faustini, & Beatricis. & ex vestimento Sancti Johannis Apostoli & Evangelistæ, & ex Sanguine Sanctæ Caeciliae, & de Reliquiæ Sanctorum Martyrum Quadragesinta, & Sancti Cæciliæ Diaconi, & Sancti Sebastiani Martyris. Ante ipsum vero Altarium statui tabula argentea mirae pulchritudinis, quam ex parte deaurare feci: quem verò argentum a parentibus meis ego ipse accepi. Indumenta autem ipsius Altarii sunt duo Cercitoria & Coopertoria tres sericeæ Constantinopolitana. Altarium vero Septentrionale in honore Sancti patris nostri Benedicti & Sancti Mauri & Sanctæ Scholasticae Virginis consecrari fecimus, ubi sunt Reliquiae reconditiae Sancti Hippolythi Martyris & Sancti Enticii; ubi posui Cercitorium sericum Constantinopolitano, & duo Coopertoria similia sericas, & indumentum aliud quoddam

293 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 294

quotidianum, & Coopertorium de cen-
dato rubes, zenda o purpureo. Alia
duo Cercitoria se icæ Africanæ. Alium
verd Altare, qui postus est at meri-
diannam plagan in honore omnium San-
ctorum Apolorum, & Sancti Proto-
martyris Stephani. Et Sancti Laurentii
Levitæ & Martyris consecrari se-
cimus, ubi & reconditae sunt Reliquiae
Sancti Stephani Papæ & Martyris,
& Sancti Euticii Martyris, & Sancti
Timothei, & Sancti Sebastiani Marty-
ris. Indumenta verò ejusdem Altaris
Cercitorum & duo Coopertoria serica
Constantinopolitana, & alium Cercitor-
ium & Coopertorium de Zenda o.
Quadragesimali verò indumenta ip'orum
Altaria linea opere plumario alornata
tria. Ipsa zerd tria Altaria, quae sunt
ad Confessionem, primus aedificatus est
in honore Sancti Sepulcri Domini nostri
Iesu Christi, & ejus sanctæ Resurrec-
tionis, & sanctæ Crucis, & Omnium
Sanctorum. Sunt Reliquiae Sancti Valen-
tini Martyris, & ex petra sancti
Sepulcri Domini. In Altare meridia-
num qui aedificatum est in honore San-
cti Nicolai & Sancti Ambroxi &
Sancti..... Confessorum Christi, sunt
Reliquiae Sancti Cyriaci, & Sancti
Euticii, & Ciciliae Virginis. Altare
verò septentrionale aedificatum est in
honore Sancti Martini Episcopi & Con-
fessoris Christi, & sunt ibi Reliquiae
Sancti Pancratii & Euticii.

Interea ego ipse praedictus Theobal-
dus Monachus & Praepositus feci in
bac præsata Ecclesia Domini Liberato-
ris duo thuribula ex argento optimo,
quam ex parte deaurari fecimus miris
et que pulcri operis, scilicet Librorum
decem: & alium thuribulum similiter
argenteum huc posui, qui suit quondam
Genitori meo, cum bullis & figuris
deauratis. Similiter & fecit unum
Calicem de optimo argento cum duobus

A pateris, qui habent plus minus Libras
ex: & alii duo Calices parvi argen-
tei cum coopertoriis & corporalibus suis;
& alium Calicem argenteum deauratum
librarum..... & dimidia. Et alium
thuribulum de argento. Feci autem &
unam Crucem argenteam, quam deau-
ravi tota auro purissimo, & alia simili-
liter Cruce de auro puro, quas condivi
ex Ligno sancte Crucis Domini, & ex
Reliquis plurimorum Sanctorum. Posui
verò super Altare Sancti Liberatoris
unam Iconem eburnea, in qua celata
est imago sanctissimæ Genitricis Dei &
Virginis Mariae, & hinc inde imagi-
nes Sanctorum Martyrum, adque &
duas Cruces crystalinas. Posuimus au-
tem super ipsum Altare una Lena ser-
ica Constantinopolitana. Eminus hic duo
Scaramange, una diarodana & una pur-
purea. In una dedimus Bizanteos tri-
ginta septem, in alia Libras septem
& duo Africanos. Fecimus autem in
ac præsata Ecclesia Coronas de optimo
auricalibus, quas hic pendentes, & u-
num vestimentum sericum, qui suit
quondam Transmundi Comitis, quem
pro illius memoria in diebus festis hic
appendere constituimus. Inveni autem
hic unam pectoralem sericam cum qua-
tuor leones, quam ego undique adorna-
ri feci ex obtimo pallio & similiter coo-
pertorium ejusdem operis. Feci autem
scribere in hac prædicta Ecclesia ad
honore Sancti Liberatoris & Sancti Be-
nedicti hos Libros. Primis textum San-
cti Euangelii ex integro ex Libris
Constitutionis, & Manuale unum, quas
vestivi ex sericis indumentis, & deu-
per Cruces argenteas & garmmas & bul-
la & fibulas similiter argenteas. Pas-
sionarium unum a festivitate Sancti An-
derei usque in Sancti Petri. Omilia
Paschale unam usque in Adventum Do-
mini, divisa in duo volumina. Prophe-
tarum unum. Regum unum. Historio-
rum

rum usum. Vita Patrum majorum unum. Collocutiones Patrum, Collationes Patrum, & Instituta eorum in duo volumina. Moralia Pars prima & secunda & tertia super Eliud. Super Marcum unum Registrum unum. Historia Ecclesiastica una. Super Ezechiel duo. Vita Sancti Benedicti, & Sandi Mauri, & Sanctae Scholasticae in uno volume. Diadema Monachorum una. Caesarium unum. Epistolae Pauli unum. Actum Apostolorum unum. Isidorum unum. Librum Sanctae Trinitatis unum. Super Epistolae Sancti Jobannis Librum unum. Matricula una. Questionarium Sandi Augustini unum. Documentum unum. Hymnarium unum. Pronostica una. Prosperum unum. Concordia Canonum, & alium Librum Canonum. Orationale unum. Onilia de circuitu anni una. Confidit vitiorum unum. Regula una super Cantica Cantorum. Inchoaimus autem Omiliam Quadragesimale Storia Anglorum, Diatologum Sancti Martini, Epistolae Sancti Hieronymi. Quaterni pro Defunctis, Historia Pauli Orosii, & Medi. Indumenta vero Sacerdotalia fecimus hic Pluviales octo, Planetae sericae quatuor, & Castaneae tres cum Tunicis & Amictis & Stolis & Mappulis suis, & Dalmaticae quinque. Inveni autem & hic aliae quatuor Planetae sericae vetustae similiter cum ordinibus suis. Sunt autem & hic duae tres Stolae sericae cum auro, quas ego acquisivi. Eminus autem & Campanas tres: quartam vero ego ipse fundere feci; similiter & quinta. Posuimus autem ante Altare Sancti Liberatoris subtus arcum a pariete usque in pariete virgam ferream, quam replevimus candelis optimis de Babylonia, & statuimus, ut in Nativitate Domini, & festivitate Sancti Benedicti, & in Resurrectione Domini nostri Jesu Christi de predictis

A candelis repleatur, & omnes accenduntur. Similiter fecimus ante Altare Sancti Petri Apostoli, & Sancti Benedicti, ad Altare Omnium Sanctorum singulas virgas ferreas aracubitis tres ponit, & hic duas conchas de or calco optimas ad mandatum ut sibi Fratres pedes labent.

B Nunc autem obsecro omnes Monachos & Clericos, Abbates & Praepositos, necnon & omnes Laicos tam magnos quam & parcos, tam Praelatos quam & subditos, & omnes, qui Christiano vocabulo censemur in Christi Baptismate sunt abluti, per Deum Patrem omnipotentem creatorem coeli & terrae, & per Jesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum, qui pro salute totius Mundi carnem sumere & mortem suscipere voluit, & per Spiritum Sanctum, qui ex Patre Filioque procedit, ut nullos de os supra vel subter scriptos Codices vel ornamenti hujus sacraeissimae Ecclesiae Domini Liberatoris, in qua praesati Codices & ornamenti ego suprascriptus Theobaldus Praepositus scribere jeci vel acquisivi aut fieri praecepi, nullo modo tollere vel ausserre praesumat, neque in loco pignoris ponere, neque per aliud quotlibet ingenio binc, ut praeditum est, tollere praesumat. Quod si quis hanc nostram observationem vel obtestationem pro nibilo duxerit, & de hac omnia, quae superius scripta sunt, aliquid tollere aut minuare praeunferit, in primis in ira Dei Patris omnipotentis incurrat, & maledictionem habeat a Deo Patre omnipotente, & Jesu Christo Filius eius Domino nostro, & a Spiritu Sancto, qui ex Patre Filioque procedit, & non habeat sors neque partem in resurrectione justorum, neque in regno Dei, et sit pars illius cum Iuda traditore Domini nostri Jesu Christi, & cum Diabolo & ejus atrocissimis ministris in i-

gnem

gnem aeternum, qui numquam extinguitur, & anathematis vinculis sit relegatus hic & in futuro. Dicite quiesco omnes. Amen: Fiat, fiat. Similiter sortiatur & ille, qui hanc Cartula obsecrationis seu anathematis de hanc Ecclesiam Sancti Liberatoris quotlibet modo vel ingenio tollere aut exsturbare sum' erit. Amen. Scripsimus autem Thimologiae Sancti Isidori, & unum Quæstionarium, & alia Concordia Canonum, & tres Antiphonaria die, unum qui fuit Frater Aperdolfi, & unum qui fuit Frater Petri Guandalii, & alium qui fuit Fratris Sifredi: & una Planeta de Castanea cum Camiso & Amictu & Stola & Mappula: & unum Calicem argenteum ab intus deaurato, & Patena: & unum Mansuale optimum, quae fuerunt Fratri Johanni Romani, quem ego hic obtuli in Ecclesia Sancti Liberatoris pro illius anima. Omnes autem Planetae sericae, quae hic habentur, sunt.... & una de zondato, omnes cum ordine suo. Dalmaticae de serico quatuor: duo de staminea, una de pallio rubeo, omnes cum ordine suo, qui sunt omnes triginta quatuor; & uno Sedello argenteo super Altare Sancti Petri, ille, quod..... in die festivitatis unum purpurea, & unam Luppa, & unum Corium de Cervo mirae magnitudinis: & Calices undecim de argento, & unum Pallium Spanicum ad honorem Sancti Agnelli. Missali tres, & Manuali tres, & duae Matriculae: Cortinae maiores duae, minores quatuor: Conchas de aricarco tres. Duo Lenzena linei operati propter Altaria, & unum propter Litterio, & unum Pallio Spanisco, que dedit Adammo filius Bonifiliae pro redemptione animae suae: & unum Antiphonarium de nocte, quod dedit Johannes Diaconus & Monachus: & unum Ingressarium.

- A ✠ Ego Theobaldus Monachus, Sacerdos, & Praepositus hunc testamentum atque commoratorium fieri rogavi.
- ✠ Ego Azzo Sacerdos & Monachus consentio.
- B ✠ Ego Ursus Sacerdos & Monachus assentio.
- ✠ Ego Petrus Sacerdos & Monachus assentio.
- C ✠ Ego Tresdius Sacerdos & Monachus assentio.
- ✠ Ego Petrus Sacerdos & Monachus assentio.
- ✠ Ego Sisredus Sacerdos & Monachus assentio.
- ✠ Ego Petrus Sacerdos & Monachus assentio.
- D ✠ Ego Maisredus Levita & Monachus consentio.
- ✠ Ego Bernardus Sacerdos & Monachus consentio.
- ✠ Ego qui supra Theobaldus Abbas hunc testamentum firmavi, & inconveniens in perpetuum esse constituo.
- E ✠ Ego Theobaldus Abbas pro redemptione animae meae constitui in hoc Monasterio Sancti Liberatoris, Quarteni de Euangelia plenarii, cum Epistole Sancti Pauli in simul se tenentes: unum Hymnarium cum Oratione & Breviario, & unum Psalterium: unum Antiphonarium de die, bullatum, investitum de rubeo: & Quarteni de Passionario de Computo, qui est inventito de corio nigro: & Quarteni de Quæstionario. Altare Majore, qui est in medio Ecclesiae Sancti Liberatoris aedificatum in honore Dei Patris omnipotentis & Iesu Christi filii eiusdem Domini nostri, & Sancti Spiritus, & Beatae Mariae semper Virginis eiusdem Dei Domini Iesu Christi, & in honorem Sancti patris nostri Petri i, Sanctorum Martyrum, quorum Reliquiae illic reconditae sunt, idest Sanctorum Cornelii & Cypriani, Marii, Mar-

Marthae, Handifas & Avanc & Quirini, Urbani & Flaviani, & Sancti Euticii, & Sancti Isidori, Martyrum, & Sandorum Chrysanti & Dariae, & Sandae Felicitatis, & Sanctae Rufinae & Secundae, & aliorum Sandorum Martyrum, quorum nomina nescimus, quae venerunt nobis de Lateranensis Palatio. In Altare meridianum, quod est super Campanile, dedicatum est in honore Sancti Blasii, & Sancti Johannis Chrysostomi, & Sancti Remigii, & Sancti Severini, & Reliquiae Sancti Chrysanti & Dariae. Altare vero septemtrionale dedicatum est in honore Sancti Agnelli & Sancti Antonii, & Sancti Sabae, & Sancti Galli Confessoris. Frater Petrus Altoni duo Pluviales, & unum Circitorium, & unum Coopertorium, & unum parium de cera aptata de argenteo, & una Crux de argento. Frater Lupus unum Pluviale. Frater Benedictus unum Pluviale, & unum Circitorium, quod fuit de muliere Zaconi. Adalberto filio Guidonis una Planetula do..... unum parium de cera aptata, & unam tabulam de argento. Frater Fozzo unum Galicem de argento. Frater Stabile unam Planetam de castanea. Frater Azzo unum Antiphonarium de die. Bruczo unum Pluviale. Giso unum Pluviale. Johannes Presbiter unum Pluviale. Genebaldo una Dalmatica. Johannes Monachus una Cortina. Duo Pluviali, & unum Coopertorium, quod fecit Johannes Eremita.

Scriptum est hoc Testamentum temporibus Domini Henrici, Catholici ad que serenissimi Imperatoris, Anno Imperii ejus, Deo proprio, in Italia Septimo.

Quod tamen animadvertisendum, turbulentissimis iis temporibus tot sacra Cimelia direptioni latronum,

A holtium, Principum impiorum, immo ipsorum quoque Ecclesiae Pastorum, Deum praec oculis minime habentium, quotidie obnoxia erant, adeo ut sapientiores satis ducerent in sius Pauperum suam liberalitatem effundere; probe arbitrati, neque fures, neque tineas, neque aeruginem thesauris ita distributis bellum amplius illatura. Et quamquam liberales erga Ecclesias jsta apud homines commendatio, & merces in caelis copiosa maneat: Pauperum tam cura ab iis praeferebatur, velut res laepe Deo gratior. Vide Dissertationem XXXVI. de Hospitalibus. Alteram gentis religiosae munus familiare tunc fuit, divino cultui in Templo tolicite operam dare, Psalmos & Hymnos canere, & singulas Liturgiae partes decenti splendore ac pietate peragere. Prae ceteris hec pia eminebat Monachorum solertia. Eorum cantus, preces assidue, compositio corporis, & nocturnae Vigilie, ita in oculos & aures spectantis aut audientis Populi incurrebant, atque in omnium animos tam suaviter penetrabant, ut opinari liceat, tum ex aliis causis, tum etiam ex ista originem sumisse tot Monasteriorum fundationes, & munificentiam Fidelium in ordinem Monasticum. Praeter diurnas Psalmorias & Canticas, quae Horas Canonicas nunc appellamus, exsurgebant ii nocte ex antiqua institutione, quam Sanctus Benedictus in Occidente propagavit, ad Matutinum, sacramque Synaxim peragendam; suumque Creatorem ac Dominum laudantes diu ac interdiu, intermixto Hymnorū & Psalmorum cantu, auditorum praecipue animos pia ac mirabili delectatione rapiabant. Non satis hoc fuit. Insignia Coenobia tum in Oriente, tum in Occi-

301 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 302

Occidente, his etiam singularem addidere praerogativam, inventa vide licet perenni ac perpetua Psalmodia, quum sibi vicissim ad Psalmos recitandos Monachorum Chori succedentes, nullum diei ac noctis momentum a divinis laudibus vacare sinerent. Propterea non vulgus tantummodo, sed & Principes viri ac feminae, & plerique Regum, multique etiam ex Episcopis, obsequio ac amore peculiari Monachos prosequabantur, eorumque domicilia studiosissime multiplicabant. Anspertus Mediolanensis Archiepiscopus, ut uno exemplo u-

A tar, Xenodochium & Basilicam construxerat, quorum curam Monachis Benedictinis commendavit, praecipiens, ut ibi quotidie oculo Monachi Monasterii ipsius Sandi Ambrosii esse debeant, qui in jam dicta Basilica mea Officium & luminaria faciant, & pro me & jam ditis parentibus meis Missas, Vesperum, Vigilias, & Matutinum Defunctorum faciant. Institutionis hujus tabulas (quales tamen, infra dicam) e schedis MStis Clariss. Puricelli in Archivo Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris adseratas ego descripsi.

Ansperti Archiepiscopi Mediolanensis Testamentum, quo Xenodochium in Civitate constituit, atque illud relinquit Monasterio Sancti Ambrosii, distributiones ibi facientes paeſcribens; Anno 819.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. „ Karlomannus divina providentia ordinante Rex Longobardorum in Italia Anno Regni ejus Secundo, X. „ die mensis Septembris, ingrediente Indictione Tertiadecima. Ego in Dei omnipotentis nomine Anspertus humilis Archiepiscopus sanctae Mediolanensis Ecclesiae, & filius bone memorie Albucii de Blassono, qui vixit Lege Longobardorum, presentibus dixi. Sacerdotalis dignitas coavenit, ut ad exemplum aliorum suis rebus procuret pro remedio anime sue, quatenus dum suis rebus bene disponens apud omnipotentem Dominum mereatur inde retributionem promereri. Et ideo ego, qui supra, Anspertus Archiepiscopus per hanc paginam ordinationis mee disponere & ordinare videor omnia pro anime mee remedio, seu suprascripti Al-

C „ bucii genitoris mei, & Garidrude genetricis mee, ac fratri mei Benedicti, & filii ejus Albucii, seu reliquias quorum parentum meorum, ut inordinata non relinquam. Primis omnium volo & statuo, atque per hunc textum judicati mei confirmo pro amore Dei & Domini nostri Jesu Christi, ut easas illas tam solariatas quam & salas intra hanc Civitatem Mediolani, que fuit domus habitationis mee, ubi ego in propria clausura mea in honorem Dei & Sanctorum Christiani Confessorum Satyri, & Silvestri Pape, & beati Ambrosii Episcopi Basilicam a fundamentis edificavi, & illas easas tam solariatas quam & salas, que mihi ex commutatione advenerunt da parte Monasterii Sancti Silvestri, situm Nonantula, que secum ad easdem casas, que fuit domus habitationis mee, tenere videntur cum areas,

Tem. XI.

V

„ CHX-

„ curtes, hortos, puteos, clausuras,
 „ ac pristina omnia una tenentem
 „ cum omnibus edificiis inibi con-
 „ structis, cum finibus & accessioni-
 „ bus suis in integrum, sit Senodo-
 „ chium presenti die obitus mei in
 „ elemosinis pauperum, & suscep-
 „ tione peregrinorum, eo ordine sicut
 „ hic subter statuero. Et volo ut
 „ habeat ipsum Senodochium meum,
 „ ut ibi debeat pertinere jam dicta
 „ Basilia a me inibi construxta cum
 „ omnibus quicquid a me, vel a
 „ quacunque persona collatum fue-
 „ rit. In primis volo & statuo i-
 „ dem Senodochium habere & tenere
 „ Curtem illam, que Palatiolum dici-
 „ tur, quam per Preceptum a memo-
 „ rande ac reverende recordationis piis
 „ simo Arnulfo Rege adquisivimus, cum
 „ omnibus ad eandem Cortem per-
 „ tinentiis & adjacentiis, quatenus
 „ anime sue nostreque perenniter ero-
 „ ficiat in integrum; seu & Cor-
 „ tem illam domui coltilem juris
 „ mei, quam habeo in loco & fun-
 „ do Blassono, cum omnibus casis
 „ & rebus ad ipsam Cortem domui
 „ coltilem pertinentibus vel aspi-
 „ cientibus, atque casis massariciis,
 „ libellariis in eodem fundo Blassono
 „ cum omnibus rebus, ut diximus,
 „ ad se pertinentibus, quicquid mihi
 „ in ibi in jam dicto loco & fundo
 „ Blassono, ex successione parentum
 „ advenit, seu per qualescumque fir-
 „ mitates, vel undecunque a me ini-
 „ bi devolute sunt; ante positum il-
 „ lud, quod exinde per aliam ordi-
 „ nationem meam Ariprando & Liue-
 „ prando germanis, nepotibus meis,
 „ vel ut supra in predictis locis San-
 „ torum habendum confirmo, aut
 „ in meis hic subter habere
 „ dixerim, vel amodo exinde per
 „ scriptum manibus meis firmatura

A „ alicui dederim vel dedi; nam alia
 „ omnia quidquid in jam dicto loco
 „ & fundo Blassono in integrum ha-
 „ bere statuimus, & habet Senodo-
 „ chium ipsum Silvas meas stellarias,
 „ quas habeo in loco ubi nominatur
 „ Ciucuni & Bariuni ex integrum.
 „ Simili modo statuo habere idem
 „ Senodochium meum Curtem illa-
 „ domui coltilem juris mei, quam
 „ habeo in loco & fundo Cavannaco
 „ cum casis massariciis, libellariis
 „ & omnibus rebus, seu territoriis
 „ ad ipsam Cortem domui coltilem,
 „ & casis massariciis, seu libellariis
 „ pertinentibus in integrum, atque
 „ casis & omnibus rebus juris mei,
 „ quas habeo in locis & fundis Li-
 „ nione & Balfemo, Monticello &
 „ Quinto prope Vico Campornico,
 „ seu Panteriano, atque Capunna-
 „ go; & cum omnibus rebus, di-
 „ versisque territoriis ad ipsam Cor-
 „ tem & casis & massariciis perti-
 „ nentibus in integrum anteposita
 „ mobilia & familia. Insuper volo,
 „ ut pertineat ad ipsum Senodochium
 „ meum casas illas solariatas & fa-
 „ las, que sunt pristina juris mei,
 „ cum areis, curte, & puteo, &
 „ omnibus edificiis mihi constitutis,
 „ quas habere videor intra hanc Ci-
 „ vitatem Mediolani, non longe a
 „ Foro publico, quod vocatur A-
 „ samblatorio, cum finibus & acce-
 „ sionibus suis in integrum, ut di-
 „ ximus est, pro anime nostre re-
 „ medio.

B „ Simili modo habeat ipsum Se-
 „ nodochium meum casas illas juris
 „ mei, quas habeo extra hanc Civi-
 „ tam non longe a Porta Roma-
 „ na, cum areis, curte & horto. &
 „ puteo una tenente cum accessione
 „ sua in integrum ad utilitatem ip-
 „ sius Senodochii, habere possit be-

C „ ves

„ ves & reliqua animalia. Insuper A „ etiam habeat, & ipso sancto Se-
 „ nodochio pertineat a presenti die
 „ obitus mei, quod habere visus
 „ sum in loco & fundo Leuco pro-
 „ pe Lacum, faciatque inde lumina-
 „ ria pro anime mee remedio, seu
 „ predictorum parentum meorum,
 „ sicut & de aliis rebus meis a me
 „ inibi collatis pro anime nostre re-
 „ medio. Illud statuo & confirmo,
 „ ut sit Senodochium ipsum a pre-
 „ senti die obitus cum omni inte-
 „ gritate sua in jura & potestatem
 „ Monasterii Sancti Ambrosii, situm
 „ foris muros ipsius Civitatis Me-
 „ diolani, ubi ejus sanctum Corpus
 „ quiescit humatum, in subsidium
 „ Fratrum Monachorum ibi Deo de-
 „ servientium, perpetuis futuris tem-
 „ poribus habendum, & inibi Cella-
 „ monachorum in sempiternum esse de-
 „ beat, ubi quotidie octo Monachi
 „ Monasterii ipsius Sancti Ambrosii esse
 „ debeant, qui in jam dicta Basilica
 „ mea & officium & luminaria faciant,
 „ & pro me & jam dictis parentibus
 „ meis Missas, Vesperum, Vigilias,
 „ & Matutinam Desunditorum faciant,
 „ & in ipsa Cella regulariter vivant,
 „ seu etiam perpetuis temporibus e-
 „ lemosinam, quam subter termina-
 „ vero, pro animabus nostris disper-
 „ gant: & ipsi octo Monachi ab
 „ Abbe Monasterii semper ordi-
 „ nentur. Et ipsum Senodochium &
 „ Cella cum omnibus rebus ibi per-
 „ tinentibus in integrum, sub ejus
 „ Abbatis, qui pro tempore fuerit,
 „ potestate & dominio recta sint. Et
 „ hoc volo atque confirmo, ut Mo-
 „ nachi, qui in eadem Cella ab
 „ Abbe suprascripti Monasterii San-
 „ cti Ambrosii ordinati fuerint, pa-
 „ scere debeant in ipsum sanctum
 „ Senodochium meum per omnes

„ Kalendas pauperes centum, & da-
 „ re debeant per unumquemque eo-
 „ rum dimidium panem, & inter
 „ quatuor vinum festario uno, com-
 „ panaticum lardo aut caseum inter
 „ quatuor homines libram unam,
 „ legumina per Kalendas totis insi-
 „ mul sextaria quatuor. Similiter
 „ per omnes Kalendas pascant ibi
 „ Pauperes, qui dicuntur Schola San-
 „ cti Ambrosii, inter masculos &
 „ feminas numero viginti, & dent
 „ per unumquemque singulos panes,
 „ vinum singulas minas, companati-
 „ cum lardum aut caseum dimidia
 „ libra, legumina per Kalendas totis
 „ simul sextaria duo. Et per omnes
 „ dies Veneris de Quadragesima pa-
 „ scant ibi Pauperes centum, &
 „ dent unicuique dimidium panem,
 „ & pisces, & vinum. Et cum re-
 „ fecti fuerint, & Domino dixerint
 „ laudes, jam dicti Senioris mei Ar-
 „ nulsi Regis anime proficiat, mihi-
 „ que, seu predictorum parentum
 „ meorum similiter proficiat ad gau-
 „ dium, animarumque salutem. Et
 „ pascant per annum die annualis
 „ defunctionis mee infra ipsum Se-
 „ nodochium & Cellas Presbiteros
 „ viginti quatuor decenter, & dent
 „ unicuique eorum singulos cereos,
 „ & offertiones, & denarios sex, ut
 „ predicto & in omnibus memorato
 „ Augusto, mihiique, & omnibus
 „ supra nominatis parentibus meis
 „ sempiternaliter proficiat. Et quali-
 „ ter Abbas, qui in jam dicto Mo-
 „ nasterio pro tempore fuerit, &
 „ Monachi in sepe nominato Seno-
 „ dochio & Cella mea instituta, ab
 „ eodem Abbe ordinati fuerint, &
 „ ibi habitaverint, de his omnibus
 „ fecerint, Deum omnipotentem &
 „ Jesum Christum Filium ejus ha-
 „ beant propitiatorem. Quid si for-

„tē, quod absit, hujus nostri judicati prevaricatores fuerint, & secundum quod superius diximus, non fecerint, indignos Christi remuneratio, sempiterno anathematis vinculo reos, damnatosque censim, & cum Christi proditore Juda pena indeficienti plectendos stabilientes innodamus. Insuper st̄ tuimus, ut his pretermis̄, non jam Abbat̄ pretaxato, aut Monachis sub ejus dictione degentibus, sed his solummodo, qui nostri ex titerint erogatores deveniant quemcumque superius fieri adjudicavimus, & ipsi prout melius paruerint, pro remedio anime dive memoriae Regis Arnulfi, nostreque ac parentum nostrorum, Genitoris mei, videlicet Albucii, & Garidruiae Genitricis, seu Benedicti fratris mei, atque Albucii nepotis mei, distribuant. Hec autem, cum ad vixero, in mea reservo potestate ordinandi, disponendi in aliis modis, qualiter voluero. Nam quod in alio modo non transmutavero, sic permaneat firmius & stabilius juxta legem, sicut superius legitur; pro anima Regie, nostreque, parentum nostrorum, ut supra, medio, quia in omnibus sic decrevit mea bona voluntas. Hanc enim Cartulam ordinationis mee Gervasium Notarium scribere rogavi, in qua subter confirmans testibus obtuli roborandam.

„Actum autem Civitate Mediolanum.

Notae Chronologicae Annum designant DCCCLXXIX. quo revera dcurrebat Carolum Annus Secundus Regni Italici. decima die Mervis Septembris, ingrediente Indictione Tertiadecima: quod postremum est adno-

A tandem. Verū animadverte, memorari heic ab Anspero Curtem Palatiolum, quam per Praeceptum & memorandae reverendae recordationis piissimo Arnulfo Rege adquisivimus. Infra pascendos Pauperes quotannis jubet, ut eleemosyna jam dicli Senioris mei Arnulfi Regis animae proficiat. Id etiam repetit, addens infra, sibi in votis esse, ut pia ejusmodi liberalitas vim habeat pro remedio animae divae memoriae Regis Arnulfi. Sed quis iste Arnulfus Rex, qui ex ipsis quoque Chartae verbis jam e vita excessisse videtur? Non certe Arnulfus Carlomanni Regis supra memorati filius: is enim non nisi aliquot post annos Regium titulum assūmisit, & serius Italici Regni, immo & Imperii coronam sibi procuravit. Praeter istum, alium Arnulfum eō tempore quisnam mihi indicet? Evidem nodum hunc solvere ut quisquam possit, vereor; ac proinde suspicari interim cogor, aut interpolatam aut confitam Chartam hanc, licet aliis sinceritatis notis non destitutam. Accedit, quod nullum semihī obtulit antiquum illius exemplum, eamque ego unice debo. Puricelli schedulis. At in viam redemus. Splendorem quoque addidere externo cultui Religionis Catholicae Canonicī, quorum institutio Seculo praesertim vulgaris Epochae Nonō propagata est per Italiā, Galliā, atque Germaniā, ut infra in Dissertationē LXII. ostendam. Quā enim summe laudatus Psalmodiae ac Hymnodiae usus apud Monachos ferveret, ceterae vero Clericorum Secularium Ecclesiae in ejusmodi ornamento vix se eū cū Monasticis comparare possent, visum est ad decorē domus Dei spectare, simulque ad pietatis augmentum, saltem in

Cathedralibus instituere Chorus canentium divinas laudes statim horis diurnis atque nocturnis: quod re ipsa multa cum laude peragere coeperunt, & adhuc ab iis peractum intuemur. At inquires: nulla ne erat in Clero Seculari ante Canonicorum institutionem Psalmodia, nulla divinarum laudum & precum modulatio? Erat sane vel a primis Ecclesiae Seculis, sed non ordine illo, plenitudine ac maiestate, quam postea invexit Monachorum & Canonicorum chorus. Neque ulla ferme erat Baptismalis, hoc est Parochialis Ecclesia tam in Urbibus quam ruri, quae festivis diebus Missam & aliquam Officii divini partem non caneret, sive Matutinum, sive Vesperas, aliisve Psalmis ac Hymnis decantatis, Deo tributum laudis & precationum non solveret. Vide infra Dissertationem LXXIV. de Parochiis, ubi Chartam proferam spectantem ad Annum Christi DCCXV. & de ruralibus Parochiis agentem. Culpatur ibi Adeodatus Episcopus Senensis, quod infantulum habentem annos non plus duodecim ad Presbyteratus Ordinem evenisset, qui nec Vespere sapit, nec Matodinos (idest Matutina) facere, nec Missa cantare novit. Verum Canonicorum ordine instituto, tunc coepit frequentius agi, & augustius procedere divina res & cantus in Templis Cathedralibus: Immo ad eorum exemplum permultae Ecclesiae minores, sive urbanae sive rurales, Collegium & ipsae Canonicorum (eas proinde Ecclesiis Collegiatas nunc appellamus) sibi constituerunt ad cultum Dei rectius peragendum. Certatim autem piorum Populus, recurrente die Dominico, ceterisque sacris anni festivitatibus, confluens ad audiendam Psalmodiam, & gra-

A vem illam Sacerdotialium vocum musicam. Interesse Missae & divinis hisce laudibus, praecipuum tunc fuit Christianae gentis studium atque delicum. Immo religioni sibi quisque ducebat a sacris hisce Mysteriis abesse. Multis etiam in locis ad psallendum Laici ipsis admittebantur. Mirum autem in modum aucta deinde est Populi delectatio, & ad sacras aedes concursus, quum primum ex Oriente in Occidentem translatus est Organi pneumatici usus & melos. Incredibile dictu est, quanto stupore ac voluprate primum exceptum fuerit. Aquisgrani ejusmodi ingeniosum plane inventum, hoc est Anno Christi DCCCXXVI. quo tempore Venetus quidam Presbyter ad Ludovicum Pium profectus, secum e Graecia tulit artem Organa conficiendi. Vide quae attuli in Dissertatione XXIV. de Artibus Italicorum. Praeterea Imperatores ac Reges, & ad eorum imitationem alii quoque Principes, Oratorium sive Cappellam in proprio Palatio habere consueverunt, ubi Cappellani ad id selecti Missam ac divina Officia singulis diebus ac noctibus peragebant. Thomasinus V. Cl. Part. Primà Lib. 2. Cap. 109. de Beneficiis, opinatur, sub prima Regum Francorum stirpe fuisse Oratorium in Palatio Regio cum suo Clero. Mihi contra major habenda fides videtur Paullo Diacono, qui Liutprando Langobardorum Regi inventum hoc tribuit, scribens Lib. 6. Cap. 58. de Gestis Langobardorum: *Intra* *suum quoque Palatum Oraculum, (hoc est Oratorium) Domini Salvatoris aedicavit; & quod nulli alii Reges habuerant, Sacerdotes & Clericos instituit, qui ei quotidie divina Officia decantarent.* Id verò factum. ut commodior summis Principibus accessus esset

esse ad divinum cultum, & horas Canonicas: saepe enim & ipsi intererant una cum sua familia sacris hisce Officiis. Parco, aliis exemplis, unum ex Donizone petiturus, qui Libro Primo Cap. 14. Vitae Mathildis, Tomo V. Rer. Italicar. de Bonifacio Duce ac Marchione Tusciae Mathildis patre haec scribit:

Psaltebant semper Capellani reverenter Horas nocturnas sibi quotidieque diurnas.

Nemo Capellam super ipsum Praesul habebat:

idest Oratorium, ubi magnificentius divinae laudes psallerentur, & sacris operarentur Ecclesiae Ministri.

Ceterum pietas Christianorum, dum barbarica Saecula fluebant, erga Sanctos potissimum enituit: quod argumentum infra in Dissertatione LVIII. mihi pertraetabitur. Nunc aliquid edicendum de eorum pietate erga vitam defunctos. Certe vel ab ipso exordio Christiani nominis mos fuit, per Ecclesiastica suffragia, hoc est per incruentum Sacrificium, Eleemosynas, & Preces pias, conciliare Fidelium mortuorum Animabus pacem & requiem apud misericordem Deum. Cujus rei testes innumeros & locupletissimos ex universa antiquitate petitos prae manibus habemus. Pari studio, ne dicam flagrantiori, subsequuta Christianorum Secula aut sibi post mortem, aut aliis iam defunctis praefidium quae rere a Deo non deliverunt. Eà de causa integras hereditates, aut alia dona in sinum Monachorum & reliqui Cleri, aut in subsidium egenorum, certatim effundebant. Haec mihi, utpote explorata, nullo exemplo confirmanda duco. Itaque duo

A duntaxat adnotabo. Alterum est consueuisse antiquitus Christi fideles sibi quidem, agnatis, amicis, ac de se bene meritis propitium Deum facere, ut a poenis post mortem illatis, & culpis veniam dignis exsolverentur. Sed ad omnes demortuos haec tenus non legi propagatam tunc fuisse piam privatae gentis munificentiam. Omnium in signo Fidei decedentium necessitatibus consulere munus tunc fuisse videtur unius Cleri, sive Ecclesiastici ordinis; nam & in quotidianis Sacris, & in Psalmodiis, aliquisque sacris precibus, commemoratio fiebat universorum Fidelium vitam functorum, & pro cunctis deprecatio erat, & adhuc est, ad Deum. Institutum quoque fuit ante plurima Secula Officium Desunctorum, teste Amalario, qui circiter Annum DCCC-XXXVI., suos Libros scribebat. Ex cogitatae quoque fuerunt Missae pro Dei uniti; atque a Sancto Benedicto Ananiensi Abate (qui & ipse in eunte Saeculo Nono floruit) excoigitatum est quinarium Psalmorum pro omnibus Fidelibus desuntis, ut alia omittam. Denique stata dies Anni praescripta fuit, qua omnium Desunctorum commemoratio haberetur. Ejus institutionis auctor a multis fertur Sanctus Odilo Cluniacensis Abbas, circiter Annum Christi XL. Pristimum vero inventum Romani Pontifices ad universam Ecclesiam extenderunt. Serius ergo audiri coepit est Sacerdotum vox, & cura perennis tum in concionibus, tum in aliis locis, ut Fidelium mortuorum Reipublicae per universum viventium Populum subveniretur. Serius excitatiae fuerunt tot disputationes de paenit Purgatoriis, atque de Animarum statu in iis locis; hoc est, certissimo Dogmati additae sunt non pau-

paucae quaestiones, de quibus veri A antiquissimis etiam temporibus tenui
quidem similia, sed nihil certi pro-
nuntiare possumus. Serius tandem ni-
hil praetermissum est, quo tum homini-
num nentes, tum oculi commove-
rentur ad praestanda Defunctis omni-
bus officia pietatis, quae ramen ple-
rumque ad unam celebrationem Mis-
sarum & Officiorum redigebantur.
Invaluere ista praelertim, postquam
usus Canonum Poenitentialium at-
enuatus est, graviusque postquam ii
penitus sunt e medio sublati. Alter-
um, quod heic animadvertendum
est, pertinet ad salutare Sacrificium
Missae, quod mortuis quoque Fidelib-
us professe, constans & antiquissima
est Ecclesiae Catholicae doctri-
na. Non tantum die obitus, sed

B

invecta fuit a Fidelibus Anniversaria
dies obitus sui, aut suorum: quo die
illorum animabus praestita sunt suff-
fragia Missarum, aut precum, aut e-
leemosynarum. Anniversaria dies, vel
Trigesima, Tertia, vel Septima alicuius
Defuncti memoratur ab Hincmaro
Remensi in Capitul. ad Presbyteros,
Cap. 14. Alcuinus quoque, Amala-
rius, ac alii ex antiquis eadem me-
moriae tradiderunt. Sed hunc eum-
dem ritum longe antiquorem Inscriptio
prodit, Romae in Aede Sancti
posita, quam Turrigius refert in Lib.
de Crypt. Vatican. Part. 2. pag. 405.
& apud Bosium in Roma Subterraneo
Lib. 2. Cap. 8. Nempe, ut ibi le-
gitur,

DEP. EST BOETIUS CL. P.

OCT. KAL. NOBER IND. XI.

DOM. N. JUSTINO PP. AUG. ANN. XII.

ET TIBERIO CONST. CÆS. ANN. III.

ideſt Anno Christi DLXXVII. ex quo intelligis, exordium Indictioni Undeci-
mae datum fuſſie Septembri Mense ejusdem Anni. Succedunt haec alia:

DEPUTAVIMUS IN ISTA SEPULTURA NOSTRA
EX TM PAGINM AD OBLATIONE VEL
LUMINARIA NOSTRA
ORTI TRANSTIBERINI
UNCIAS SEX FORIS MUROS &c.

Hoc est, ut opinor, deputavimus in
ista Sepultura nostra ex Testamenti pa-
gina ad oblationem &c. En quo in
loco tunc foret vel in ipsa Urbe Lin-
gua Latina. Heic autem designari
intelligas Oblationes & Luminaria
non semel facienda pro illius Anima.
Ad haec Monachi suorum Fratrum

C Anniversaria instituerunt, ut prodit
Clariss. Mabillonius in Praefatione
ad Seculum Tertium Actor. Sanctor. Ordin. Sancti Benedict. Observat. 27.
Rosum Patavinum Episcopum fama
adhuc commendat, quod Templo San-
ctae Justinæ Coenobium (postea ce-
leberrimum) in sua Urbe addiderit;
tra-

traditumque Monachis Benedictinis nobili Xenodochio amplificarit. An eidem tribuenda sit Monasterii illius aedificatio (quod Cavaccius, Ughellius, Ursatus, ac alii tradunt) aliis inquirendum relinquo. Plura in hoc idem argumentum ego supra conges-
si in Dissertatione XXXIV. de Diplomatibus. Xenodochii quidem funda-
tio certa videtur: cuius instrumentum, quoniam supra laudatus Mabil-
lonius in Annalib. Benedictin. ad An-
num DCCCLXX. optabat, ut Ca-
vaccius, aliive publicâ luce donas-

A sent, ego quod ille neglexit, perficiam, et praecipue de causâ, quod ibi Anniveraria dies illus obitus celebranda statuitur. Autographa minime est Charta illa: est tamen exemplum pervetustum, in quo non Rofius, sed modo Rorius, modò Ro-
rius (nescio an ex incuria Librarii) scriptum fuit. Spectat autem Char-
ta, non ad Annum DCCCLXX. ut hucusque creditum, sed quidem ad Annum DCCCLXXIV. de quo dubitate nos non finunt notae Chrono-
logicae.

Rorius Episcopus Patavinus Xenodochio Sanctae Justinae a se aedicato magnificam donationem terrarum & servorum facit, Anno 874.

In nomine Domini. Imperante Dom-
ino nostro Hlodowico Imperatore,
Hlotharii filius, postquam imperiare
cepit, Anno Viceximo Quinto, VI. No-
nas Madii, Indictione Septima, felici-
ter. Offerionem vel tradizione que sa-
cere visus sum ego in Dei nomine Ror-
fus sancte Patavine Ecclesie Episco-
pus una per consensu & voluntate A-
vocato meo nomine Hercomario, in Ec-
clesia Sancte & venerabilis Justine vel
Senaedochium, quo ego ipse a funda-
mentis pro remedium anime mee edifi-
care precepi, que sita est prope Eccle-
siam ejusdem venerabilis Virginis Justi-
ne, in qua ejus sanctissimum Corpus hu-
matum requiescere videtur: ubi vir ve-
nerabilis Christiano Presbiter &
anobis electum & ordinatum Abba pree-
sse cernitur. Ideoque ego qui supra Ror-
fus nunc Pontifex, considerante me Dei
omnipotentis misericordia & remedium
anime mee offero atque trado ego Ror-
fus Episcopus secundum Legem Salicam
ad presenti die omnes res meas,
quas habere & possidere videor in Mon-
te Silicis, sive in finibus Patavense, vel

C Comitatu Vicentino, offero & trado ad
supradictum aluisicum locum, & tibi
Christiano Abbat, vel ad Fratres, qui
in ipso Senodochium religiose viscere de-
gunt, ut abeatis exinde alimonia sive
vestimentum ad usui vestro, ut pro me
indigno peccatore preces onnipotenti Deo
sumulare incenauerit dignetis, vel in ip-
sum venerabile locum dejervire valea-
tis. Id est in primis offero atque trado
ego Rorius humilis Episcopus Curte mea,
que nuncupatur Maierada cum Capella
que in honorem beati Martini Confes-
soris ego ipse a fundamentis edificavi
vel. concreavi, cum caales & omnia,
quantum ad ipsam Curtem pertinere di-
noscitur, & similiter trado & offero
Curte mea infra Civitatem Patavi cum
Oratorio suo, qui in onore beati Petri
Principis Apostolorum dedicata est, cum
omnia, que ad ipsam prefatam Curtem
vel Oratorium pertinere videtur. Nec
non & Curtem meam in Cervarises cum
Oratorio suo, quod in onore Sancte Cru-
cis est consecratus, que sita est in Co-
mitatu Vicentino, trado & offero cum
omnia adjacencia & pertinentia sua;

Has

Has prenominatas Curtes ex integrum, quantum ad manus mea hodie abere vel possidere visus sum, trado & offero ad presenti die in jam prenominata Ecclesia beate Justine Virginis, vel in Senodochium cum omnibus edificiis earum, & cum silvis, aplectaneis, ortis, areis, vineis, campis, pratis, salectis, paescuis, ac stallareis, pomiseris arboribus, paludibus, usis aquarum, rivis, rubinis, monte, plano, omnia in integrum, cultum & incultum, quantum ad me pertinet, vel pertinere vel possidere visus sum. Et offero atque trado in predicto venerabili Loco similiter a die presenti & hora Servis & Ancilis meis pro anima mea, corum nomina sunt: Lupulus, & Justiolus cum filio suo item Justolo, Rodulfus, Luvari, Petrus, Vidolus, Adam, Beffanius cum uxore sua nomine Eta, Felicitas cum filia sua, Gallidolus cum uxore sua & duos filios suos, Riculus, Regisilda & filia ejus Rotruda, Willi, Juba, Rotruda, Altemanno cum uxore sua Gaudencia & filia sua Ausperga, Liutecarda & filia ejus Helmedruda, Radperga, Willi, Liuba cum filias suas Egena & Videolina & Liucinda & Gisemperga, Justola, Regingunda, Agneola cum filias suas Orsolane & Senatre, Unica, Fuscola, Gisemperga, & quanti nati vel procreati fuerint, postquam in potestate mea devenerunt.

Istas supra scriptas res vel mancipiis, quorum nomina vel loca superius leguntur, & ubicumque proprietario nomine a me possessum vel devolutum est, & hodie a manu mea teneo per liberam eracionem & vendicionem & emcionem sive per donationem nec non & communicationem vel blandimentum secundum Legem meam Salica possessum habeo, offero adque trado ego Rorius Episcopus ad presenti in jam prenominatum locum pro remedium anime mee, & e-

A xinde nibil michi reservavi. Processus sum, in tali verò timore offero & tradò supra nominatas res seu familias, ut si ego Rorius Episcopus, quod fieri minime credo, vel aliquis ex Successoribus meis de predictis res vel mancipiis, corum nomina & loca supra annotatas esse videntur, vel qui de ipsis hominibus nati vel procreati fuerint, retolleret de ipso venerabili Loco, aut contrarie voluerimus, sive tibi Christiano Abbatu vel a Successoribus tuis, & omnia, sicut supra legitur, non adservaverimus ego Rorius Episcopus vel Successoribus meis, tunc deveniat ipsas res vel familias quod supra legitur, in potestatem Regis, qui pro tempore Italiae regere videtur. Hec ideo adfiximus, ut mea que supra Rorius Episcopus offensio sive traditio perhennis temporibus in ipsum omnificum Locum, quod supra legitur, inviolabilis & inconcusse permaneat. Iterum volo adque instituo, ut tu Christianus Abbas vel Successores tui ab hac presenti die, quod est Sexto Nonas Madii pro ipsa offensionem vel tradicionem, quod ego hodie facio per omni die pro me pacere debeatis pauperes numero tres, dum ego, qui supra Rorius Episcopus, advixero, sive post meum decesum, & in Annuale verò meo per remedium anime mee pacere debeatis ter Sacerdotes, & Letitas numero quadraginta. In alio verò die quod post Annuale meum evenerit, volo adque instituo, ut reficiantur ibi in predicto loco pauperes numero centum. Et cum ipsis pauperes reflecti fuerint usque ad saturitatem, laudem Deo referant, & proficiant ad salutem pro anima mea. Quod si tu Christianus Abbas vel Successores tui de predicta elemosina quod pro anima mea dare instituo, aliquid retrore volueritis, una neglexeritis facere, in omnipotenti Dei iudicio reservo sui omnia manife-

ſea ſunt, & nihil ei latet. Sed nolle quod volui, niſi quod a me ſemel fa-
dum bono animo eſt, perhennis tempo-
ribus inviolabilis permaneat. Et mani-
fēſtus ſum ego Rorius Epifcopus qui a
pagina & calamo cum pinna de ter-
ra levavi, & Uſari Nothario ſcribe-
re ſic rogavi, & teſtibus obtuli robo-
randam, ut hanc donacio ſive oſferſio
ſupra legitur firma & ſtabilis ſine ali-
cui hominum contradicſione permaneat.

Actum in Cenobio Sancte Jufline, in
Dei nomine feliciter.

Ego Rorius quanvis indignus Epi-
ſcopus in hanc oſferſionem ſeu tradi-
cionem a me facta manu mea ſubſcripsi.

Ego Ercomarius Advocatus conſenſi
manu mea ſubſcripsi.

Ego Jufinus Archidiaconus rogatus
manu mea ſubſcripsi.

Ego Leopertus Presbiter & Prepo-
ſitus Sancte Marie manu mea ſubſcripsi.

Ego Dominicus Presbiter Canonicus
manu mea ſubſcripsi.

Ego Joannes Presbiter manu mea
ſubſcripsi.

Ego Fradellus Presbiter manu mea
ſubſcripsi.

Ego Jufinus Presbiter Arcarius San-
cte Marie manu mea ſubſcripsi.

Ego Dominicus Presbiter &c.

 Uſari Notharius rogatus a Dom-
no Rorio venerabili Epifcopo, hanc Cartu-
lam, oſferſionem, vel tradiſionem ſcri-
psi & ſubſcripsi & poſt tradita complevi.

Quod heic animadvertas velim,
haec donat Rorius Epifcopus secun-
dum Legem Salicam; atque hoc etiam
in fine prodit, pagina calamo cum
pinna de terra levatis. Ludovicus

A Pius in Lege 55. inter Langobardi-
cas Part. I. Tomi I. Rer. Italicar.
pag. 135. statuit, ut omnis Ordo Ec-
clēſiarum ſecundūm Legem Romanam vi-
vat. Sed erant, qui Legem hanc
interpretabantur, veluti non impe-
rantem, ſed tantummodo indulgen-
tem, ut quicumque in Monasterio
aut Clero Deo militaret, utendi Ro-
mana Lege facultatem haberet. Vide
Dissertationem XXII. de Legibus, ubi
ſimilia exempla congeſta habebis.
Rorius ergo conſtituit, ut quoties
ſibi perſoluerentur justa annua, Sa-
cerdotes & Levitae quadraginta pa-
ſcerentur. Subſequenti veſtī die qui
poſt Annuale ſuum eenerit, centum
Pauperes ad ſaturitatē refiendos
jubet. Animadverte, quaero, quām
ſoličiti forent Majorcs nostri de Ca-
ritate erga Pauperes. Neq; e enim
temporibus iis conſuevere Christi fi-
deles in uno ferme ſalutari Sacrificio
ſtatuerūt Suffragia Defunctorum (quod
a evo noſtro tot faciunt) ſed ſimul
Miffas atque Eleemosynas fere ſem-
per jungebant, certi quippe, maxi-
mam quoque vim eſſe Mifericordiae
in Pauperes ad impetrāndam a Deo
Mifericordiam, atque ad eluendas
etiam poſt mortem maculas praeteri-
tae vitae. Plura hac de re ego at-
tuli in Tractatu Italicè edito de Ca-
ritate erga Proximum. At nunc e-
xempli Romanorum Pontificum rem
eamdem conſirmatum eo. Accipe,
quid Alexander IV. Papa decreverit
de Anniversariis ipsorum Pontificum
celebrandis quotannis. E Regesto
Cencii Camerarii Chartam deſcripsi,
quaē hunc titulum praeſert.

*Ordinatio Alexandri Papae IV. de Anniversariis Romanorum Pontificum
& Cardinalium obeuntium, Nonis Septembris annis
singulis celebrandis, Anno 1259.*

Quum fideles animas Defunctorum, sibi salutis procurare consilium nequeentes, humanae Caritatis instinctu conveniat orationum Suffragiis adjuvari, sanctissimus pater Dominus Alexander Papa IV. de Fratrum suorum unanimi consilio & assensu, Anniversarium sacrosanctae Romanae Ecclesiae Pontificum & Cardinalium obeuntium, Nonis Septembris, Annis singulis fieri taliter ordinavit. Ut scilicet prius per Romanum Pontificem & Cardinales in Capillis propriis Vesperis & Vigiliis pro Defunctis cum novem Lectionibus, & cum nota solemniter decantatis, ipse Romanus Pontifex, assistentibus sibi Cardinalibus, ut est moris, Missam pro Defunctis solemniter celebret, ipsa die ducentos Pauperes refectiones, & viginti quinque reficiat Cardinalium unusquisque. Ordinavit quoque de dictorum Fratrum consilio & assensu, ut quum Romanum Antifitem e vita migrari contigerit, die defunctionis ipsius, Cardinales solemniter & cum nota celebrent Officium pro Defunctis, & esum quinquaginta Pauperibus pro anima defuncti Pontificis Cardinalium quilibet subministret, Missas totidem pro Defunctis faciens postmodum decantari. Ordinavit etiam, ut Cardinali obeunte, tam idem sumimus Pontifex quam Cardinales in Capillis suis carent cum nota solemniter Officium pro Defunctis; idemque Romanus Pontifex ducentos Pauperes pro anima ejus pascat, & viginti quinque quilibet Cardinalis: nec non & ipse Dominus Papa Missas pro Defun-

A Etis ducentas, & viginti quisque Cardinalis postmodum faciat celebrari.

Interdum quoque Monasteriorum aut Templorum aedificatores reperiuntur Missas praescriptissime pro Anna sua celebrandas. Verum id antiquissimis temporibus raro factum videoas. Innumerae profecto Chartae tum editae, tum in Tabulariis latentes se offerunt, in quibus leguntur immensa largitiones erga loca sacra & Ecclesiasticos coetus. At ibi aut nullum onus imponitur dona illa suscipientibus (quod quidem familiaris omnium paene mos erat) aut generali tantum prece rogabantur Clerici & Monachi, ut in synaxi & orationibus Deo commendarent donantis Animam, eique propositum Deum efficerent. Sed ne sic quidem certus Missarum numerus injungebatur; neque exigebatur, ut Sacrificia cferrentur pro uno duntaxat oblatori benefico, quum vel ipso Saeculo Nono non satis probarentur Sacerdotes, qui singulas oblationes pro singulis offerrent, uti Walafridus Strabo in lib. de Reb. Eccles. Cap. 22. monere videtur. Adhuc enim Sacerdotes, etiam si a pluribus eleemosynas, sive oblationes reciperent, non pro singulis, sed pro omnibus sacrificium offerebant: qua de re Concilium Romanum Anno DCCCXXXVII. habitum loquitur. Accipe nunc Oratori fundationem, quamquam aliqui mutilam, quam olim autographam ex insigni Archivo Archiepiscopii Lucensis descripsi. Illic jubetur Presbyter ille, qui pro tempore ibi-

ſea ſunt, & nihil ei latet. Sed nolle quod volui, niſi quod a me ſemel fa-
dam bono animo eſt, perhennis tempo-
ribus inviolabilis permaneat. Et mani-
fēſtus ſum ego Rorſus Epifcopus qui a
pagina & calamo cum pinna de ter-
ra levavi, & Uſari Nothario ſcribe-
re ſic rogavi, & teſtibus obtuli robo-
randam, ut hanc donacio ſive oſferſio
ſupra legitur firma & ſtabilis ſine ali-
cui hominum contradicſione permaneat.

Actum in Cenobio Sancte Jufline, in
Dei nomine feliciter.

Ego Rorius quānq[ue] indignus Epi-
ſcopus in hanc oſferſionem ſeu tradi-
cionem a me faſta manu mea ſubſcripsi.

Ego Erconarius Advocatus conſenſi
manu mea ſubſcripsi.

Ego Iuſtinus Archidiaconus rogatus
manu mea ſubſcripsi.

Ego Leopertus Presbiter & Prepo-
ſitus Sancte Marie manu mea ſubſcripsi.

Ego Dominicus Presbiter Canonicus
manu mea ſubſcripsi.

Ego Joannes Presbiter manu mea
ſubſcripsi.

Ego Fradellus Presbiter manu mea
ſubſcripsi.

Ego Iuſtinus Presbiter Arcarius San-
cte Marie manu mea ſubſcripsi.

Ego Dominicus Presbiter &c.

¶ Uſari Notharinus rogatus a Dom-
ino Rorio venerabili Epifcopo, hanc Cartu-
lam, oſferſionem, vel tradiſionem ſcri-
psi & ſubſcripsi & poſt tradita complevi.

Quod heic animadvertas velim,
haec donat Rorius Epifcopus ſecun-
dūm Legem Salicam; atque hoc etiam
in fine prodiſt, pagina calamo cum
pinna de terra levatis. Ludovicus

A Pius in Lege 55. inter Langobardi-
cas Part. I. Tomi I. Rer. Italicar.
pag. 135. ſtatuit, ut omnis Ordo Ec-
clieſiarum ſecundūm Legem Romanam vi-
vav. Sed erant, qui Legem hanc
interpretabantur, veluti non impe-
rantem, ſed tantummodo indulgen-
tem, ut quicumque in Monaferio
aut Clero Deo militaret, utendi Ro-
mana Lege facultatem haberet. Vide
Difſertationem XXII. de Legibus, u-
b̄ similia exempla congeſta habebis.

B Rorius ergo conſtituit, ut quoties
ſibi perſonelerentur justa annua, Sa-
cerdotes & Levitae quadraginta pa-
ſcerentur. Subſequenti veſtī die qui
poſt Annuale fuum e enerit, centum
Pauperes ad ſaturitatē refiendos
jubet. Animadverte, quaeso, quām
ſoliſti forent Majores nostri de Ca-
ritate erga Pauperes. Neq[ue] enim
temporibus iis conſuevere Christi fi-
deles in uno ferme ſalutari Sacrificio
ſtatuerūt Suffragia Defunctorum (quod
a evo noſtro tot faciunt) ſed ſimul
Miſſas atque Eleemosynas fere ſem-
per jungabant, certi quippe, maxi-
mam quoque vim eſſe Mifericordiae

C in Pauperes ad impetrāndam a Deo
Mifericordiam, atque ad eluendas
etiam poſt mortem maculas praeteri-
tae vitae. Plura hac de re ego at-
tuli in Tractatu Italicè edito de Ca-
ritate erga Proximum. At nunc e-
xempli Romanorum Pontificum rem
eamdem conſirmatum eo. Accipe,
quid Alexander IV. Papa decreverit
de Anniversariis ipsorum Pontificum
celebrandis quotannis. E Regeflo
Cencii Camerarii Chartam deſcripsi,
quaē hunc titulum praeſert.

*Ordinatio Alexandri Papae IV. de Anniversariis Romanorum Pontificum
& Cardinalium obeuntium, Nonis Septembris annis
singulis celebrandis, Anno 1259.*

Quem fideles animas Defunctorum, sibi salutis procurare consilium nequeentes, humanae Caritatis instinctu conveniat orationum Suffragiis adjuvari, sanctissimus pater Dominus Alexander Papa IV. de Fratrum suorum unanimi consilio & assensu, Anniversarium sacrosanctae Romanae Ecclesiae Pontificum & Cardinalium obeuntium, Nonis Septembris, Annis singulis fieri taliter ordinavit. Ut scilicet prius per Romanum Pontificem & Cardinales in Capellis propriis Vesperis & Vigiliis pro Defunctis cum novem Lætionibus, & cum notâ solemniter decantatis, ipse Romanus Pontifex, assistentibus sibi Cardinalibus, ut est moris, Missam pro Defunctis solemniter celebret, ipsâ die ducentos Pauperes refectiones, & viginti quinque reficiat Cardinalium unusquisque. Ordinavit quoque de dictorum Fratrum consilio & assensu, ut quum Romanum Antisitem e vita migrari contigerit, die defunctionis ipsius, Cardinales solemniter & cum nota celebrent Officium pro Defunctis, & esum quinquaginta Pauperibus pro anima defuncti Pontificis Cardinalium quilibet subministret, Missas totidem pro Defunctis faciens postmodum decantari. Ordinavit etiam, ut Cardinali obeunte, tam idem summus Pontifex quam Cardinales in Capellis suis carent cum nota solemniter Officium pro Defunctis; idemque Romanus Pontifex ducentos Pauperes pro anima ejus pascat, & viginti quinque quilibet Cardinalis: nec non & ipse Dominus Papa Missas pro Defun-

A Etis ducentas, & viginti quisque Cardinalis postmodum faciat celebrari.

Interdum quoque Monasteriorum aut Templorum aedificatores reperiuntur Missas praescripsisse pro Anna sua celebrandas. Verum id antiquissimis temporibus raro factum videoas. Innumeræ profecto Chartæ tum editæ, tum in Tabulariis latentes se offerunt, in quibus leguntur immensa largitiones erga loca sacra & Ecclesiasticos coetus. At ibi aut nullum onus imponitur dona illa suscipientibus (quod quidem familiaris omnium paene mos erat) aut generali tantum prece rogabantur Clerici & Monachi, ut in synaxi & orationibus Deo commendarent donantis Animam, eique propositum Deum efficerent. Sed ne sic quidem certus Missarum numerus injungebatur; neque exigebatur, ut Sacrificia offerrentur pro uno duntaxat oblatore benefico, quum vel ipso Saeculo Nono non satis probarentur Sacerdotes, qui singulas oblationes pro singulis offerrent, uti Walafridus Strabo in lib. de Reb. Eccles. Cap. 22. monere videtur. Adhuc enim Sacerdotes, etiam si a pluribus eleemosynas, sive oblationes reciperent, non pro singulis, sed pro omnibus sacrificium offerebant: qua de re Concilium Romanum Anno DCCCXXXVII habitum loquitur. Accipe nunc Oratori fundationem, quamquam aliqui mutilam, quam olim autographam ex insigni Archivo Archiepiscopii Lucensis descripsi. Illic jubetur Presbyter ille, qui pro tempore ibi-

ibidem fuerit, luminaria, incensum, Psalmorum vigilantiam, & Missarum solemnia pro anima fundatorum facere. Hoc est nihil decernit de numero Missarum, neque eas sibi tantum

A impendi vult, ita ut liberum Presbytero foret pro aliis etiam offerre sacrificium, dummodo animae fundatoris minime oblivisceretur. En ipsam Chartam,

Rottruda Sanctimonialis, ejusque filius Gumbertus Oratorio a se aedificato in agro Lucensi dotem constituunt, Anno 916.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni Berengarius gloriosus Imperator Augustus, Anno Imperii ejus Primo. Quartu Kalendis Aprelis, Indictione Quarta, fliciter. Manifesti sumus nos Rottruda religionis velamen induita, filia bone memorie Sisimundi, & relata bone memorie Gumberti, sed & Ghuniberto infantulo filio bone memorie Gumberti, ghenetrice & filio, unacum consensu & data licentia super scripto Gumberto filio, & mundando meus manifesti & preclara causa est mibi Rottruda, religionis velamen induita, seo & Gumberto genetrice & filio, quia cum Domini adjutorium, & Christi magna misericordia pro remedium anime nostrae, & pro remedium bone memorie Gumberti, qui fuit vir mens & genitor..... in propriis rebus meis de fundamentis construere vidi..... Sancti Petri Princeps omnium Apostolorum, isto locis nominato Valles Thunichisi, tum decernimus ipso fundo, ubi ipso Oratario nostro esse videtur de uno caput, in quo alio caput in via publica uno lato tenet in..... & alio lato tenet in terra Sancti Martini, & insimul cum ipso Oratario per hanc doce paginam pro anime & remedium cum nostro fundo, ubi ipso Oratario esse videtur, confirmare videor; & una petia de terra, quod est vinea in locus, qui dicitur Valle Thunichisi, uno caput tenet, in quo alio caput tenet in terra, quod est silva nostra, nobis

B reservatum, uno lato tenet in terra Sancti Martini, alio lato tenet in terra bone memorie Riberti; & alia petia de terra in locus, qui dicitur Dulolo, uno caput & uno lato tenet in terra bone memorie Eriberti, uno caput tenet in terra Sancte Marie, alio lato tenet in terras Sancti Martini; tertia petia de terra in Valle Burbutuli, uno caput tenet in via publica, alio caput tenet in terra Inville, uns lato tenet in terra bone memorie Eriberti, alio lato in terra Gherardi &c. ideo cum ipsa casa cum solimento, case & ortas, terris, vineis, pratis, pa scuis &c. quidquid ubique de casa & nostra sorte pertenere videtur res nostro Massario ad suum pertinere videtur cum nostro fundo de terra ubi ipso Oratario avere videtur in integrum in ipsum sanctum & venerabilem Locho, pro remedium anime nostrae per hanc dotem dare & confirmare videor, quantum ab ac die nostris manibus qualiter inibi superius confirmavi usque in finem Seculi securiter adque firmiter in ipsum sanctum venerabile manere dereas, ut nobis..... anime nostrae.... Petrus, ea ratione, ut Presbiter ille, qui pro tempore ibidem fuerit, & luminaria, incensum, Salmorum vigilantia, & Missarum..... ibi per anime nostrae facere..... ut in nostrorum & de nostris heredibus adque nepotis, nepotorum nostrorum in nostra reservamus exinde potestatem de ipso Ora-

Oratario de omnem adversum partem defensandi causa exinde agendum, requirendum, responsum reddendum, & fine ponendum omnino. Juxta Legem, quid aut qualiter vel quomodo pro melius paruerit &c. quia tali ordine, qualiter superius confirmavi dictas Chartulas dotalis uno tinore Adalprando Notario & Scabino scrivere rogavimus.

Altum Valle Chunicibisi, & territario Lucense.

Signum manus ✠ Rottrude, religionis velamen induita, qui anc cartula dotalis fieri rogavit.

Ego Gumberto in unc dotem ad nos facta manus mea subscripta & eidem genetrici mea consensi & licentiam dedi.

Ego Nandibono rogatus ad Rottruda, religionis velamen induita, & Gumberto subscripta.

Ego Adalberto rogatus a Rottruda, religionis &c.

Ego qui supra Adalprando Notarius & Scabino, scriptor post traditione complevit.

Neque hoc dixi, quasi affirmare velim, ignotum prorsus vetustis Seculis fuisse Missarum perpetuarum pensum pro certis personis. Id tantum ajo, raro id factum, & fere ab unis Principibus atque Magnatibus, qui aut Monasteria aut Ecclesias a fundamentis excitatabant, & magnifice ditabant. Ludovicus II. Augustus Anno Christi DCCCLXXIV. uti habetur in ejus Diplomate pag. 812. Chronicus Casauriensis, Part. II. Tomi II. Rer. Italicar., exigit, ut Monachi Casaurienses tres quotidie pro nobis Missas, & omnibus diurnis ac nocturnis Officiis centesimum vigesimum decantare non desinant Psalmum &c. Angilberga quoque ejusdem Ludovici II. Augusti vidua, fundatrix insignis Parthenonis Placentini

A Sancti Sixti, in postremis suis tabellis. Anno DCCCLXXVII. confessis, quas Campius evulgavit Tom. primo Histor. Eccles. Placentin. pag. 461. haec inter cetera statuit: Volumus atque instituimus. ut pro requie jam dicti Domini & Senioris mei & mea, quotidie in ipso Monasterio Missa celebretur; & ad omne diurnum & nocturnum Officium singuli Psalmi in commune cantentur. Anno quoque DCCCCV. Sergius III. Papa, ut constat ex ejus tabulis Tomo primo Italiae Sacrae, Sylvae Candidae Ecclesiam multis cumulans donis, exigit in futurum tres oblationes in Missarum solemnibus a Sacerdotibus ibi Deo militantibus. Ita Aldricus Cenomannensis Antistes n. medio Seculo Nono in postremis suis tabulis annuas Missas complures pro anima sua constituit, ut ex ejus Vita a Baluzio edita constat. Notcherus quoque Veronensis Episcopus in suo testamento apud Ughellum in Episcop. Veronensib. Tomo Quinto Ital. Sacr. eleemosynas multas decrevit (his enim praecipue tunc abundabat pietas Christianorum) pro anima Domini Berengarii Senioris mei amabilis Imperatoris. Tum praecipit, ut in tribus diebus ante ejus annualem, & tribus postea omnes generaliter Sacerdotes de intus & de foris, omni die Missas cantent, & Domino preces offerant pro ejus anima. Scripta fuit Charta illa, imperante domino nostro Berengario Imperatore Anno Sexto, sub die X. de mense Februarii, Indictione Nona, hoc est, Anno Christi DCCCCXXI. Si fides Chartae huic addenda foret, nutaret sententia Vallesii & Pagii contendentium, Berengario nomen & coronam Imperii Anno DCCCCXVI. fuisse collata, recurrente die Paschali XXIV. Martii. Sed Ughelio, parum accurate mul-

multa ab aliis aut a se descripta, sat fidere nequimus. Ita & apud Campium supra laudatum pag. 482. legitur ejusdem Berengarii Diploma, in quo notae istae: *Data XIII. Kalendas Januarii, Anno Domini 1024. Incarnationis 1024. Domini Berengarii Regis 1024. Imperii Quinto, Indictione Nona.* Ejusmodi notae vitio aliquo laborarent, nisi heic statueremus, Anni 1024. exordium ductum fuisse ex ipso die Natali Domini Anni secundum Aetatem nostram 1024. Sed praeter ea, quae Pagius congesit ad stetendum eo Anno 1026. coronationem Romanam Berengarii, non autem Anno praecedenti 1025. mense Septembri, uti Sagonius putavit, & ex eo Baronius, confluunt monumenta, quae in nuper memorato Chartophylacio Lucensis Archiepiscopii sub oculis habui. Ibi Charta est scripta *Anno I. Berengarii Augusti, XVIII. Kalendas Maias, Indictione IV. idest Anno 1024.* Altera *Anno I. Berengarii Augusti, XIV. Kalendas Decembris, Indictione V. scilicet Anno 1024.* Tertia scripta fuit *Anno II. Berengarii Imperatoris, VI. Kalendas Augusti, Indictione V. idest Anno 1025.* Huic subscripti complures Presbyteri Cardinales Sanctae Lucensis Ecclesiae. Quarta praefert *Annum III. Berengarii Imperatoris, VIII. Idus Decembris, Indictione VII. Is est Annus 1026.* Quinta exhibet *Annum IV. Domini nostri Berengarii Imperatoris, IV. Kalendas Decembris, Indictione VIII. Hic est Annus Christi 1027.* Reliquas Chartas ibi a me inspectas praetereo: satis quippe istae produnt, corruere Sagonii ac Baronii sententiam, & Imperii coronam Berengario fuisse impositam die XXIV. mensis Martii Anno 1027.

A 1026. Vide etiam Dissertationem LXVI de Monasteriis Monialium. In semitam redeo. Saepe etiam Missas Sacerdotes Seculares & Monachi pro Defunctis decantabant, & pro iis eleemosyna conferebatur. Cujus ritus testem habeo Chartam ex Archivo Monachorum Camaldulensium, Monasterium Pisanum Sancti Michaëlis incolentium, quam ad me misit Cl. V. P. D. Guido Grandius, ejusdem sacri loci Abbas, & publicus Matheos Professor in Pisano Gymnasio. Spectat ipsa ad beatum Bonum Fundatorem ejusdem Coenobii Anno MXVIII. Mabillo-nius in Annalibus Benedictinis ad eum Annum hanc ipsam Chartam commemorat, & scribit, aedificatum fuisse illud Monasterium a Monachis Nonantulae. Ibi reapse dicit Bonus Abbas: *fecit me venire Senior Stephanus de Nonantula.* Putantes Pisani, de Nonantulis cognomen fuisse Familiae cuiuspiam extinctae, palmarie sane errore. Agitur ibi de celeberrimo Monasterio Nonantulae sito in agro Mutinensi. Num verò is patria Mutinensis, an Pisanus fuerit, ignotum est. Is autem Pisces non uno in loco Civitatem nostram appellat, quod nescio factum ne fuerit, quod ob longum incolatum Civis ibi & Abbas fuerit, an potius quod Pisces patriam habuerit. Ei certe in illa Civitate patruus & nepos erant: quae indicia sunt originis sua. Illud quoque certum, Bonum egisse primò Monachum in Coenobio Nonantulano. In Charta ait, se colle-gisse eleemosynas de Missis, quas ego & Monachi mei decantaverunt. Integrā Chartam accipe, magni faciendam, quod ibi de illustri viro agatur & Fundatore Monasterii, quod postea Camaldulensis traditum est.

Nar-

Narratio omnium, quae fecit Beatus Bonus Abbas pro fundando ac ditando Monasterio Pisano Sancti Michaëlis, circiter Annum 1048.

„ **I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Breve recordationis facio ego Bonus Abbas, qualiter ab initio inchoavi conversari in Ecclesia Sancti Michaëlis, que nunc est Coenobium. Fecit me venire Senior Stephanus de Nonantulis cum avunculo meo Petro, & investivit me de ipsa Capella, que tunc temporis detinebatur a Presbiteris, & neque Monachum neque Abbatem ibidem inveni, & non casam neque mansionem, sed tantum unum tugurium, ubi cepi habitare cum Avunculo meo, & operabatur tunc temporis in Turre ipsius Ecclesie. Et quod habebam & habere potui, dedi in restorationem ipsius Turris ad Magistros, & ad Manuales, & ad quod necesse erat. Et cessavit ipse Stephanus laborare in ipsa Ecclesia post unum mensum, quam ego cepi habitare in ipso loco. Et non levavit in alitudinem ipsam Turrim nisi tantummodo unum passum super ipsam Ecclesiam. Et post hec finitus est annus, quod in ipsa Ecclesia fuit offerta ad honorem Dei & Sancti Michaëlis, & ad officium Sancti Benedicti, & ad ipsius Regulam Monachis ibidem in perpetuum conversandis. Et hoc vobis notum sit, quia in ipsa Ecclesia non inveni aliud, nisi unum Misale, & unum Calicem de Stagno, & unum Camisum cum Amicto, & unam Stolam de Lino, & unam Planetulam, que nunc superset quia non inveni in ipso loco neque Squillam neque Cam-

A „ panam, sed tantummodo unam tabulam, & cum ipsa tabula ipsa Ecclesia quatuor Nunc audite & intelligite, qualiter melioratus est locus ipse cum auxilio omnipotentis Dei & meo, & de meis Monachis, & de bonis Christianis nostris Civitatis. Post quinque annos cepi laborare in ipsam Turre, quam nunc videtis, de helemosina bonorum hominum, que nobis dabatur. Et edificavi in ipsa Turre Ecclesiam, que nunc videatur ab omnibus. Et perrexi ad Romam per columnas ipsius Ecclesie; & comparavi, & feci eas venire in navim per mare de nostro pretio; & post hec heddificavi super ipsam Ecclesiam Campanilem. Cum autem consummatum fuisset Campanilem cum Turris & Ecclesia, ambulavi per Civitatem nostram cum Burello quondam bone memorie, & cum Landulfo parente ipsius, & cum tribus aliis religiosis hominibus. Et acquisivimus ipsa die centum Solidos, quos dedi pro pretio ad Magistros. Et posui in ipsum Campanile duas Campanas. Et post quindecim annos videbatur mihi & Fratribus meis ipsum Campanilem parvum, & rusticior. Et verti eum a fundamentis, & feci fabricare illum, quomodo videtis valde pulcior. Et posui in ipsum Campanas septem, quas omnes de helemosinis fecit Dominus Dominicus meus Prior, quem ego enutriui, & nunc est Abbas Monasterii Sancti Zenonis, Sancti Leonis, & Sancti Rustici. Et omnes

B

C

D

E

„ omnes facte sunt helemosinis , que
 „ nobis facte sunt , & de Missa ,
 „ quas ego & Monachi mei decantare
 „ runt & habent in te ipse
 „ Campane Libras metallorum tan-
 „ tas : una Campana major est pon-
 „ deris mille ducentarum alia
 „ quingentarum , tertia trecentarum
 „ viginti quinque , quarta ducenta-
 „ rum , quinta centum , sexta & se-
 „ ptima quinquagintarum . Quando
 „ veni in ipsum locum non inveni ,
 „ sicut superius memoravimus , nisi
 „ unum Camisum cum Planetula &
 „ Stola sua linea . Nunc autem ha-
 „ bemus in ipsum locum sanctum
 „ Camisi tredecim cum Amictis suis ,
 „ & tres Camisi sunt tam perfecti
 „ & optimi , ut Episcopus Opizus Do-
 „ mui Sancte Marie possit cum ho-
 „ nore cantare Missas in die Pa-
 „ sche ; & tres Planetas , due de
 „ pallio , una valentes Solidos cen-
 „ tum , alia valentes solidos trigin-
 „ ta , tertia de castanea , & tres Sto-
 „ las optimas cum Manipulis suis ,
 „ due de purpure , & alia de pallio ,
 „ & tres Corporales de pallio valde
 „ optimo . Unum Corporale de ipsis
 „ tribus est de brusco deaurato , va-
 „ lente Solidos vingt , quem fecit
 „ Leo Papa IV . Romanus , & habet
 „ in se depicta imago Salvatoris
 „ nostri de brusco , & ex una parte
 „ imago Sancti Petri Apostoli , &
 „ ex alia parte Sancti Johannis E-
 „ vangeliste . Et unum Pluviale de
 „ purpura , & alium de pallio valde
 „ bonum .

„ Quando veni in ipsum locum
 „ non legebatur in ipsa Ecclesia per
 „ totum fere annum nisi Epistole &
 „ Evangelia , quia non habebatur ni-
 „ si unum Missale . Nunc autem sci-
 „ tote , quomodo melioratus est de
 „ Libris ipsum locum . Sermonum

A „ Liber unus , quem ego scripsi so-
 „ lus cum Priore meo , sicut habetur
 „ Domui Sancte Marie , valde opti-
 „ mus . Liber Istoriarum unus , ubi
 „ continetur quidquid in sancta Ec-
 „ clesia pertinet ad legendum per to-
 „ tum annum . Textum Evangeliorum
 „ unum valde optime scriptus cum
 „ tabula de argento valde bone . Pas-
 „ sionarium unum novum , ubi sunt
 „ omnes Passiones Ecclesiastice . Tra-
 „ status super Genesis , Sancti Au-
 „ gustini Liber unus . Dialogorum
 „ Liber unus . Moralium Job Liber
 „ unus . Summum bonum Liber u-
 „ nus . Diadema Liber unus . Para-
 „ disi Liber unus . Glossarum Liber
 „ unus . Canones Liber unus . Sancti
 „ Benedicti Regula Liber unus . Pa-
 „ storale Liber unus . Antiphonarii
 „ octo , quinque diurnales , tres no-
 „ cturnales . Liber Bibliothecae no-
 „ dum , quod est comparatum Libras
 „ decem . Missales quinque . Unum
 „ Missale valde optimum , quod semi-
 „ per in arca manebit , valentem So-
 „ lidos centum . Super Ezechiel Li-
 „ ber unus . Libri Psalmorum valde
 „ optimi quinque . Quot sunt insu-
 „ per totum numerum triginta qua-
 „ tuor . Quando veni in ipsa Eccle-
 „ sia , non inveni nisi unum Cali-
 „ cem de Stagno . Modò autem cum
 „ auxilio Domini habentur ibi Ca-
 „ lices quatuor , unum de auro val-
 „ de bonus , & habet uncias unde-
 „ cim , aliis de argento major , &
 „ habet Libras tres , & medium ,
 „ alii duo habentes in se Libram u-
 „ nam de argento per unumquem-
 „ que . Quando veni in ipsam do-
 „ mum , non inveni nisi unam par-
 „ vam domum ; & posquam cepi
 „ commorari cum meis Monachis ,
 „ feci levare mansiones ibidem no-
 „ vas , & post decem annos disrum-
 „ pebam

333 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA.

334

„ pebantur ipse mansiones , quas fe-
 „ ci quoniam erant de ligno de
 „ mala generatione , hoc est fuere de
 „ Cerro . Et dejeci ipse mansiones a
 „ fundamentis , & hedificavi alias
 „ mansiones de castanietis , quas ve-
 „ nire feci per mare de Luni . Et
 „ non post multum tempus compa-
 „ ravi da Erigo filio Eritii terram ,
 „ ubi nunc ipsum Monasterium con-
 „ sistit , & dedi in ipsa terra Libras
 „ quadraginta duo . Et post hec edi-
 „ ficavi ipsam domum a petra &
 „ calcina , ubi sunt omnes Officine ,
 „ sicut Abbatia habere debet . Et est
 „ tam perfecta domus , ubi in tota
 „ Marcha melior non est , cum co-
 „ lumnas quas de Insula Ilba & de
 „ Luni adduci feci . Et hoc sciatris ,
 „ quia quando veni in ipsum locum ,
 „ non dedit amplius terre Stephanus
 „ in offertionem in ipsa Ecclesia nisi
 „ steriorum sex in loco Sejo , de
 „ valde mala , & steriorum viginti
 „ quatuor ad Tramarice , & similiter
 „ mala . Nunc audite , qualiter adju-
 „ vante Deo amplificatus est locus
 „ ipse de bona terra . Habet Mona-
 „ sterium Sancti Michaëlis modo sex-
 „ centorum fistiorum de terra . De-
 „ dimus nos pretium in ipsa terra ,
 „ quod nobis Dominus dedit ma-
 „ gnam partem , videlicet Libras
 „ centum valde modice minus , &
 „ de alie terre cansaviimus & promi-
 „ simus ad ipsos parentes , quem in
 „ ipsum locum dari fecerunt in ani-
 „ mabus nostris multe Missæ decanta-
 „ ri , cui mille , cui quingente , cui
 „ trecento , cui centum ; & adjutorium
 „ & consilium habuimus in aliquan-
 „ tulum de nostris Senioribus . Et
 „ dedit Albertus de Acuto in ipsum
 „ locum Curtem unam in Corsica
 „ propter amorem & servitium , quod
 „ ego misi in ipsum Albertum ,

Temp. XI.

A „ quando infantulus erat ; & propter
 „ amorem & servitium , quod fecit
 „ Johannes nepoti meo ad predicto Al-
 „ berto . Et promisi dare predicto
 „ Johanni servitium decem Libra-
 „ rum , ut me adjuvaret , & non
 „ tulit mihi propter meum amorena
 „ nisi Solidos viginti . Et fecit mihi
 „ dare hanc Curtem , & detinet ip-
 „ sam Curtem inter montes & col-
 „ les & planities & agros fistiorum
 „ innumerabiles . Hoc est malum ,
 „ quod ego feci cum Monachis meis
 „ per annos triginta in ipsum lo-
 „ cum . Et non vobis abscondam ve-
 „ recundiam meam , quoniam quan-
 „ do inchoavi habitare in eodem lo-
 „ co , tam pauper erat locus , in
 „ duabus annis non habui nisi unam
 „ stamineam per annum , & tempore
 „ estatis in meridie , quando dormi-
 „ re pergebam , ipsam staminam ad
 „ lavandum dabam , & quando sur-
 „ gebam , predicta lota staminea in-
 „ duebar . Et numquam habui e-
 „ quum , sicut ceteri Abbates ha-
 „ bent , & etiam viles Monachi . Sed
 „ si necesse erat in silva ambulare
 „ aut in aliquo loco , pedibus meis
 „ ambulabam . Et non duplicita vesti-
 „ menta desideravi , sed quando no-
 „ vum induiebar , neque per Pascha
 „ neque per Natalem alium mutavi ,
 „ usque dum scinderetur , quia con-
 „ sideravi paupertatem loci , ut cum
 „ debito non maneret . Et malta a-
 „ lia feci , que commemorare longum
 „ est argenteum & alium e-
 „ reum ; quando elongavi Ecclesiam
 „ Sancti Michaëlis , expendi in ipsa
 „ Ecclesia Solidos mille , sine pane
 „ & sine vino , & sine carne , & si-
 „ ne pisces . Omnia ista expensaria
 „ in Breve habentur scripta .

Sed & longe ante ea tempora An-
 niversarii dies obitus pro Seculari-
 bus

X

bus aliquo Sacrorum numero celebrandi reperiuntur. Antiquissimum apographum vidi in Archivo Monasterii Pistoriensis Sancti Bartholomaei, in quo R. f. s. n. sive R. f. s. Presbyter quolibet anno depositionis

A sua pro medela animae sue Missas sexaginta cani, & in elemosynis & frugis pasci pauperes ducentos statuit. Digna plane Charta est, quae e tenebris ducatur in lucem.

Gausprandi Abbatis Monasterii Pistoriensis Sancti Bartholomaei Charta, qua in emphyteusim concedit Raffunso & Lamprando Presbyteris multa suo Monasterio donata, Anno 831.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Imperantibus Dominis nostris Hludovicus & Luthorius dilectissimo filio ejus Imperatoribus, Anno Imperii eorum Octavo decimo & Duodecimo, Nona Kalendas Aprilis, Indictione Nona, feliciter. Maxis festus sum ego Gausprand Abas Monasterio Sancti Bartholomei, a bone memorie Gaiuduald Medicus constructum foras muro Civitatis nostre Pistoriensis, eo quod ante os dies tu Raffuns Presbiter filio quondam Rascausi pro remissione anime tue tali timore judicasti & tradidisti mihi, & Liamprand Presbiteri filio quondam Baroncelli, & prefeti Monasterii assertio[n]is titulo..... statuisti casis habitationis tue locus, nuncupante Celeriano, cum solamentis, Curtate, borto, terris, & vineis fundo illo, in quo predi[ci]li edificiis domorum constructum, qualiter stendo ipso sepi[s] circumdata[m] est in integrum; similiter casa cum edificiis illis, que habere videbaris locus, nuncupante Domitiano, prope Ecclesiam Sancti Martini, cum solamentis, curtis, orto, terris, & vineis, qualiter sepi[s] fundo ipso circumdata[m] est in integrum; & terra petia una loco Ruffito in integrum; atque terra vinea plantata clausura una locus, qui dicitur Cavaliano in integrum; seu terra & vinea clausura una in loco Centora in integrum, & virgareis atque

B stalareis, quantis in monte & in plano habere visus fuisti in integrum hec omnibus suprascriptis rebus nobis, atque predicti Monasterii tali timore tradidisti, ut ad presenti die rebus..... in potestatem, atque defensione sicut certis rebus eidem Monasterii esse noscuntur, nisi tantum hoc est in capite anni depositionis tue pro medela anime tue tam per nos metipos, aut per alio Sacerdotes canere studeamus Missas sexaginta, & in elemosinis & frugis de suprascriptis rebus pascere faciamus pauperes ducenti, sicut hec omnia per Cartula confirmasti conscripta per manus G[er]alprandi discenti ex dictato Gauspertii Notarii & Scabino Magistro suo. Modò verò precasti nos, ut tibi hec suprascripto Lamprandi Presbiteri..... per Carta in tali ordine concedimus suprascriptis casis & rebus, quibus tu nobis per suprascripta Cartula tradidisti, & adderemus vobis in ipsa precaria Ecclesia & res Sancte Marie, sito locus Pacatione, qui ex iura & proprietas sepe dicti Monasterii suprascripti Sancti Bartholomei pertinentem videntur. Ego quidem pro congruo consilio & voluntate Monachorum, tua audientis petitione concessi & traxi tibi jam dicto Raffuns Presbiter & Lamprandi idem Presbitero, sicut tu a me postulasti, omnibus suprascriptis casis & rebus, quicquid per su-
pra-

337 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 338

prascripta Cartula ad temetipsum nobis vel sacri Monasterio Sancti Bartholomei, advenere & augere vobis in ano precearia viisi sumus suprascripta Ecclesia & res Sancte Marie ante postas dom.....
.. aplicta cum Curicella & orto suo, quod exinde Benedicti & Teusperte Ancilla Dei in beneficium dedi. Nam aliis omnibus rebus & edificiis earum ad ipsa Ecclesia pertinentibus simul & ipsa Ecclesia hec omnia cum predictis rebus, quomodo tu nobis vel Monasterii nostri decrevisti, in integrum omnibus his vobis Raffuns & Lampraud Presbiteri sub eam videlicet rationem tradidi, ut dum tu Raffuns Presbiter vixeris, omnibus suprascriptis rebus, quibus tu nobis habere decrevisti, in tua propria sit potestate habendum, laborandum, atque usufruendum, & cuncta movilia dandum aut judicandum, seo foras ex ipsis casis vel rebus traendum, & suprascripta Ecclesia Sancte Marie, cum omnibus rebus ad eam pertinente abere debeatis tu Raffuns Presbiter una cum Lampraud Presbiter dum ambo vixeritis, communiter habendum, gubernandum, atque rebus ipsis usufruendum, & sicut supra legitur, mobilibus rebus pro animabus vestris dandum vel judicandum. Et quicquid exinde alteri boniuni libellario nomine, vel ad censum reddendum, datum habere vos juxta ipsius scripti paginam censum exinde pleniter exigere, & suscipere debeatis, sicut ego exigere, aut suscipere debui, nisi tantum silagine, favas, & vino, quod Dominus vobis per singulos annos de suprascriptis rebus prediche Ecclesie Sancte Marie dederit, reddere deveatis michi, qui supra Gausprandi Abbatii, vel ad Successoribus meis, teriam portionem ex omnibus, & suprascripta elemosina & Missarum p..... vel canationumque michi vel Successorum meorum facere deerevisti tu Raffuns Pre-

A sbiter que tu nobis dedisti, dum tua fuerit vita, per temetipsum ex ipsis rebus facere studeas; & nos exinde in vita tua permaneamus absunti. Nam post vestros decessum taliter omnino deveamus exinde perficere, sicut tu per suprascripta Cartula decrevisti. Et si Lampraud Presbiter ante obyerit, tota Ecclesia & omnibus rebus superius scriptis in tua, qui supra tu Raffuns Presbiter, remaneat potestate sub eam scilicet rationem & redditum nobis faciendum, sicut supra legitur. Et si tu ante ipso Lampraud decesseris Presbiter, similiter ipse Lampraud diebus vite sue Ecclesia & omnibus rebus ipsis deveat habere, & nobis censum reddere, sicut ambo facere debueris. Nam post amborum vestrorum suprascriptorum decessum, Ecclesia, casis, & omnibus rebus ipsis superius circumscriptis, mibi qui supra Gausprand Abbatii, vel ad Successores meos, apud parte ianuam Monasterii Sancti Bartholomei, causus proprietas est, sine ulla diminutione revertantur, excepto de movilibus fiat, sicut superius legitur. Et si adimpieti vos fueritis parti nostre, vel ad parte suprascripti Monasterii nostre omnino, qualiter superius legitur, & vobis amplius super imponere presumperimus ego Gausprand Abbas vel Successores meos, aut ex ea, que superius statui, & circa vero nostrum fuerit ad observandum vobis in aliquo minus exinde fecerimus, aut in vita vestra rebus ipsis vobis minuare aut retollerere quesierimus, tunc componere debeamus ego Gausprand Abbas vel Successores meos vobis suprascriptis Raffuns & Lamprandi Presbiteri, vel cui ipsa movilia pro animabus vestris judicaveritis aut derivitis pene nomine argento Solidos duo millia. Nam post amborum vestrorum decessum Ecclesia, casis, & rebus ipsis, sicut superius dictum est, nobis remaneant,

neant, & suprascripta elemosina & Missarum solemnia, sicut tu Raffuns Presbiter decrevisti, adimplere debeamus: quia sic inter nobis convenit, hanc precaria firmitatis vestre Giselprando discente & diltante Gausperdo Notario & Scabino Magistro suo scribere rogavi.

Actum Pistoria, feliciter.

¶ Ego Gausprandus Abbas manu mea subscripti.

¶ Ego Tato Clericus rogatus ad Gausprand Abbatem, teste subscripti.

¶ Iso rogatus ad Gausprandum Abbatem, teste subscripti.

¶ Ego Alo rogatus ad Gausprandum Abbatem, teste subscripti.

¶ Ego Johannes Clericus rogatus ad Gausprandum Abbatem, teste subscripti.

¶ Ego Pertualdu Clericus rogatus ad Gausprandum &c.

¶ Ego Gumprandu rogatus ad Gausprandum &c.

Charta Harnaldi Archiepiscopi Ravennatis, concedentis titulo emphyteusis piscariam in Portu Petro Abbati Pomposiano,
Anno 1018. sive potius 1017.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anni Deo proprio Pontificatus Domini Benedicti summi Pontificis, & universalis Pape in Apostolica sacratissima beati Petri sede Quinto, sed & Imperatore domino Henrico magno Imperatore in Italia Anno Quartu, die Vigesimo mensis Februarii, Indictione Prima. Harnaldus servus servorum Dei, divina gratia Archiepiscopus Petro venerabili Abbati Sancte Dei Genitricis Virginis Marie, que vocatur in Pomposia, & pro te, tuisque Successoribus in eade venerabili Monasterio in perpetuum. Petitioni vestre, que abentur in subditis, libenter hac quonodcumque assenüm ob ec, quia nec munificentia deperit, nec percipien-

A ¶ Ego Petrus Clericus rogatus &c. Signum ¶ manus Archiperti, filius Athoni teste.

¶ Ego Gauspertus Notarius & Scabinus, rogatus ad Gauprandu Abbate scribere, dictavi, & ad confirmandum manu mea subscripti.

Ego qui supra Giselprandus scriptor post traditione complevi & dedi.

¶ Ego Gualbertus Notarius & Judgete sacri Palatii scriptor, qualiter in authenticum scriptum inveni, fideliter exemplavi.

C Alteram subiecto Chartam, quam ex pergamenis Ferrariensisibus descripsit amantissimus mei Joseph Antenor Scalabrinus, saepius in hoc Ope re mihi laudatus. Ibi die emortuali donatoris omnes Fratres annuam Missam celebrare jubentur, praeter alia onera.

D tibus in Pomposia quod datur adqueritur, eo quod speratis. videlicet Portum, sicut vos ante os dies abiustis & detinustis, & nunc a nostris jure iterum tenere videmini, ensite unicario modo postulastis largiri. Sic juste & rationabiliter a nobis petistis vos qui supra Petrus jam dictus Abbas Monasterii sancte Dei Genitricis Virginis Marie, que vocatur in Pomposia, pro omnipotentis Dei timore, & Genitricis Domini nostri Ihesu Christi amore, & ut participes mereamur fieri orationibus Frustrum ibi Domino servientium, ut quorum in necessitatibus eorum sublevemur, a Domino precibus quodque ipsa Dei Genitrix in temerata audacia servulos, nos comendet proprio Filio, & ut

¶ ut hoc votum impleatur de rotius pro
nostris solvendis criminibus Missas duo-
decim per singulos Sacerdotes canta-
re volumus. Sacerdotes vero qui non
suerint, decantent tria Salteria: die
vero decessio[n]is omnes Fratres an-
nuam Missam celebrent. Et insuper
omnes Marcio men'e dare debeatis vos
vestrisque Successores nobis nostrisque Suc-
cessoribus Storiones duos pensione singu-
lis quibuscumque Indictionibus sancte no-
stre Ravennatis Ecclesie inferre debea-
tis. Ea vero conditione prefixa, ut
suprascripta Piscaria cum omnibus suis
pertinentiis vestris propriis expensis seu
laboribus p[ro]icare, laborare, defensare
d. debeatis adducere, nich[er]ne de
omni expensa, quam inibi feceritis, ab
Adoribus sancte Ravennatis Ecclesie in
superius affixo per quoquo modo reputa-
ri debbeatis, nullaque tardietate aut
negligentia s. ad inferendas pre-
dictas pensiones, quamque ad melioratione
predicatis Piscaris facere debeatis
..... aliqua excusatione aut di-
latatione Adoribus sancte nostre Raven-
natis Ecclesie persolvere debeatis, &
nec quicquam..... precepdui aut par-
tem Piscariam alicui homini dare vel
vendere seu transferre, aut in alio ve-
nerabili loco relinquere andeatis. Quod
si in aliqua tardietate aut nec lite vel
controversia inventi fueritis extra ag-
gere de..... affixis conditionibus
non solum de a precepto recadeatis, &
ne nos neque Successores nostri vos ve-
strisque Successores..... Si quis vero
presumpserit facere, trecentorum decem
et octo sanctorum Patrum anathematis
vinculo vulneretur. Observator autem
qui extiterit, Domini benedictione re-
 vindetur. Et qui hoc observare nolue-
rit, & presentem painam aliquo dolo
infringere temptaverit, compositurum se
si ad auri optimi Libras cent m, & tec
painam in sua firmitate maneat. Quam

A verò painam nostre preceptionis Honestus
Notario sancte nostre Ravennatis Eccle-
sie scribendam iussi, in qua nos subscri-
psimus sub die, mensis, & Indictione
Prima, Ravenne.

‡ LEGIMUS ‡

B Si recte descriptae fuissent notae
Chronologicae Chartae hujus. &
cum Februario mense Anni MXVIII.
revera concurrisset Annus Quintus
Benedicti VIII. Papae, deferenda fo-
ret sententia Pagii, statuentis Pontificis
illius electionem saltem Novembri
mense Anni MXII. & resur-
geret Cardinalis Baronii opinio, con-
signantis eamdem electionem Anno
MXIII. Verum minime certus sum,
an Pergamena autographa exhibeat
notas omnes, quales ego descripsi,
quum praesertim mihi met significaverit
praelaudatus Scalabrinus, exordium
hujus Chartae, in autographo
temporis injuria mutilum & corro-
sum, suppletum ac restitutum a se
fuisse ex apographo p[re]vetusto. Et
sane contra video apud Rubeum in
Histor. Ravenn. Libro V. Chartam
scriptam Anno Benedicti Papae Quin-
to, Heinrici Imperatoris Anno Tertio,
die XV. Februarii, In illo Indictione XV.
Video pariter in Chronicis Farfensi
a me edito Part. II. Tomi II. Rer.
Italicas. monumenta duo scripta Au-
gusto mense, Anno Primo Benedicti
Oslavi, Indictione X. quae evincunt,
Benedictum eundem ante Augustum
Anni MXII. Cathedram Petri con-
scendisse. Consule & alia documen-
ta Chronicis ejusdem. Atque hec
edendum reor Instrumentum, quod
Honuphrius Panvinus in Opusculo
M[on]do de Gente Fregepania (nobilissi-
ma utique, uti in Dissertatione
XLII. de Cognominum origine ostendi)

ex

ex antiquo Codice Instrumentorum Monasterii Sanctorum Andreæ & Gregorii in Clivo Scauri descripsit. In eo autem animadvertis velim subscriptionem Benedicti VIII. Papæ, cui præponuntur eadem literæ, quas ego perpendi in Chronico Farfensi Part. II. Tomi II. Rerum Italicar. pag. 526. In eam quippe

A sententiam inclinavi, nomen Theophylacti legendum ibi esse. Conjecturam deinde confirmatam vidi a Cl. V. Guidone Grandio Abbe Camaldulensi, non minus Mathematicæ Scientiae, quæm Eruditioñis cultore eximio, in Epistola de Pandectis, Anno MDCCXXVII. evulgata, pag. 57.

Refutatio fundi cujusdam facta a Gerardo & Sergio nobilibus Romanis Johanni Abbatii Monasterii Sanctorum Andreæ & Gregorii, approbante Benedicto VIII. Papâ, Anno 1014.

IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedicti summi Pontificis & universalis Octavi Papæ in sacratissima Sede beati Petri Apostoli Secundo: Imperante Domino piissimo perpetuo Augusto Henrico a Deo coronato, magno & pacifico Imperatore Anno Primo, Indictione Duvdecima, mensis Martii, die V. Decet autem bone fidei solo verbo sufficere; sed aliquando solet tempus longinquitatis extendere, & non valet, quod convenitum, vel gestum fuerit, serò memoriter retinere. Ob hec enim necesse est, quidquid inter partes convenitur, scripturâ notari, ut quandoque fortasse, si expedit, aut ostensa fuerit, omnem totius litis amoveat questionem. Et ideo quoniam certum est, nos Gherardum & Sergium nobiles Viros, fratresque germanos bac deceſſis, & deceſſimus & tradimus, nec non & per omnia & in omnibus deliberavimus & definiſſimus, ſimilque refutavimus, nullo nos cogente, neque contradicente, aut vim faciente, ſed propria ſpontaneaque noſtra voluntate, vobis Domno Johanni Dei gratiâ religioso Presbitero & Monacho, atque coangelico Abbatii venerabilis Monasterii beati Andreæ Apo-

B stoli, & Sancti Gregorii, quod appellatur Clivus Scauri, Successoribus tuis in perpetuum, idest Fundum unum in integrum, quod dicitur Cesamora, cum omni integritate sua, una cum finibus, terminis, limitibusque suis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, salebris, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis aque perennis, edificiis parietinis, criptis, barenariis, montibus & collibus, plagiis & planitiis, cultum vel incultum, vacuum & plenum, & cum omnibus a dicto fundo uno, quod vocatur a Cesamora, generaliter & in integrum pertinentibus, positis foris Portam Sancti Pancratii, Viâ Aureliâ, & juxta unum Casale, quod dicitur Molarupta. Affines vero ejus, ſicuti nunc modo ſunt, & ab origine fuerunt, & ex omnibus lateribus terra tui Monasterii. Hic namque suprascriptus fundus in integrum, qui vocatur Cesamora, & omnia ejus pertinentia per Cartulam tertii generis concessus est nobis ab iniquo Silvestro Abbe vestri Monasterii: unde tu quidem Abbas cum tuis Monacis multas interpellationes ſupra nos fecisti, eo quod ipſe iniquus & sceleratus Silvester pro suis sceleribus Abbatia caruit,

caruit, & refutavit. Sed diabolica fraude deceptus post renunciatam Abbatiam ipsos emphiteos nobis precatus est, sed falsa simulatione, quasi dum esset Abbas, deprecaturus fuisset. Ideo refutamus & renunciamus vobis, ut dictum est, hereditatem coram presentia Domni Prelulis, & subscriptorum Judiciis & testium. Cartulas autem Emphiteoticas inanes & vacuas per omnia esse constituimus, nullumque habere in se robur firmitatis, ev quod per eas legibus nullo modo querere valemus, quoniam iniuste & contra legem eas accipisse confitemur. Unde & banc refutationem, refutationisque Cartulam contradidimus, & nullo in tempore neque a nobis, neque ab heredibus & consanguineis nostris, aut a nobis submissa magna paraque persona contra vos vestrosque successores aliquam habebis questionem aut requisitionem titis vel cunctie. Sed a nobis & nostris heredibus securus & quietus permaneas tu & successores tui modo usque & in perpetuum. In qua & jurati dicimus per Deum omnipotentem, sancteque Sedis Apostolice Domni Benedicti sanctissimi Octavi Pape salutem, hec omnia, que securitatis refutationisque Cartula serie textus eloquitur, inviolabiliter conservare atque adimplere promittimus. Nam, quod absit, & quoquo tempore si nos vel heredes vel consanguinei nostri contra vos, vestrosque successores, aut contra banc Cartulam, quam sponte fieri rogavimus, agere aut causare, contendere vel litigare presumserimus & cuncta non observaverimus, sive Instrumentum cartarium, tunc ubicumque ea apparuerint pro vestra lesione, inanis & vacua permanere, nullumque in se habere robur firmitatis. Et in supercomposituri debitores existimamus nos cum heredibus nostris, vestrisque successoribus ante omne titis initium pen

A nomine auri obrizias Libras sex, & post solutam penam hec securitatis, refutationisque Cartula in sua nibilominus maneat firmatatem, quam subscripta bendam rogavimus Sergium Scrinarium sancte Romane Ecclesie, in mense & Indictione supracripta Duodecima.

B Signum ✕ ✕ manu subscriptorum Gherardi & Sergii nobilium Virorum, germanorum fratrum rogatoriorum, ut supra legitur:

T h f p H l b e t x s. Ego Benedictus sancte Catholice & Apostolice Romane Ecclesie Presul subscripti.

C ✕ Benedictus Sacellarius sancte Apostolice Sedis.

✕ Petrus de Nutu Judeus subscripti.

✕ Leo Frajapanus.

✕ Berio de Leo.

✕ Berio de Leo Spolpello.

✕ Theodorus.

✕ Theudonianus.

✕ Astaldo de Joanne de Antonio.

D Ego Sergius sancte Romane Ecclesie Scrinarius suprascriptiones & tradiciones factas complevi & absolvi.

E Convenire possunt istae Notae in sententiam Pagii; simulque concordes sunt cum Ravennate Charta, quam nuper edidi, & in qua considerandus est etiam Annus Quintus Henrici Primi, decurrentis die XX. Februario Anno MXVIII. Chronicum Hildensheimense scribit: Henricum Romae coronatum VI. Kalendas Martias Anno MXIV. Pagius ait, scribeendum XVI. Kalendas Martias, quum Ditmarus memoriae prodiderit, eundem Augustum Romae benedictionem Pontificis accepisse die Dominica. Et revera dies Dominicus Anno illo neutiquam decurrebat Sexto Kalendis Martias, uti non tantum Hildensheimense Chronicum habet, sed & ipse Ditmarus, & Annalista Sexo, ab Eccl-

Eccardo evulgatus habent, apud quos cum die Dominica perperam jungitur dies XXIII. Februarii. Sed videntur, an emendaturo textum illud sit scribendum VIII. Kalendas Martias, qui dies etiam, scilicet XXI. Februarii in Dominicam incidit, potius, quam XVI. Kalendas Martias, ut Pagius opinabatur. In Charta Ravennate nuper edita Annus IV. Henrici diserte componitur cum die

A XX. Februarii Anni MXVIII. Ergo is post eam diem coronatus fuerit Anno MXIV. Alteram subiecto Char- tam ad praelaudatum Farfense Coe- nobium spectantem, quam ad me misit egregius Vir, mihique ob no- bilitatem, pietatem, aliasque virtutes spectatissimus, Dominus Eusta- chius Caracciolum Neapolitanus Cle- ricus Regularis.

B

Donatio terrarum facta Farfensi Coenobio ejusque Abbatii Guidoni
a Benedicto VIII. Pontifice maximo, Anno 1013.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno Deo propitio Pontificatus Domni Benedicti summi Pontificis & universalis Pape VIII. in sacratissima sede beati Petri Primo, Indictione XI. mense Junio, die II. Dum pro adipiscendis celestis Regni gaudiis eternis proculdubio ad cultum divine Majestatis conferenda stipendia omnino fas exigit, eo quod valemus, nisi queque ad stabilitatem integratatis perfectam in venerabilibus locis permanere, & non tantum verbo firmitatis maneat, verum etiam per seriem scripturarum paginam volumus esse testatum, maxime in quibus omnipotenti Deo laudes referuntur; ut Redemptori nostro hoc ipsum, quod ad gloriam sancti nominis ejus dignoscitur procurasse, sit acceptabile, a nobis inferius adscriptum, & Domno Gregorio & Domne Marie genitorum meorum, pro quorum amo- re & venia, meorumque delictorum of- fero, ut ab eodem Domino Deo nostro sanctissimis suis miserationibus in ethereis arcibus conferatur remuneratio, & veniam delictorum omnium consequi mereantur. Quapropter ego supra scriptus Dominus Benedictus alme Rome Pre- ful a presenti die do, dono, cedo,

C trado, & irrevocabiliter largior, si- mul, atque concedo ex propria met substantia, propria, spontanea, meaque voluntate, vobis Guido venerabilis Presbiter & Monachus atque Abbas ve- nerabilis Monasterii Sancte Dei Ge- nitricis Marie Domine nostre, Terre Sabinensis in loco, qui dicitur Acu- tianus, vestrisque successoribus Abbatibus, Presbiteris & Monachis, majoribus minoribusque, qui in eodem vene- rabili Monasterio Deo servituri sunt, pro vestris sacrosanctis fidelibus & quo- tidianis orationibus, quas pro salute animarum nostrarum facere non cessatis: Ideoque remunro & dono & offero pro anima mea, & animabus prenomi- natorum pie recordationis olim genito- rum meorum. Id est totam integrum vi- neam & terram, quas ad laborandum detinuit Benedictulus, qui dicebatur de Laxo, & Pecculus filius ejus, qui fuerunt famuli nostri: cum casis, vi- neis, & terris, campis, pascuis, silvis, saltis, arboribus pomiferis, fructiferis vel insuetiferis, diversisque generis, risis, fontibus aquae perennibus, cul- tum vel in cultum, vacuum & plenum, sic in integrum, quomodo supradicti fa- muli nostri ad laborandum suis detinue- runt

E

runt manibus, in montibus & planiciebus per diversa loca & vocabula, ubicumque posita esse videntur, cum introitu & exitu suo, & cum omnibus ad ea generaliter in integrum pertinentibus, posita in territorio Collineni in fundo Flajano, sicuti ejus affines ab origine fuerunt, vel modo designari possunt, juris, cui existunt. Que a presenti die largimur vobis, ita ut a vobis continuas orationes suscipiamus; qui si carnalia vobis concedimus, spiritualia a vobis percipere debemus. Et a presenti die pro redemptione animarum fratrum & sororum meorum, & mee, qui supra donator, habeatis, tenatis, possideatis, & utendi, fruendi, possidendi, vendendi, donandi, communicandi, vel quidquid ad luminariorum concinnationem ad sancte Ecclesie utilitatem vestri Monasterii facere sive peragero volueritis, in vestra, vestrorum que successorum sit potestate. Et nullo amquam tempore a me, neque ab heredibus & successoribus meis, neque a me submissa magna vel parva persona aliquam aliquando habebitis questionem aut calumniam. Et si vobis, vestrisque Successoribus opus intervenierit, stare me una cum heredibus & successoribus meis, & defendere promitto ab omni homine in omni tempore & in omni loco, ubi vobis necesse fuerit. Et hec omnia, que hujus donationis Chartule series textus eloquitur, inviolabiter conservare atque adimplere promitto. Nam, quod absit, si contra hec, que superius notata sunt, vel adscripta leguntur, agere presumserimus, & cuncta non observaverimus, tunc datus nos

A promittimus vobis ante omnis litis initium pene nomine auri optimi Libras duas: & post solutam penam hujus donationis Chartule series in sua nibilominus maneat firmitate. Quam scribendam rogavi Roccionem Scriniarium sancte Romane Ecclesie. Et ego, qui supra scriptus manu propria subscripsi, & testes qui subscriberent, rogavi, & vobis, qui supra, contradidi in Mense & Indictione supra scripta XI.

¶ ThFK Ih C T XC, qui & Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

¶ Hilperinus filius Hilperini.

¶ Franco filius Duranti.

¶ Johannes, qui Paparone vocatur.

¶ Odavianus filius Sergii de Transiberim.

¶ Crescentius filius Jobannis de Lottecar.

¶ Ego Roccio Scriniarius sancte Romane Ecclesie, qui supra scriptor hujus Chartule complevi & absolvi.

At his tandem missis, ritum repetamus Sacrificii incruenti pro Animabus Defunctorum statis diebus offerendi. Atque heic Chartis haecenus productis altera adjungatur, cuius per vetustum exemplum vidi in Archivo Monasterii Lucensis Sancti Fridiani; rara sane, quod est ad ea tempora, quum ex ea constet, Henricum II. Augustum duos Mansos eidem Monasterio fuisse largitum, ut Presbyter, qui hos Mansos suscipiat, per singulos dies, pro recordatione Diermarii, patris nempe Siceboti militis celebret, tum pro omnium fidelium Defunctorum commendatione.

Henrici inter Augustos Secundi Praeceptum, per quod Lucensi
Coenobio Sancti Fridiani duos Mansos donat, ut singulis
diebus Missa celebretur, Anno 1046.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia R^ex. Si pro redimendis animabus fidelibus de regalium nostrarum facultatum excellentiis quiddam liberatiter condonaverimus, ad anime nostre perpetuam felicitatem maxime profuturum esse confidimus. Quapropter omnium sancte Dei Ecclesie, nostrorumque fidelium, presentium scilicet & futurorum, noverit industria, qualiter nos pro amore divino, animeque nostre remedio, tum ob petitionem fidelis nostri Militis Siciboto dicti, ad Altare in honorem Sancte Marie & Sancti Petri Apostoli & Sancti Juliani Martiris & Sancti Martini Confessoris construunt, duos Mansos pro remedio anime Diemari inibi quiescentis, patris videlicet predicti Sicibotonis, situ in loco Lunae: unum tenet Stefanus, & alterum excusat Petrimarcho, habentes cultras viginti. Et si amplius quidquam ad prescriptos Mansos pertineat, Regali nostra munificentia in proprium tradivimus cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit provenire: ea videlicet ratione, ut Fratres hujus Monasterii in honorem Sancti Fridiani construunt babeant potestatem eligendi inter se Virum probabilem, religiosum quidem Presbiterum, qui hos Mansos suscipiat, & ad usum sui privatim obtineat eo tenore, ut per singulos dies pro recordatione Diemari specialiter Missam celebret, tum pro omnibus fidelium Defunctorum commendatione ad predictum Altare. Et idem Presbyter inibi omni nocte lumen subministret. Insuper etiam statuimus, ut dum quili-

A bet ad id officium electus lege necessaria nature concedit, alter sub eorumdem Fratrum conenvione & electione ad explendum prioris propositum per omnia probabilis succedat, & ipse de presatis Mansis cum suis pertinentiis liberam potestatem habeat ordinandi ad expletiorum in omnibus prelibati statuti, omnium hominum contradictione remotis. Et ut hec nostre traditionis autoritas stabilis & inconvulsi omni tempore permaneat, hanc Chartam inde conscriptam, manu propria, ut infra, videlicet corroborantes, Sigilli nostri impressione insimus insigniri.

Signum Domini Henrici Tertii Regis invictissimi.

Henryus Cancellarius vice Hermanni Archicancellarii recognovi.

Data VII. Kalendas Decembris anno Dominice Incarnationis MXLVI. Indictione XV. Anno autem Domini Henrici III. ordinationis ejus XVIII. Regni vero VIII.

Altum Luce in Dei nomine feliciter. Amen.

D Heic ergo habemus Missam perpetuam, hoc est, singulis anni diebus celebrandam: Sed vide, non eam praescribi tantum pro Diemaro, sed & pro omnibus fidelibus defunctis. Denique accedit Charta descripta ab amicissimo Gherardio meo ex antiquissimo apographo, existente in Archivo Archiepiscopali Ravennae: quippe praefert Missam celebrandam quotannis die anniversario obitus Heinrici Archiepiscopi donatoris.

E Char-

Charta Heinrici Ravennatis Archiepiscopi, donantis Liuzae Abbatissae
Monasterii Sancti Andreae Majoris Monasterium dirutum
Sancti Laurentii, Anno 1660.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: sub Anno Dominice Incarnationis Millefimo Sexagesimo, Regnante vero Heinrico honesto puerō, filius quondam Heinrici Imperatoris Anno Quarto, die XXIX. mensis Decembris, Indictione XIII. RAVENNA. Heinricus servus servorum Dei, divisa gratia Archiepiscopus, Liuze venerabili Abbatisse Monasterii Sancti Andree Apostoli, qui vocatur Majoris & pro te in eodem Monasterio, tuisque succedentibus in perpetuum, que fer tempora ordinate fuerint. Congruum atque utilimum esse decernimus, ut pentium desideriis non oborrere, sed Domini misericordia considerantes cicias subvenire, ut in futuro nobis proficiat ad augmentum, ac petentes graciārum referant actiones. Icirco damus & donamus tibi supra scripta Liuza venerabili Abbatissa prelibati Monasterii, tuisque Successoribus in perpetuum, sicut supra legitur, pro oblacione de illuminacione, seu pro eterna remuneratione atque remedio anime mee, in honore beatorum Martirum Mauricii & Adelberti & Pangraci ac Nicholai ac Georgii ac Blasii, seu ad honorem Sanctorum Apostolorum ac Sancte Theodore ac Lucie, quorum Altare consecravi subtus Confessione predidi Monasterii, id est Monasterium, quod nunc demolitum esse videtur, cui vocabulum fuit Sancti Laurentii, quod vocabulo a Summo Vico, quod possum fuit foris Porta Pusterule Sancti Zenonis, cum omnibus rebus & possessionibus atque pertinentiis suis, & cum omnibus ad predictum Monasterium intus pertinentibus. Quod

A supra scriptum Monasterium integrum vobis damus & donamus atque concedimus cum omnibus rebus ac possessionibus, ut supra legitur. Ad habendum, tenendum, atque ad lucrum ac utilitatem prefati venerabilis Monasterii Sancti Andree Apostoli Domini, quod vocatur Majoris, posidendum, sicut supra legitur, & ad honorem suprascriptorum Sanctorum Martirum. Ita tamen donec ego Heinricus gratia Dei Archiepiscopus prelibatus vixero, semper in die consecrationis mee, quod est Pridie Idus Marcii per unamquamque Monacha, quod ibi fuerint, canant pro facinoris meis singulūm Psalterium, ac post obitum meum in die Anniversarii mei similiter celebrabitis nobis Missam ac Psalterium; ac omni annualiter persolvere debeatis Hactoribus sancte nostre Ravennatis Ecclesie Denarios tres. Ac ne cuiquam presens Preceptum aut presatum Monasterium, aut pertinentiis ejus alicui bonini dare vel vendere, seu transferre per nullum ingenium vel argumentum, nisi tantummodo per ensiferas aut per pallium renovare, sive per libellum ad fruges reddendum, ac ad lucrum ac utilitatem ipsius sancti ac venerabilis loci beati Andree Apostoli ac beatorum suprascriptorum Sanctorum Martirum. Si quis vero majoris vel minoris persone contra hoc nostrum Preceptum egerit, aut illum corrumperit, aut presatum Monasterium, aut ejus pertinentiis a jure & dominio prefati Monasterii Sancti Andree Apostoli aut a beatorum suprascriptorum Sanctorum Martirum, quorum Altare consecravi, substraxerit, trecentorum decem & octo

B

C

D

E

Sanctorum Patrum anathematis vinculo obligetur. Observator autem qui extiterit, Domini benedictione redundetur. Quam preceptionis nostre pagine Denuo dedit Notarius sancte nostre Ravennatis Ecclesie scribendum jussimus. Et ut verius ab omnibus credatur, diligenterque observetur, manu nostra propria firmavimus, sub die & mense & Indictione supra scripta Tertiadecima. Ravenne.

Ceterum si Chartas ante tempora hactenus descripta exaratas versabimus, utique paucae occurrent, in quibus Donatores certum aliquem numerum Missarum pro se celebrandarum indicant. Verum subsequen-

Donatio praediorum facta Cathedrali Regiensi ab Arduino Comite Comitatus Parmensis pro quatuor Presbyteris Mansionariis ibi ordinandis, Anno 1058.

IV nomine Dom. Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejusdem Millefino Quinquagesimo Octavo, XIII. mensis Martii, Indictione XI. Sancte autem matris Ecclesie Episcopio Sancte Dei Genitricis Virginis Marie sita Regio. ego Ardoinus Comes Comitatus Parmensis, & filius quendam Attonis, qui professus sum ex natione mea Legem vivere Langobardorum, oTertor & donator ipsius Episcopii, presens presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquid rebus dederit, juxta Autoris vocem, in futuro Seculo accipiet centuplum. Insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Ideoque prefatus Ardoinus Comes dono & offero in eodem venerabilis Episcopio Sancte Dei Genitricis Virginis Marie, ea tamen ordine, sicut hec subitus legitur, a presenti die proprietario nomine, pro anima mea, &

MEDII AEVI 356
A bus Saeculis sensim radices agere coepit fortiores hic usus, quamquam adhuc innumerae donationes & tunc se nobis offerant, in quibus nullum hujusmodi onus Ecclesiis imponitur. Apud Comitem Gasparem Masdonium Furnium Patricium Mutinensem & Regiensem, antiquum adseratur exemplum Chartae testantis, Arlinum Comitem Parmensem, Anno MLVIII. constituisse Beneficium in Cathedrali Regiensi quatuor Presbyteris, qui omni tempore ad Altare Dei Genitricis Marie cantent Primam & Completam per unum quemlibet, & cum Letanis celebrent Missas omni tempore usque in perpetuum. Non inutile erit ipsam Chartam producere.

Cquondam Juliette, que fuit jugalis mea, & quondam genitoris, & genitricis mee mercede: hec sunt; Casas cum rebus & territoriis juris mei, quas habere viuis sum in Quingente, locus qui vocatur Communie, & Bubiano, & in Gavasseto, atque in Marmirolo, & in Sablone, cum infra cripta Plebe de Rivalta, & prope Regio in locis, que nominantur Coviollo, & in loco Breuli, & in Vico Disbragà, atque in Mersa. Illis rebus de Cugnente sunt rectis per Martinum Leani & Alpicciolo, & sunt super totis insimul sedimen cum vineis seu terris arabilis atque pratis juga quatuordecim & dimidium. Illis casis cum rebus de Bubiano sunt super totis insimul juga sex inter sedimen, cum vineis seu terris arabilis atque pratis, & sunt rectis per Ongaro, qui dicitur de Barbudo. Illis casis & rebus de predicto loco Gavasseto sunt

sunt super totis & inter sedimen & areis, ubi vites exstant, seu terris arabilis & pratis juga duodecim & diuidum, & sunt rectis & laboratis per Gonzo Cusinii de Sorte. Illis casis & rebus de presato loco Marmirolo, sunt super totis inter sedimen cum vineis seu terris arabilis atque pratis, juga decem, & sunt rectis per Jobannem, qui dicitur Planzono. Et presatis casamentis & rebus de jam nominato loco Sablonio sunt per Instrumentum inter sedimen cum vineis, seu terris arabilis & pratis juga octo, & sunt rectis per Jobannem, qui dicitur Abondo, & Martinum de Piano. Illis terris cum rebus, que sunt infra Plebe de Rivalta, & prope Regio in jam nominatis locis Coviole, locus Breuli, & Vico Disbragato, seu Mersa, sunt super totis etiam simul juga quinque in terris arabilis & pratis seu vineis, omnia in integrum. Que autem suprascriptas casis & omnibus rebus territoriis juris mei in prenominatis locis suprascriptis, una cum accessionibus & ingressoribus & cum superioribus & inferioribus supra, cum quantitatibus suprascriptis, ad habendum ab hac die in eodem Episcopio venerabilis sancte Dei Genitricis Marie predictis casamentis & rebus dono & offero, eo verò ordine sicut hic subtns habetur. Ut per investituram Archipresbiteri & Archidiaconi de eodem Episcopio ordinentur quatuor Presbiteri, absque pecuniarum datione, qui in eodem Episcopio omni tempore ad Altare prefate Dei Genitricis Marie cantent Primam & Completam per unum quemlibet, & cum Letaniis celebrent Missas omni tempore usque in perpetuum, exceptis festivitatibus: id est unum diem pro salute vivorum, alium diem pro omnium Fidelium defunctorum, & pro animabus Arduini & Julitte; seu

A genitoris & genitricis prefati Arduini. Et si aliquis ex ipsis Presbiteris ab hac luce migraverit, alter ejus in loco ordinetur similiter, sine datione pecunie, per investituram predictorum Archipresbiterorum & Archidiaconorum, qui pro tempore fuerint in jam dicto Episcopio. Quod si venerit (quod Divina potentia avertat) quod Pontifex de eodem Episcopio, vel aliqua magna parvaque persona habeat meum factum aliter revolvere, nisi quomodo hoc meum factum declaratum legitur, tunc volo, & in omnibus affirmo, ut presatis casamentis & rebus tamdiu in mea, meorumque heredum & proheredum potestate permaneant, quamdiu venerit potestas ex presatis Presbiteris jam factis casamentis & rebus eis libere & quiete habere permiserit. Et faciant de ipsis casamentis & rebus omni tempore, de frugibus & laboribus, sive censu, quos de presatis rebus Dominus annue dederit, ad eorum usum & sumptum proprietario nomine quidquid voluerint, si ita observatum est, ut supra habetur, sine omni mea & heredum meorum contradictione. Veruntamen ne licet predictis Presbiteris jam dictas res in viles conferre personas, per quas Ecclesia damnum patiatur, vel usus rarum minoretur. Quidem & spondeo atque promitto me Ego predictus Ardoinus Comes, una cum meis heredibus, pars suprascripto Episcopio in factis casamentis & rebus omni tempore ab omni homine defensare; quod si defendere non potuerimus, aut si pars jam dicti Episcopii per quovis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum istis casamentis & rebus, sicut supra habetur, restituatur pars predicta Episcopii, sicut pro tempore fuerit, melioratis, aut valuerit, sub estimatione in consimilibus locis. Si quis verò de meis heredibus vel proheredibus, vel aliqua magna

magna parvaque persona hanc meam offensionis Cartam irrompere vel frangere tentaverit, Dei omnipotentis, Santorumque omnium recipiat maledictionem, & in die Judicii non cum Angelis ad dexteram Dei veniat, sed cum Diabolo in perpetuo igne permaneat. Fiat, fiat. Quia sic in omnibus mea decrevit bona voluntas pro anima mea, & quondam Julitte, seu genitoris & genitricis mee mercede. Hanc enim Cartam offensionis mee paginam Romanus Judex sacri Palatii ad scribendum dedi atque rogavi: in qua subter confirmans testibus, quos obtulit roborandam.

Actum in Castro, quod vocatur Cella: feliciter.

Signum manus istius Ardoini Comitis, qui hanc Cartam istius offensionis, ut supra sieri rogavit.

Signa manus Ingezoni, & Bernardo, seu Alberti, Lege viventes Longobardorum, rogati sunt testes, & alii plures.

Scripti ego quidem Romanus Judex sacri Palatii post tradita complevi & dedi.

*Arduinus iste Comes dubito ego, num Parmensi Civitati praefuerit, an potius in Parmensi agro Comes fuerit. Is enim in altera Charta Anno MLXII. scripta appellatur *Arduinus Comes de Comitatu Parmensi*. Quare suspicioni justae locus est, iustum fuisse unum ex Comitibus ruralibus, e quibus non pauci eo Seculo emergere coeperunt. Sed quaestionem hanc versavi supra in Dissertatione*

A VIII. de Comitibus, ubi alias Chartas spectantes ad hosce ipsos Comites evulgavi. Clarissimus Bacchinius in Historia Monasterii Padolironensis pag. 38. Appendic. Chartam exhibit Anno **XLV.** exarata, ubi occurrit *Gisla filia Arduini filium quondam Attonis de Comitatu Parmensi*, utique supra laudati Comitis Arduini filia. Tum alteram Chartam profert Anno **MLIV.** scriptam, in qua legitur *Arduinus Comes de Comitatu Parmense, filiusque Attonis*. Sunt & apud eundem Bacchinius pag. 33. tabulae consuetae Anno **MXCV.** ibique haec verba: *Ego Ubertus filius quondam Arduini Comitis Parmensis*. Recte conjicit idem Bacchinius, Arduinum hunc Comitem Attonis filium, ex eodem stipite progenitum, ac Bonifacius Marchio & Dux Tusciae, pater celeberrimae Comitissae Mathildis. Sed ut ad Chartam nuper a me producam regrediar, ibi videoas impositum Presbyteris iis onus celebrandi Sacrum singulis diebus, exceptis festis, idest uno die pro salute vivorum, altero, pro omnium Defunctorum, & ipsius Arduini donantis & Julittae uxoris suae animabus. En qualis tunc mos esset constituentibus *Mansionarias, Cappellaniis*, atque hujusmodi Beneficia Ecclesiastica. Quam rem confirmabunt geminae aliae Chartae, simile onus imponentes in fundatione alterius *Mansionariae* in Cathedra Regiens. Debeo illas praelaudato Comiti Masdonio Furnio.

Odo & Ardoinus fratres, filii quondam Guidonis Comitis Regiensis, novis redditibus augent Mansioniam ab eorum patre fundatam in Cathedrali Regensi, Anno 1073.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo Septuagesimo Tertio, X. die intrante mensis Aprilis, Indictione XI. Ecclesie Sancte Marie matris. sita Regio. Nos Odo & Ardoino fratres & filii quondam Guidonis de Comitatu Regensi, atque Aldegarda mater ipsorum, relicta suprascripti Guidonis, qui professi sumus ex natione nostra, Lege vivere Longobardorum, consentientibus mihi, cui supra Aldegarda suprascripta filiis & mundoaldis meis, offertores & donatores ipsius Ecclesie diximus: Quisquis in sanctis & venerabilibus locis &c. Ideoque nos, qui supra, mater & filii donamus & offerimus in eadem Ecclesia Sancte Marie, ad Mansioniam, quam suprascriptus Guido genitor noster constituit in eadem Ecclesia, pro animarum nostrarum & suprascripti Guidonis genitor noster, & fratum ipsorum mercede, eo tenore, ut subter legitur: hoc est. Massaricia una de terris juris nostri, que rejacent in loco, ubi dicitur Valo nominative, que fit recta & laborata per Martino Massario, & est per mensuram justam inter sedimen & areis, ubi vites existant, seu terras arabiles, jugera..... ut dictum est, cum casis & sedimini bus, seu reliquis terris, campis, pratis, pascauis, silvis, insulis, ripis, rupinis, paludibus, cultis & incultis, divisis & indivisis, una confinibus, terminibus, accessionibus earum rebus per loca & vocabula ad suprascriptam Massariciam pertinentia in integrum. Que suprascripta Massaricia juris no-

A stri supradicta, una cum accessionibus & ingressib; suis, seu cum superioribus & inferioribus suis, qualiter superius dicitur, ab hac die in eadem Ecclesia Sancte Marie ad Mansioniam donamus & offerimus, & per presentem Cartam offensionis ibidem habendam confirmamus: eo verò ordine; Ut Presbiteri, qui inibi sunt ordinati, cantent Primam & Completam ad horam legitimam & Missam celebrent cum * Tanais una die pro salute vivorum, alia die pro requie defunctorum, omni die, excepta die Dominicā, & festivis diebus, pro remedio anime nostre & parentum nostrorum: habeant suprascriptam Massariciam ad eorum usum & sumptum, qui nunc ordinati sunt, vel in antea ordinati fuerint, secundūm institutum suprascripti Guidonis genitoris nostri, scilicet absque datione pecunie. Et si Episcopus, vel alia alia persona suprascriptam Massariciam eisdem Presbiteris, qui ibi ordinati fuerint, tollere voluerit, vel aliquem per pecuniam ordinare ibi, aut aliter revolvere quam constitutum est, presumberit, tunc volumus, ut suprascripta Massaricia deveniat in nostra potestate vel heredum ac proheredum nostrorum, donec ita adimpleatur, sicut a nobis constitutum est. Ita ut faciant exinde Presbiteri, qui nunc, vel pro tempore fuerint, ad eorum usum & sumptum quidquid voluerint sine omni nostra & heredum nostrorum contradictione. Quidem & spondemus & promittimus nos, qui supra, mater & filii, una cum nostris heredibus parti ipsius Ecclesie, suprascriptam Massariciam,

ciam, qualiter supra, ab omni homine
defensare. Et si defendere non potue-
rimus, aut si parti ipsius Ecclesie e-
xinde aliquid per quodvis ingenium e-
xinde subtrahere quiescerimus, tunc in
duplum eamdem Massariciam, ut supra,
parti ipsius Ecclesie restituemus, sicut
pro tempore meliorata fuerit, aut va-
luerit sub estimatione in consimilibus
locis. Si quis verò de heredibus aut
proheredibus nostris, vel ulla alia per-
sona hanc offerionis Cartam irrumpere
tentaverit, maledictionem Dei Patris
omnipotentis, & omnium Sanctorum ha-
beat. Hanc enim Cartam offerionis

A page Petri Notarii tradidimus, &
scribere rogavimus; in qua subter con-
firmamus, testibusque obtulimus robo-
randam.

Actum Regio feliciter.

Signum manus suprascripti Ardoini;
atque Aldegarde, qui hanc Cartam of-
ferionis fieri rogaverunt, ut supra.

B Signum manus Rolandi, & Ingezo-
nis, sen Johannes, Lege Longobardorum
viventes, rogati testes.

Ego qui supra Petrus Notarius sa-
cri Palatii, scriptor hujus Carte of-
ferionis, post tradita complevi & dedi.

Guido, Ardoinus, atque Odo fratres, filii quondam Guidonis Comitis
Regiensis, nova dona conferunt Mansionariae ab eorum ge-
nitore sundatae in majori Templo Regensi, Anno 1073.

IN nomine Sancte & individue Tri-
nitatis. Anno ab Incarnatione Do-
mini nostri Iesu Christi MLXXIII. die
III. mensis Septembris, Iudicione XI.
Ecclesie Sancte Marie matris, site Re-
gii. Nos Guido, & Ardoinus, at-
que Odo germani filii quondam Co-
mitis Guidonis de Comitatu Regien-
si, atque Ildegarda mater ipsorum,
relicta suprascripti Guidonis; qui pro-
fessi sumus omnes ex natione nostra,
Lege vivere Longobardorum, conser-
tentibus mihi etiam Ildegarde supra-
scriptis filiis, & monaldois meis, of-
fertores & donatores ipsius Ecclesie,
presentes presentibus diximus: Quisquis
in sanctis &c. Ideoque nos quidem ma-
ter & filii donamus & offerimus in
eadem Ecclesia Sancte Marie ad Man-
sionariam, quam suprascriptus genitor
noster constituit in eadem Eccle-
sia, pro animarum nostrarum, &
suprascripti genitoris nostri, seu Gerardi
fratris nostri mercede eo tenore, ut
subter legitur. Hec est Massaricia una

C de terra juris nostri, que rejacet in
loco, ubi dicitur Bibiano, nominative,
que sit recta & laborata per Johannem
& filios Amizoni; & est inter sedi-
men & areis, ubi vites exstant, seu
terriss arabilis, jugera decem. Quam
autem suprascriptam Massariciam juris
nostri supradictam, una cum accessioni-
bus & ingressibus, seu cum superioribus
& inferioribus suis, qualiter supra di-
citur, ab hac die in eadem Ecclesia
Sancte Marie ad Mansionariam dona-
mus & offerimus, & per presentem
Cartam offerionis ibidem ad habendum
confirmamus. Eo verò ordine, ut Pre-
sbiteri, qui nunc ibi sunt ordinati,
cantent Primam & Completam ad
horam legitimam, & Missam cele-
brent cum Letaniis, una die pro fa-
lute vivorum, alia pro requie defon-
torum omni tempore, excepta die
Dominica, & festivis diebus, pro re-
medio suprascripti genitoris nostri, seu
Gerardi fratris nostri, & nostrorum.
Habent suprascriptam Massariciam ad
eorum

eorum usum & sumptum, qui nunc ordinati sunt, vel in antea ordinati fuerint, secundum institutum suprascripti Guidonis genitoris nostri, scilicet absque datione pecunie. Et si Episcopus, vel alia persona suprascriptam Massariam &c. (uti in praecedenti Charta.) Hanc enim Cartam offerionis page Leoni Notario tradimus, & scribere rogavimus, in qua subter confirmamus, testibusque obtulimus roboran-

dam.

Actum Regii, feliciter.

Signum manus suprascripti Guidonis, & Ardoini, atque Ildegarde, qui hanc Cartam offerionis fieri rogaverunt, ut supra.

Signum manus Petri, & Dignini Manfredi, Lege Longobardorum viventium, rogati testes.

Ego quidem Leo Notarius sacri Palatii, Scriptor hujus Carte offerionis, complevi & dedi.

Oblatio terrarum Casinensi Monasterio facta a Raone filio quondam Rahelis, Teanensis Urbis Domino. Anno 1140.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnationis ejus Millesimo Centesimo Quadragesimo, mense Martio, Indictione III. Ego Rao, filius quondam Rahelis, Thianae Civitatis Dominus, dono, offero, atque concedo Monasterio Sancti Benedicti, quod situm est in Monte Castro Casini, & tibi Domno Raynaldo de Columento ejusdem loci Abbat: id est omnes terras & vineas & villanos & molendinum, quod est ad Pontem ligneum; quae babeo & posideo in Terra Sancti Benedicti, quae fuerant quondam Dominae Hodierne Mariscanae: praeter unum portale, quod ante hos annos dedi Casinensi Hospitali, cuius censos & Rektor erat Dominus Georgius Monachus;

Tom. XI.

A Nunc mecum Lector, si lubet, accedat ad Seculum Christi Duodecimum, atque ad celebre Casinense Coenobium, ex cuius Archivo tres alias Chartas elicere mihi licuit, non inutiles ad ostendendum, quibus pactis eo tempore obligarentur dona facta Locis sacris. Prima pertinet ad Raonem filium quondam Rahelis, B Teani Dominum, praecipientem, ut Monachi per singulos menses sequenti die post Kalendas habeant refactionem pro anima mea; & faciant in eisdem diebus, nec non per Anniversarios dies nostros in commemoratione nostra plenarium Desunctionis Officium, quemadmodum faciunt in Anniversariis diebus Ducis Roberti Viscardi, & Sikelgaitae uxoris ejusdem &c. Sacrificia ista unice offerenda videntur pro anima donatoris ipsius.

E & praeter domum, quae fuit ejusdem Hodierne, quam mihi reservo. & virum quemdam nomine Zoffum Johannis Fusti cum rebus suis. Concedo etiam praefato Monasterio, & jam dicto Domino Abbat: molendinum illud, quod construxit Dominus Abbas Senjorectus juxta Civitatem Sancti Germani, in loco, ubi dicitur ad Roforiorum: & quinque Apothecas Amalpitanorum: quae omnia erant obligata pignori, pro quibus recolligendis, ex voluntate Domini Abbatis & Fratrum, dedi Libras Deniariorum Papiensium quadraginta. Hoc videlicet modo, ut ex reditu jam dicti molendini & villanorum habeant Fratres Casinenses per singulos menses sequenti die post Kalendas refactionem

A a

tionem pro anima mea, & Agnesis uxoris meae, ac Goffredi de Aquila Generi mei, & Aderictiae filiae meae, uxoris suae, & aliorum parentum nostrorum. Et faciant in eisdem diebus, nec non per Anniversarios dies nostros in commemoratione nostra plenarium Defunctorum Officium, quemadmodum faciunt in Anniversariis diebus Ducis Roberti Viscardi, & Sikelgaitae uxoris ejusdem. Quod ex reditu praedictarum Apothecarum, & ex fructibus terrae, vinearum, & horitorum, & praediis molendini, quod est ad Pontem ligneum, pervenerit, totum in vestibus Fratrum detur, expendatur, atque proficiat. Neque licet nobis, vel hereditibus nostris, utlo tempore nolle, quod volumus, sed quod a nobis semel factum est, in perpetuum obseruare promittimus. Et insuper obligamus nos & heredes nostros, quod si hanc nostram donationem, oblationem, etque concessionem infringere vel removere quaesierimus, vel si columniam seu molestationem praedito Monasterio aut Rectoribus ejus facere temptaverimus, promittimus & obligamus nos soluturos praefato Monasterio & Rectoribus ejus curi optimi Libras quadraginta, & post paenam solutam haec nostra donatio, oblatio, atque concessio firma & inviolabilis permaneat semper.

Raynaldus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis & Abbas Casinensis, confirmat Monasterio sancti Angeli ad Formas ordinationem antea factam a Stephano ejusdem Praeposito, Anno 1159.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno Incarnationis ejus Millefimo Centesimo Quinquagesimo Nono, Indictione Septima. Cum quadam die nos Raynaldus Dei gratia Cardinalis & Casinensis Abbas apud Sandum Angelum in Formis moraremus, retule-

A Hanc autem obtationis, seu notacionis, seu concessionis Cartam scripsi ego Johannes Diaconus, & Curiae Notarius ex rogatu praedicti Domini Raonis.

Actum in supradicto Monte Castro Casino.

† Ego qui supra Rao filius Rabellis, signum Crucis feci.

† Ego qui supra Goffredus de Aquila, signum Crucis feci.

† Ego Rao filius Gulielmi, signum Crucis feci.

† Ego Tancredus filius quondam Petri Canzolini, signum Crucis feci.

† Ego Belgrinus Judex subscripsi.

† Ego Petrus Deianus Theanensis.

C Libro Quarto Cap. 44. Chronicæ Casinensis memoratur hic idem Rao Teanensis Civitatis Corves. Jamque habes, Seculo XII. multum invaluisse Anniversarios dies, five justa quotannis persolvenda animabus beneficæ gentis: qui ritus, uti jam monui, aliquot antea Seculis fuerat institutus. Hoc autem luculentius perspicies in Charta sequenti, quae ad Coenobium alterum Casinensi subjunctum spectat, ubi agitur de terris, quae Congregationi antea ab hominibus defunditis pro suis Anniversariis faciendas datae fuerant.

E runt ipsi Fratres, quod eorum Praepositus, Stephanus nomine, quandam ordinationem fecerat de quibusdam peitiis de terra, quas supradictus Praepositus tempore sui Praepositatus acquisierat, & de nonnullis aliis terris, quae Congregationi antea ab hominibus

nibus

369. DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 370

nibus defunctis pro suis Anniver-
ariis faciendis datae fuerant, & de
quodam Molendino. Ordinatio autem
sic acta fuerat, scilicet, ut singulis an-
nis refugium, quod de illis terris e-
xierit, & de supra scripto Molendino,
in Anniversariis, quae in eorum Re-
gula scripta sunt, expendantur. Quic-
quid autem residuum fuerit, in miseri-
cordiis Fratrum dividatur. *Quod illis*
referentibus & nobis audientibus, pla-
cuit nobis; & sicut ipse praedictus di-
lectus Frater noster Stephanus Praepo-
situs ordinarat, concessimus, confirma-
vimus, & stabilivimus, ut quicunque
jam dictam ordinationem violare tem-
ptaverit, excommunicationi subjaceat,
nisi congrua satisfactione emendaverit.

☩ Ego qui supra Raynaldus Dei gra-
tiâ Cardinalis & Casinensis Abbas si-
gnum Crucis feci.

A Ego Frater Moyses Diaconus Monac-
chus.

Ego Frater Bernardus Sacerdos Mo-
nachus.

Heic tantummodo mentio est *An-*
niversariorum, quo nomine incertum
est, num Officium duntaxat Defun-
ctorum cum solemni Missâ celebra-
tum designetur, an etiam Sacrificia
alia forent adjungenda. Attamen per
ea quoque tempora a nonnullis ex-
actum fuisse certum illorum numerum,
ex alia Charta patebit, in qua Mo-
nachi pollicentur, se omnibus Kalen-
dis Missas celebraturos pro peccatis so-
dalibus de se bene meriti, dum ille vi-
xerit; & post ejus mortem similiter ce-
lebraturos Missas pro Defunctis. Ea
ipsam Chartam ex eodem Archivo
Casinensi depromtam.

Donatio facta Monasterio Sancti Angeli ad Formas a Fratre Petro
Ruso ejusdem Coenobii Praeposito cum quibusdam
conditionibus, Anno 1145.

I N nomine Domini nostri Iesu Christi.
Anno ab Incarnatione ejus Mille-
mo Centesimo Quadragesimo Quinto,
XV. Anno, regnante Domino nostro
Rogerio Rege, mense December, In-
dictione VIII. Dum quadam die Dom-
nus Raynaldus Dei gratiâ Cardinalis
& Casinensis Abbas, venisset ad Mo-
nasterium Sancti Angeli ad Formas, e-
go Frater Petrus Rufus Praepositus
praefati Monasterii Sancti Angeli,
per iussionem & licentiam jam dicti
Domini Raynaldi Casinensis Abbatis, in-
vicem dedi & tradidi triginta modio
terrarum Sacrario ejusdem Monasterio
Sancti Angeli, sicut habetur in Cartis,
quas jam eidem Sacrario tradiderim,
hoc videlicet tenore fructibus vel lucro earum terrarum

D quibusque Kalendis Fratribus dicti
Monasterii Sancti Angeli refectio
praeparetur. Reliquum verò, quod
superfuerit in Olibenum & Ceram ad
obsequium praefati Sacrarii expenda-
tur: salvo tamen eo, quod eidem Sa-
crario debebatur. Et promiserunt Fra-
tres ejusdem Monasterii Sancti Angeli,
ex auctoritate praedicti Domini Raynaldi
Casinensis Abbatis, se omnibus Ka-
lendis Missas celebraturos pro pecca-
tis meis, dum vixero: post mortem
verò meam similiter celebraturos Mis-
sas pro Defunctis. Unde jam dictus
Dominus Raynaldus Dei gratiâ Casinen-
sis Abbas, cum tota Congregatione, ex-
communicavit, si quando per quodlibet
ingenium, vel humnam astutiam ali-
quis praedictas terras a supradicto Sa-

crario secundum jam dictum tenorem subtrahere voluerit, & qui praeditam constitutionem removere quaesierit.

Ego qui supra Raynaldus Dei gratia Cardinalis & Casinensis Abbas subscripti.

P Ego qui supra Frater Petrus Rufus Praepositus, signum Crucis feci.

Ego Frater Riccardus Sacerdos & Monachus & Decanus subscripti.

Ego Frater Landulfus Sacerdos & Monachus Sacrista hujus Monasterii subscripti.

Ita Anno MCXCIII. Ricciardus Ayelli Comes. ut habet Charta ab Ughellio edita Tom. 7. Ital. Sacrae, in Archiepiscop. Sipontin. multa donat Salernitano Clero, eâ conditio ne adiectâ, ut singulis diebus Missam viciissim cantent pro salute sua, & filiorum ipsius; & anniversario die mortis suae omnes Sacerdotes pro anima ipsius Comitis Missas devote cantent. Attamen inter tot monumenta ejusdem Seculi Duodecimi adhuc deprehendas parce imposita, ac parce suscepta onera certa Missarum pro singulis celebrandarum. Proxime sequenti Seculo sacris Familiis Fratrum, ut appellabant, Mendicantium Ecclesia aucta est. Tunc lora laxata sunt offerentibus dona Templo; & vix quisquam fuit, qui non exinde quilibet pias oblationes acciperet, quamquam duris oneribus & conditionibus gravatas. Tunc nullus modus fuit in praescribendis & exigendis Anniversariis ac Missis. Perpetuae etiam Messe saepius ac liberalius institutae sunt; & quum Sacrum offerre pro conferente eleemosynam jam invaluerit, quisque studere sollicite coepit, ut ex hujusmodi usu lucrum qualemcumque posset, in se aut in suum coctum derivaret. Paucis

A dicam. Eo sensim nonnullorum cupiditas processit, ut plura, quam ferti possent, onera susciperentur, ne alieni fundi, aut pecunia, aut oblationes cuiuscumque generis, sibi elaborerent e manibus. Propterea inter Theologos morum Magistros emerge re coeperunt variae hac de re quaestiones; & Tridentina Synodus, atque Apostolica Sedes coactae sunt postmodum varia promulgare antidota ac medicamina, tum ad avertendos, tum ad curandos morbos non leves, ne que paucos humanae Avaritiae, quae in Sacrum Etuarium ipsum irrepere intendit audet. Sed heic plura addere non juvat.

Solemne quoque fuit Majoribus nostris, praecipue post Saeculum a Christo nato Decimum, Dedicationes, siue Consecrationes Templorum, summa pietate ac pompa, & immanni Populorum concursu celebrare. Il prae ceteris feliciores reputati, quibus contingebat, ut Apostolicae Sedis Praefuses aut per loca illa transirent, aut consulto (precibus nempe vieti) illuc proficerentur. Tunc enim & Populi religio, & gloria loci augebatur, si Pontificis Maximi majestas aderat. ac Basilicam dedicabat. Eam ob caussam complures annos differebatur solemnis Templorum Consecratio, sperantibus Civibus, aut Monachis, adducendum aliquando ad eorum vota Romanum Pontificem. Quantâ magnificentiâ dedicata fuerit Anno MLXXI. Basilica Monasterii Casinensis ab Alexandro II. Papa, pluribus narrat Leo Marsicanus in Chronicis Casinensis Lib. 3. Cap. 30. Reliqua exempla praetereo. Porro exploratum est, ex remotioribus Ecclesiæ Seculis. immo & ex Jadaeorum sacrâ disciplinâ descendere solemnem hunc ritum Dedicationum & Consecra-

373 *DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA.*

eracionum Templorum, effusumque in iis gaudium Populorum. Neque secus factum ab ipsis Ethniciis, uti Laurentius Pignorius in Symbol. Epistolic. Epistolâ 32. ostendit, cui grati animi caussâ ad texo virum alterum doctissimum, & amicum meum, scilicet Alexium Symmachum Mazochium Canonicum Capuanum, qui Anno MDCCXXVII. in erudito Opare de Campano Amphitheatro, Cap. 3. Diatribam de Dedicationibus instituit. Vide quae de nostra Cathedrali Mutinensi, in quam Corpus Sancti Geminiani Episcopi, & Patroni Urbis, transferendum erat, scripsit Anno Christi MCVI. Anonymus quidam, sed synchronus, Tomo VI.

A Rer. Italicarum. Porro quām prolixis ac religiosis caeremoniis pia ista spectacula peragerentur, & adhuc in Ecclesia Dei peragantur, ignotum minime est Eruditis. Attamen qualis hic ritus antiquis Seculis fuerit, ante oculos Lectorum sistere statui, hoc est, evulgare Ordinem a Romana Ecclesia olim praescriptum atque adhibitum ad dedicandam Basilicam. Illum e vetustissimo Sacramentario MSto, adservato in Bibliotheca Eminentissimi & amplissimi Cardinalis Petri Ottoboni, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii, descriptis olim doctissimus vir & Monachus Benedictus Bacchinius, & mihi vivens tradidit.

Ordo Romanus ad dedicandam Basilicam.

Primus vedit Episcopus, indutus vestibus sacris ad Ecclesiam, vel ad locum, ubi Reliquiae repositae sunt, & facit Letaniam, & dat Orationem hanc: *Ausfer a nobis, Deus, &c. Fac nos Sanctorum tuorum, Deus &c.* Postea ponit Reliquias in Patena, & porrigit eas Presbyteris in ulnas suas super sindonem, quam habent in collo ligatam; & cooperit illas: & exeunt psallendo, cum jocunditate exhibentes & cum gaudio. Et pergunt ad Ecclesiam novam, ubi recludi debent Reliquiae. Et antequam Pontifex introeat in Ecclesiam, Diaconus recludatur in ipsa. Et illuminentur duodecim Candela in circuitu Ecclesiae. Et induat se vestimentis sacris. Et quum venerit ad ostium Ecclesiae, percutiens ter super liminare cum

C „ (a) Cambutta suā, dicens antiphonam istam: *Tollite portas &c.* Responsum det Diaconus intro. *Quis est iste Rex gloriae?* Iterum Pontifex similiter dicat, & Diaconus ut supra usque tertia vice: *Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.* Respondeat: *Deo gratias.* Et aperito ostio, intrans Ecclesiam cum Ministris duobus vel tribus, dicat: *Pax huic domui.* Respondeatur: *Amen.* Et clauditur ostium Ecclesiae. Deinde incipit Clerus Letaniā. Et quum venerit Sacerdos ante Altare, prosternat se cum Ministris super stramenta, usque dum dicat Schola: *Agnus Dei.* Ut autem surrexerint ab oratione; dicat Pontifex excelsa voce: *Oremus.* Et dicat Diaconus: *Fleamus Genua.* Postquam oraverint, dicatur: *Levate.* Et tunc sequatur

D „ Ora-

E

(a) Cambutta, Cambuta, Cambuca, Gambuta, Baculus incurvatus, Virga Pastoralis Episcoporum, inquit Du-Cangius in Glossario Med. Latinitat. pag. 696.

„ Oratio: Magnificare, Domine Deus
 „ noster &c. Deinceps Pontifex a si-
 „ nistro angulo ab oriente incipiat
 „ scribere per pavimentum cum Cam-
 „ butta sua Alfavetum usque in de-
 „ xtrum angulum orientalem. Inci-
 „ piens igitur similiter de dextro
 „ angulo orientali Alfavetum scribat
 „ usque in sinistrum angulum occi-
 „ dentis. Deinde veniens ante Eccle-
 „ siam dicat: Deus in adiutorium
 „ meum intende, cum Gloriâ, absque
 „ Alleluja. Inde benedic salē &
 „ aquam cum cinere mixtam, & di-
 „ cat hanc Orationem: Exorcizo te,
 „ Creatura aquae. Deus qui salutem
 „ humani generis &c.

Sequitur Exorcismus salis:

„ **E**xorcizo te, Creatura salis, per
 „ Deum vivum, per Deum san-
 „ tum, per Deum totius Creaturæ,
 „ qui te per Helisaenum Prophetam in
 „ aquam mitti iussit, ut sanaretur ste-
 „ rilitas aquæ; qui per Apostolum
 „ Paulum dicere dignatus est: Sit cor
 „ vestrum sale conditum. Ideoque effice-
 „ re sal exorcizatum ad evacuandum
 „ & expellendum inimicum, omnemque
 „ virtutem & putredinem, in nomine
 „ Domini nostri Jesu Christi, qui &c.
 „ Et miscet salē cum cinere. Fa-
 „ cit exinde crucem super ipsam a-
 „ quam, dicens: Exorcizo te Crea-
 „ tura aquæ. Deinde ponit vinum
 „ in ipsa aqua benedicta, dicens:
 „ Omnipotens sempiterno Deus, creator
 „ & conservator &c. Inde faciat
 „ crucem digito suo cum ipsa aqua
 „ in dextera parte Altaris, & per
 „ quatuor cornua. Inde cum hyssopo
 „ adsparget Altare in circuitu se-
 „ ptim vicibus canendo antiphonam:

A „ Asperges me hyssopo, cum Psalmo
 „ Miserere mei Deus &c. Tunc eat
 „ in circuitu Ecclesiae per parietes
 „ spargendo, de dextera parte inci-
 „ piens, usque dum veniens ante
 „ Altare, spargat iterum in circuitu
 „ Ecclesiae, antiphonam cantando:
 „ Exsurgat & disperdat &c. cum
 „ Psalmo ipso. Iterum veniens ante
 „ Altare, spargat in circuitu Eccle-
 „ size, antiphonam canendo: Qui
 „ habitat &c. cum ipso Psalmo. Et
 „ mittat ex Ministris & Clericis
 „ duos vel tres, qui extrinsecus Ec-
 „ clesiæ parietes una vice psallentes
 „ spargant. Iterum ipse Pontifex
 „ eat de Altari, spargendo per me-
 „ dium Ecclesiae in longum & in
 „ latum, crucem faciendo, & per
 „ omne pavimentum spargendo, cum
 „ antiphona: Domus mea &c. cum
 „ versu: Narrabo nomen tuum &c. &
 „ cum Gloriâ. Et quum veniens in
 „ medium Ecclesiae, dicat: Oremus.
 „ Et Diaconus dicat: Fletamus ge-
 „ nua. Levate. Et dicat Pontifex
 „ Orationem: Deus, qui loca nomini
 „ tuo &c. Iterum dicat excelsa vo-
 „ ce: Oremus, & Diaconus, ut supra:

Consecratio.

„ **D**eus, sanctificationum omnipo-
 „ tens dominator &c. Tunc eat
 „ ante Altare canendo antiphonam:
 „ Introibo ad Altare &c. cum Psal-
 „ mo: Judica me Deus &c. Tunc fa-
 „ ciat (a) maltam de calce, & te-
 „ gula, cum aqua benedicta, & po-
 „ stea ipsam aquam, quae remanet
 „ fundat ad basim Altaris. Et ex-
 „ tergatur Altare de linteo. Postea
 „ offerat incensum, & mittat oleum
 „ super Altare, in medio crucem
 „ fa-

(a) Malta, Caementum, Mortier, apud eundem Du-Cangium pag. 370. Hac signifi-
 catione vocabulum illud *Malta* in Italicum nostrum Idiomam jamdudum inuestitum fuit.

377 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 378

„ faciens, & super quatuor cornua,
 „ cum antiphona: Erexit Jacob lapi-
 „ dem &c. Quam dilecta &c. Et un-
 „ guat manu sua totum illud Alta-
 „ re. Alius vero Sacerdos faciat in
 „ censem in circuitu Altaris. Ex-
 „ pleto Psalmo, mittat iterum o-
 „ leum, sicut prius canendo anti-
 „ phonam: Aedificavit Moyses &c.
 „ cum Psalmo: Dominus noster &c.
 „ Et mittat chrisma super Altare,
 „ cum antiphona: Ecce odor filii
 „ mei &c. & Psalmo Fundamenta &c.
 „ Deinde in circuitu Ecclesiae per
 „ parietes de dextro usque in dex-
 „ trum faciat crucis cum pollice de
 „ chrismate in duodecim locis, di-
 „ cens: Sanctificetur hoc Templum in
 „ nomine Patris &c. Inde faciens
 „ crucem incensi super Altare, dicat
 „ hanc Orationem super Altare;
 „ Dei Patris omnipotentis misericor-
 „ diam &c. Iterum dicat: Oremus;
 „ & Diaconus, ut supra. Deus omni-
 „ potens, in cuius honore Altare hoc
 „ sub invocatione &c. Deinde dicat
 „ antiphonam istam: Confirma hoc
 „ Deus &c. adjungens Gloria Pa-
 „ tri &c. Inde benedicat tabulas his
 „ verbis super Altare, dicens: Per
 „ illud propitiatorium, quod se in Al-
 „ tare Crucis pro nobis redimendis ob-
 „ tulit immolandum, cuius praefigura-
 „ tione Patriarcha Jacob lapidem hunc
 „ erexit in titulum, quo fieret sacri-
 „ cium, ut portae caeli desuper aperi-
 „ retur oraculum, suppliciter tibi,
 „ Domine, preces fundimus, ut metal-
 „ li hujus expoliti materiem, supernis
 „ sacrificiis imbuendam, ipse tuae do-
 „ tare sanctificationis ubertate praeci-
 „ piatis, qui quondam lypideis Leorem
 „ scripsit in tabulis. Per &c. Post A
 „ men, dicat: Deus omnipotens, uni-
 „ versarum rerum rationabilis arti-
 „ sex &c. Alia: Domine, sancte pa-

A „ ter, omnipotens aeterne Deus, cle-
 „ mens & propitius &c. Praefatio
 „ excelsa voce: Sursum corda: Re-
 „ spondeatur: Habemus &c. Gratiæ
 „ aganu Domini Deo nostro. Respon-
 „ deatur: Dignum & justum est;
 „ usque ad aeterne Deus, qui post of-
 „ fendicula lapsus &c. ut in Pontifi-
 „ cali. Adit igitur redēptionis tuæ
 B „ ineffabilis pietas, & super hos lapi-
 „ des opera tuae benedictionis infunde,
 „ ut, te largiente referat præmium
 „ quisquis intulerit votum. Qui te
 „ ergo angularem lapidem & jaxum
 „ sine manibus nominari ipse voluisti,
 „ tu lapides istos, divinis cultibus ap-
 „ paratos, benedic atque sanctifica, &
 „ sacri hujus mysterii sicut institutor,
 „ ita etiam sanctificator appare. De-
 „ inde tenentibus Subdiaconis vel
 „ Acolytis linteamina, vel omnia
 „ ornamenta Ecclesiae, seu vasa sa-
 „ era, quaecumque ad cultum Dei
 „ & Ecclesiae pertinere videntur,
 „ benedic ea Pontifex sicut in Sa-
 „ cramentario continetur. Ipsiis com-
 „ pletis, egreditur Episcopus, & dat
 „ Orationem ante ostium: Deus, qui
 „ in omni loco dominationis tuae dedi-
 „ cationis adfissis &c. Ipsa finitâ su-
 „ scipit ipsas Reliquias a Presbyte-
 „ ro, & portat eas cum honore,
 „ laudes decantando, cum cruce &
 „ thuribulis, & luminibus multis ad
 „ Altare intus in Ecclesia; & ponit
 „ super Altare novum, & extenso
 „ velo inter eas, & Populum; re-
 „ condit ipse Pontifex manu sua
 „ ipsas Reliquias in loco Altaris, ca-
 „ nendo: Exultabunt Sandi in Glo-
 „ ria &c. cum Psalmo: Cantate Do-
 „ mino &c. Et antequam recludan-
 „ tur, ponit chrisma intus in con-
 „ fessionem per angulos quatuor in
 „ cruce, ita dicendo: In nomine Pa-
 „ tris, & Filii, & Spiritus Sancti.

n Pax

„ Pax tibi. Respondetur: Et cum „ spiritu tuo. Deinde ponit tres por- „ tiones Corporis Domini intus con- „ fessionem, & tres de incenso. Et „ recluduntur Reliquiae intus in con- „ fessione. Et dum recluduntur, can- „ tatur antiphona: Super Altare Dei „ sedes accepistis. Intercedite pro &c. „ Et accipiens tabulam, quae super „ Reliquias poni debet, antea con- „ firmat eam subtus cum chrismate, „ dicendo, ut supra: In nomine Pa- „ tris &c. Et ponit tabulam super „ Reliquias, & dat Orationem hanc: „ Deus, qui ex omni..... San- „ torum &c. Deinde linit eam cum „ calce, quae fuerat praeparata; & „ postquam fuerit linita, faciat cru- „ cem desuper cum chrismate, di- „ cendo, ut supra. Et faciat crucem „ similiter cum chrismate per qua- „ tuor angulos Altaris desuper, di- „ cendo ut supra. Et tunc velat Al- „ tare, & dat Orationem hanc: De- „ scendat, quae sumus, Domine, Deus „ noster &c. Inde verò revertitur Pon- „ tifex in Sacrarium cum Ordinibus „ sacris, & induit se vestimentis a- „ liis solemnibus, & iterum vestiun- „ tur Altaria vel Ecclesiae, & ac- „ cenduntur luminaria. Hoc peracto „ canit Schola antiphonam ad In- „ troitum. Et procedit Pontifex de „ Sacrario cum Ordinibus sacris, si- „ cut consuetudo est. Et post Kyrie „ eleison dicit Gloria in excelsis. Et „ compleatur Missa ordine suo, si- „ cut in Sacramentario continetur; „ & per totam ebdomadam Missa pu- „ blica in ipsa Ecclesia celebretur, „ usquedum octo dies completi sunt.

„ Canon de aedificanda Ecclesia.

„ **N**emo Ecclesiam aedificet, an- „ tequam Civitatis Episcopus

A „ illuc veniat, & ibidem crucem „ figat publice, & ante præfiniat „ qui aedificare vult, quid ad lumi- „ naria, & ai custodian & stipen- „ dia custodum, & ad supplicationem „ necessitatum Presbyteri, dotemque „ Ecclesiae sufficiat atque pertineat. „ Et facta donatione sic domum ae- „ dificet.

B „ Postquam ergo Episcopus cru- „ cem in loco, in quo Altare fabri- „ candum est, fixerit, tunc asperget „ aquâ locum benedictâ, hanc ca- „ nendo antiphonam: Signum salutis „ pone &c. cum Psalmo Quoniam di- „ lecta &c. usque in finem. Finito „ , Psalmo dicat Episcopus hanc Ora- „ tionem pro conservatione loci: „ Domine Deus, qui licet caelo & „ terrâ non capiaris, domum tamen „ tibi in terra fieri jussisti, in qua „ nomen tuum jugiter invocaretur: „ hunc locum, Beatae Mariae semper „ Virginis, omniumque Sanctorum tuo- „ rum intercedentibus meritis, intuitu „ visita & vide, & illum ad fabri- „ candum elige, eumque insuffione tuae „ gratiae caelestis ab omni inquina- „ meno purifica, purificatumque con- „ serva. Et qui dilesti tui David de- „ votio nem in filii sui Salomonis opere „ complesti, tu famuli tui N. in hoc „ opere, ita precanur, vota perfice, „ ut illud, te inspirante incipiat, te „ adjuvante perficiat, suique laboris „ praemium in Terra consequatur vi- „ ventium. Aufugiant ergo hinc juben- „ te te, Deus, omnes nequitiae spiri- „ tuales; & cum fraudibus suis cunctâ „ Diaboli turmâ tuâ virtute depulsa, „ resurgat heic Ecclesiae tuae pura „ simplicitas, & amabilis tibi innocen- „ tiae candor, sicutque hunc locum per „ unigeniti filii tui Domini nostri Jesu „ Christi dilectionem tibi. Spi- „ ritus Paracliti rere foecunda grati- „ „ simo,

„ simo, ut quicumque heic pro suis ne-
„ cessitatibus auribus tuae benignitatis
„ ingerit vota, votorum suorum conse-
„ quatur effectum.

„ De Oratorio.

„ **Q**ui in domo sua Oratorium
„ habuerit, orare ibi potest.
„ Tamen non audeat in eo sacras
„ facere Missas, sine permissione E-
„ piscopi loci illius. Quod si fece-
„ rit, dominus illius Fisci juribus ad-
„ dicatur, & ab Episcopo districte
„ poenitentia coercentur. Comes, qui
„ haec Episcopo morante cognovit,
„ & non prohibuit, librâ auri mul-
„ tabitur, & ab Episcopo loci illius
„ canonicam suscipiat excommuni-
„ cationem, & exclusionem.

„ Denuntiatio, quum Reliquiae San-
„ ctorum ponendae sunt in Atrium.

„ **D**ilectissimi fratres, inter cetera
„ virtutum solemnita, quae ad
„ gloriam pertinent Iesu Christi Domini
„ nostri; hoc quoque suis praestitit
„ Martyribus, qui pro nominis ejus
„ confessione morte suscepta caelestia
„ praemia meruerunt, ut Fidelium vo-
„ tis eorum praeclaris Reliquiis collo-
„ cati, integritas sacri Corporis esse
„ credatur. Et ideo commonemus dilec-
„ tionem vestram, quoniam illa
„ N. illo loco N. Reliquiae Sancti N.
„ Martyris collocandae sunt, ut ve-
„ stram praesentiam nobis commonentii-
„ bus non negetis.

„ In praeparando se ad divinum
„ officium Episcopus dicat hanc O-
„ rationem: Virtutum caelestium Deus,
„ de cuius gratiae rore descendit, ut
„ ad ministeria tua purgatis sensibus
„ accedamus, praesta, quae sumus, ut
„ in eorum traditione solemniter cele-

A „ branda tibi placitum deferamus ob-
„ sequium: per &c. Item de codem:
„ Deus, qui ad ineffabilis observan-
„ tiam sacramenti, famulorum tuorum
„ praeparas voluntates, donis tuis cor-
„ da nostra purifica, ut quod sancta est
„ devotione tractandum, sinceris menti-
„ bus exsequamur: per &c.

B „ Ordo ad benedicendum Ecclesiam:

„ **P**Rimum veniat Episcopus indu-
„ tus vestimentis sacris. Simili-
„ ter & Clerus, ad tentorium, in
„ quo Reliquiae praeterita nocte cum
„ vigiliis fuerunt. Fiantque ibi Le-
„ taniae: Kyrie eleison. Christe audi-
„ nos. Salvator Mundi adjuva nos.
„ Sancte Andrea, ora &c. usque: Pra-
„ pitius esto. Parce &c. Ab omni ma-
„ lo libera. Ab insidiis Diaboli libe-
„ ra. Ab omni temptatione diabolica
„ libera. Ab ira tua libera. Ab omni
„ immunditia cordis & corporis libe-
„ ra. Per Nativitatem tuam libera.
„ Per Crucem tuam libera. Per Passio-
„ nem tuam libera. Per Mortem tuam
„ libera. Per Resurrectionem tuam li-
„ bera. Per Adventum Spiritus Sancti
„ Paracliti libera. In die Judicii li-
„ bera. Peccatores te rogamus. Ut pa-
„ sem nobis dones, te rogamus. Ut sa-
„ nitatem nobis dones, te rogamus. It
„ terris temperiem bonam nobis dones,
„ te rogamus. Ut fruges terrae nobis
„ dones, te rogamus. Ut spatium poe-
„ nitentiae nobis dones, te rogamus.
„ Ut remissionem peccatorum nostrorum
„ nobis dones, te rogamus. Ut gratians
„ Spiritus Sancti nobis clementer in-
„ fundere digneris, te rogamus. Ut
„ Donum Apostolicum, & omnes Ordini-
„ nes Ecclesiasticos in sancta Religione
„ conservare digneris, te rogamus. Ut
„ Ecclesiam tuam sublimare digneris,
„ te rogamus. Ut donum istan, ad

B b n bene-

„ honorem nominis tui factam regalem
 „ Antlam tibi Deo vero, conservare di-
 „ gneris, te rogamus. Ut nos exaudi-
 „ re digneris, te rogamus. Ut ad pro-
 „ missum Glorie tuae praemium nos
 „ perducere digneris, te rogamus. A-
 „ gnus Dei qui tollis peccata Mundi,
 „ parce nobis &c. Orationem hanc E-
 „ piscopus ante tentorium dicat: O-
 „ remus; Aufer a nobis, Deus, ini-
 „ quitates nostras, ut ad Sancta San-
 „ ctorum purificatis mereamur mentibus
 „ introire &c. Fac nos, Deus, Sancto-
 „ rum tuorum tibi specialiter dicata
 „ membra contingere, quorum cupimus
 „ patrocinia incessanter babere: per &c.
 „ Sequitur Exorcismus salis: E-
 „ xorcizo te, Creatura salis &c. Be-
 „ nedictio salis: Immensam clementiam
 „ tuam &c. Exorcismus aquae: E-
 „ xorcizo te, Creatura aquae &c. Be-
 „ nedictio aquae: Deus qui ad salu-
 „ tem humani generis &c. Deus invi-
 „ tiae virtutis &c. Heic mittat fal-
 „ in aqua. Benedictio salis & aquae
 „ pariter. Tunc elevat ipsas Reli-
 „ quias in feretro cum honore &
 „ laudibus, cum cruce & thuribulis
 „ & luminaribus. Et exstant psal-
 „ leates antiphonam istam: Surgite,
 „ Sancti, de mansionibus vestris. Alia
 „ Antiphona: Cum vera jocunditate e-
 „ xibitis &c. donec perveniant ad o-
 „ stium Ecclesiae. Primitus vero an-
 „ tequam introeat Pontifex Eccle-
 „ siam, Diaconus recludatur in ipsa.
 „ Et illuminentur duodecim Candeli-
 „ lae per circuitum ejus. Stante E-
 „ piscopo cum cetero Clero prae fo-
 „ ribus Ecclesiae, imponat antiphonam hanc: Tollite portas &c. Psal-
 „ mus: Domini est terra &c. Et cir-
 „ cumeant Ecclesiam, eamdem anti-
 „ phonam per singulos versus repe-
 „ tentes, usquedum Pontifex primo
 „ aquam benedictam adspergat forin-

A

B

C

D

E

„ secus parietes Ecclesiae. Tunc ve-
 „ niens ante ostium dicat: Oremus.
 „ Et Diaconus: Flectamus genua. Le-
 „ vate. Sequitur Oratio: Omnipotens
 „ sempiterne Deus, qui in omni luo &c.
 „ Hoc finito accedit Pontifex ad o-
 „ stium, percutiens cum Cambutta
 „ sua super liminare semel, & dicit:
 „ Tollite portas principes &c. Cui Dia-
 „ conus de intus respondeat dicens:
 „ Quis est iste &c. Econtra Pontifex
 „ respondendo addat haec: Dominus
 „ fortis & potens. Dominus fortis in
 „ praelio. Et redens ab ostio, cir-
 „ cumeat ipsam Ecclesiam cum Cle-
 „ ro, aquam spargendo, & cantetur:
 „ In circuitu tuo, Domine &c. Tunc
 „ iterum veniens ante ostium dicat:
 „ Oremus. Et Diaconus: Flectamus
 „ genua; postea Levate. Oratio: Om-
 „ nipoens sempiterne Deus, qui per
 „ Filium tuum &c. Post hoc accedens
 „ percutit secundo super liminare, &
 „ dicit: Dominus fortis & potens &c.
 „ Deinde circumeat iterum Ecclesiam,
 „ aquam spargendo, & canendo: Fun-
 „ data est Domus Domini &c. Benedic,
 „ Deus, Domum istam. Et quum ve-
 „ nerit ante ostium, dicat: Oremus.
 „ Et Diaconus: Flectamus genua.
 „ Post: Levate. Et Sacerdos dicat
 „ Orationem hanc: Omnipotens & mi-
 „ sericors Deus, qui Sacerdotibus &c.
 „ Angeli pacis ingressus &c. Tunc ac-
 „ cedens ad ostium, percutiat tertio
 „ super liminare Ecclesiae, ac repe-
 „ tat praediitum versiculum: Tollite
 „ portas &c. Et Diaconus: Quis est
 „ iste &c. Et respondeat Pontifex:
 „ Dominus virtutum ipse est Rex Glo-
 „ riae &c. adjiciens: Aperi.
 „ Tunc statim ostio aperto intrans
 „ in Ecclesiam cum Ministris duo-
 „ bus vel tribus, & cum Mansiona-
 „ rio & Acolytha dicit: Pax huic
 „ Domini, tribus vicibus. Responde-
 „ tur:

385 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 386

„ tur: Amen. Et claudatur ostium Ecclesiae. Deinde incipit Clerus soris Letaniam, Sacerdotibus fere trum tenentibus, usquedam Pontifex Altare & omnia instrumenta Altaris sanctificet. Et quum venerit Pontifex ante Altare, prosternat se cum Ministris super stramento. Et fiant ibi Letaniae, usquedum dicit Schola: Agnus Dei, qui tollis peccata. Finitis verbis Letanis, quum surrexerit Pontifex ab Oratione, veniens ante Altare, non dicit: Dominus vobiscum, sed statim: Oremus excelsa voce. Et Diaconus. Flebamus genua. Lerate. Et dicit Episcopus Orationem hanc: Magnificare, Domine Deus. Deinde incipit Pontifex de sinistro angulo Ecclesiae ab oriente scribere per pavimentum cum Cambuttâ suâ Alfabetum, usque in dextrum angulum occidentalem. Incipiensque similiter iterum de angulo orientali, Alfabetum scribat usque in sinistrum angulum occidentalem. Interim canant, qui cum eo sunt, haec: O quam metuendus est. cum Cantico: Benedictus Dominus Deus Israël. cum Gloria. Deinde veniat ante Altare, & dicat: Deus in adiutorium. cum Gloria, absque Alleluja. Deinde benedicat quam, & sal, dicens: Exorcizo te, Creatura salis. Rogamus omnipotens obsecramus. Alia: Virtutis tuae invictam fortitudinem. Item alia: Domine Deus pater omnipotens, benedic. Exorcimus aquae: Exorcizo te, Creatura aquae. Domine Deus pater omnipotens, stultus omnium elementorum. Benedictio cineris: Omnipotens sempiternus Deus, parce metuentibus. tu telam percipient; per. Tunc

A „ miscetur sal & cinis. Et faciat Episcopus ter inde crucem super a- quam, & dicat: Haec commixtio. Oremus. Deus invictae virtutis. Deinde vinum ponat in ipsam a- quam & dicat: Fiat commixtio. Praefatio: Dominum omnipotentem, fratres carissimi. Benedictio a- quae cum vino mixtae: Omnipotens sempiternus Deus, creator & conser- vator. Tunc ingrediens Episcopum ad Altare primo cum pollice suo de ipsa aqua sancta facit crucem in medio Altaris, dicens: Sanctificetur hoc Altare, in nomine Patris. Respondetur: Amen. Pax tecum. Respondetur: Et cum spiritu tuo. Deinde in dextra parte tunc in sinistra per quatuor cornua Altaris. Et cum hyssopo adsparget ipsum Altare septem vi- cibus, aquâ sanctâ conspargendo parietes, incipiendo a dextra parte orientis, usquedum redeat in orientem; & primo circuitu cantat eamdem antiphonam: Asperges me. cum Psalmo Misericordie. Alia antiphona: Similabo eum viro sapienti, qui aedificavit domum suam super petram. Secundo autem circuitu antiphona: Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus. cum ipso Psalmo. Alia antiphona: Tu Deus universorum, cum versu, Tu Deus, cui humilium semper & mansuetorum placuit deprecatio. Tertio circuitu antiphona: Qui habitat in Iona, & ipso Psalmo. Alia antiphona: Haec est Dominus Domini. Deinde spar- gat per medium Ecclesiae in longum & latum, faciens crucem super omne pavimentum, cantans antiphonam: Domus mea. cum versu: Narrabo nomen tuum. & cum Gloria Patri. Qua finita, in medio Ecclesiae, Pontifex dicit:

„ dicit: Oremus. Et Diaconus: Fle-
„ gamus genua. Post paululum: Le-
„ vate. Et sic Pontifex dicit Or-
„ tionem: Deus, qui loca nomini
„ tuo &c. Iterum dicit: Oremus. Et
„ Diaconus, ut supra. Et sic sequi-
„ tur haec Oratio: Deus sanctificatio-
„ num, omnipotens dominator &c. In
„ Consecratione Basilicae: Sursum cor-
„ da &c. Sequitur haec Praefatio:
„ Hanc quoque Basilicam in honorem
„ sanctae & victoriosissimae Crucis, &
„ Sancti illius, sacris mysteriis institu-
„ tam, clementissime dedica &c.

„ In Dedicatione excelsa voce:

PEr omnia secula seculorum. Re-
„ spondetur: Amen: Dominus vo-
„ bificum. Respondetur: Et cum spi-
„ ritu tuo. Domine sancte pater, omni-
„ potens aeternae Deus, adesto preci-
„ bus &c. Descendat quoque in hanc
„ Ecclesiam tuam, quam sub invocatio-
„ ne sancti nominis tui, in honorem
„ sanctae Crucis, in qua coeterum ti-
„ bi Filius tuus Dominus noster Jesus
„ Christus pro redemptione Mundi pati-
„ dignatus est, & Sancti Martyris tui
„ N. indigni consecramus &c. Hac ex-
„ pleta, eant ante Altare, & dicat
„ Schola antiphonam: Introibo ad Al-
„ tare Dei. Psalmus: Judica me
„ Deus. Tunc facit maltam de cal-
„ ce, & tegulam cum ipsa aqua be-
„ nedicit, ad occludendas Sanctorum
„ Reliquias in locum Altaris; & re-
„ servetur ad tempus. Et postea ip-
„ sam aquam, quae remanet, fun-
„ dat ad basim Altaris. Et a Dia-
„ cono, vel Presbyteris extergatur
„ Altare hinc. Postea Pontifex de-
„ ferat incensum super Altare, &
„ dicit Schola hunc versiculum. Di-
„ rigatur Domine &c. Tunc de oleo
„ sanctificato facit Pontifex crucem

A „ in medio Altaris, & per quatuor
„ Altaris angulos, ut supra, dicen-
„ do: Sanctificetur hoc Altare, in no-
„ mine Patris & Filii & Spiritus San-
„ ctii. Respondetur: Amen. Pax te-
„ cum. Relponetur. Et cum spiritu
„ tuo. Et dicat antiphonam: Erexit
„ Jacob &c. cum Psalmo: Quam dile-
„ cit &c. Item aliam antiphonam:
„ Manè surgens &c. E unguat manu
„ sua totum illud Altare de oleo
„ sancto, semper incensum in cir-
„ cuitu ipsius Altaris alio Sacerdote
„ ferente. Post expletum Psalmum,
„ mittat iterum oleum sicut prius,
„ & cantet antiphonam: Aedificavit
„ Moy'es &c. Hoc factio suscipiat
„ chrisma, & faciat similiter cru-
„ cem, sicut supra. & cantet anti-
„ phonam: Unxit &c. Ecce odor filii
„ mei, sicut &c. cum Psalmo Funda-
„ menta &c. Et interea aliis Sacer-
„ dos in circuitu Altaris semper fa-
„ ciat incensum. Deinde in circuitu
„ Ecclesiae vadat Pontifex, & faciat
„ crucem per parietes cum pollice
„ suo de ipso chrismate in duode-
„ cim locis, primo in dextera par-
„ te, & in circuitu, dicens per sin-
„ gulas cruces: Sanctificetur hoc Tem-
„ plum in nomine Patris &c. Respon-
„ detur: Amen. Pax tecum. Respon-
„ detur: Et cum spiritu tuo. Et so-
„ lus interim dicat antiphonam: San-
„ tificavit Dominus tabernaculum suum.
„ Alia antiphona: Lapidès pretio-
„ si &c. cum Psalmo: Laudí Hieru-
„ satem &c. Tunc iterum vadent ad
„ Altare. Et offerat ibidem incen-
„ sum. Antiphona: Ecce odor &c.
„ Praefatio in Consecratione Alta-
„ ris: Dei Patris &c. In Dedicatio-
„ ne: Oremus. Et Diaconus: Flecta-
„ mus &c. Deinde sequitur Conse-
„ cratio: Deus omnipotens, in cuius
„ honore &c. Deinde dicit excelsa

„ voce

„ voce usque Aeterne Deus. Et ut
 „ propensiō curā &c. Domine sancte
 „ pater, omnipotens aeterne Deus cle-
 „ mens & propitiis &c. Majestatem
 „ tuam Deus &c. Deinde dicit anti-
 „ phonam istam: Confirm: hoc Deus &c.
 „ cum Gloria. Deinde inunguat oleo
 „ sancto. & benedicat tabulam su-
 „ per Altare, dicens hanc Praefatio-
 „ nem: Lipidem hunc, fratres dile-
 „ cissimi &c. Benedictio tabulae: O-
 „ remus Deum omnipotentem, fratres
 „ dilectissimi &c. Exaudi nos, Deus
 „ salutaris noster, & precum nostra-
 „ rum &c. Supplices tibi Domine &c.
 „ Postea extollens vocem, publice
 „ proclamat: Deus omnipotens, uni-
 „ versarum rerum &c. His expletis
 „ dicat Orationem in medio Eccle-
 „ siae: Habitator sanctorum mentium,
 „ Deus &c.

„ Benedictio Basilicae novae:

„ Deus, qui super mysticam pe-
 „ tram &c. Deinde teneant Sub-
 „ diaconi & Acolythi linteamina,
 „ & omnia ornamenta Ecclesiae, seu
 „ Vasa sacra, quaecumque ad cultum
 „ Dei & Ecclesiae pertinere viden-
 „ tur. Et benedicat ea Pontifex ju-
 „ xta hunc morem: Domine Deus
 „ omnipotens, qui ab initio homini-
 „ bus &c. Exaudi Domine preces no-
 „ stras &c. Alia Deus, qui tibi di-
 „ gne servientium &c. Ad omnia Va-
 „ sa, linteamina, & instrumenta in-
 „ usum Ecclesiae: Omnipotens sempi-
 „ terne Deus, Rex Regum &c.

„ Benedictio ad omnia ornamenta in
 „ usum Ecclesiae, vel Altaris:

„ Omnipotens & misericors Deus, qui
 „ ab initio & utilia &c.

A „ Item benedictio vestimentorum Sa-
 „ cerdotalium, sive Leviticorum,
 „ atque sequentis Ordinis
 „ Ministerantium.

B „ Domine Deus, pater omnipotens &
 „ Rex &c.

„ Benedictio Stolarum:

B „ Deus invictae virtutis &c.
 „ Domine Deus omnipotens, qui ab
 „ initio hominibus &c.

„ Benedictio Corporalium:

C „ Omnipotens sempiterne Deus, be-
 „ nedic &c. Alia: Domine Deus, qui
 „ jam sanctificare &c. Alia: Cleven-
 „ tissime Deus, cuius inenarrabilis vir-
 „ tus &c.

D „ Praefatio Eucharistialis, id est
 „ Vasculi, in quo Eucha-
 „ ristia reconditur:

D „ Oremus, fratres dilectissimi &c.
 „ Sequitur Benedictio: Omnipotens
 „ Deus, Trinitatis inseparabilis &c.

„ Benedictio Patenae:

E „ Consecramus, sanctificamus hanc Pa-
 „ tinam &c. Praefatio ad Patinae
 „ consecrationem: Oremus, fratres ca-
 „ rissimi &c. Sequitur Oratio: Omni-
 „ potens sempiterne Deus, qui lega-
 „ lium &c. Inde facit signum Crucis
 „ de Chrismate sancto super Pati-
 „ nam, dicens: Consecrare &c.

„ Praefatio Calicis:

E „ Oremus, dilectissimi fratres &c.
 „ Et facit Crucem de Chrismate su-
 „ per

„ per ipsum Calicem. Oratio: Onni-
„ potens sempiterne Deus, manibus no-
„ stris &c.

„ Benedictio Crucis:

„ Primitus fiat benedictio Salis &
„ Aquae. Postea Litaniae. Deinde
„ sequitur Oratio: Benedic, Domine
„ Jesu Christe, hanc Crucem tuam &c.
„ Rogamus te, Domine sancte pater,
„ omnipotens aeterne Deus, ut digne-
„ ris &c. Deinde dicat altâ voce:
„ Per omnia secula seculorum. Respon-
„ deatur. Amen. Dominus vobiscum.
„ Respondetur: Et cum spiritu tuo.
„ Domine sancte pater, omnipotens ae-
„ terne Deus, cuius sanctum & terri-
„ bile nomen inter &c. Alia: Roga-
„ mus te, Domine, suppliciter &c.
„ Alia: Te, Domine, quaesumus, qui
„ das animabus &c. Alia: Deus, qui
„ beatae Crucis patibulum &c. Alia:
„ Sanctifica, Domine Jesu Christe istud
„ signaculum &c. heic adsparget eam
„ aquâ sanctâ, addendo odorem in-
„ censi.

„ Benedictio Crucis metallizatae:

„ Deus excelse Sabaot &c.

„ Benedictio Thuribuli:

„ Domine Deus, qui dum filios I-
„ srael &c. Alia: Domine sancte pa-
„ ter, omnipotens aeterne Deus, qui
„ in deserto multitudinis &c.

„ Benedictio Incensi, vel
„ Thimiamatis:

„ Deus omnipotens, Deus Abraham,
„ Deus Iaac &c. Alia: Domine Deus
„ omnipotens, cui adlat &c. Alia:
„ Deus, qui Moysi famulo tuo &c.

A

„ Praefatio Consecrationis Caplarum.

„ Deus inestimabilis &c. Alia O-
„ ratio: Domine Deus omnipotens, qui
„ ut malitiam insani Populi &c.

B

„ Oratio ad Accelerandum:

„ Domine sancte, omnipotens aeterne
„ Deus &c. Quaesumus, omnipotens
„ Deus &c.

C

„ Praefatio Ciborii, id est um-
„ braculi Altaris:

„ Oremus, fratres carissimi &c. Con-
„ secratio: Omnipotens sempiterne Deus,
„ qui fidei famulo tuo Moysi &c.

D

„ Praefatio minoris, vel Iti-
„ nerarii Ciborii.

„ Oremus, dilectissimi &c. Consecra-
„ tio: Consecrare & sanctificare digna-
„ re, quaesumus, sancte pater omnipo-
„ tens aeterne Deus, hoc conditorium
„ Sanctorum pignorum, ad recondenda
„ in eo tuorum munera pretiosa San-
„ ctorum, in Jesu Christo Domino no-
„ stro, qui &c.

E

„ Praefatio tabulae Itinerariae:

„ Deum omnipotentem, fratres dilec-
„ tissimi &c. Consecratio: Exaudi
„ nos, Deus noster &c. Et accipiens
„ tabulam, adsparget eam aquâ be-
„ nedictâ, addens odorem incensi,
„ & confirmet eam cum Chrismate
„ in Crucem, ita dicendo: In nomi-
„ ne Patris & Filii & Spiritus San-
„ ctii. Respondetur: Amen. Pax te-
„ cum. Respondetur Et cum spiritu
„ tuo.

„ Deinde

393 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEXTA. 394

„ Deinde vadant ad eum locum , „ in quo Reliquiae praeteritâ nocte „ cum vigiliis servatae fuerunt , & „ ibi mutet Pontifex , si voluerit , „ vestimenta sua , & praeparet se ad „ Missam vestimentis alis solemnni- „ bus. Deinde redeat ad ostium Ec- „ clesiae , ubi Letaniae vel laudes „ circa feretrum celebrantur. Et di- „ cat prae foribus hanc Orationem , „ signans ostium & Ecclesiam : Deus , „ qui sacra torum tibi auctor es mu- „ nerum &c. Tunc portantes feretrum „ magno honore cum Reliquiis si- „ mul & Crucibus & luminaribus „ circumdeant Ecclesiam , sequente „ Clero , has antiphonas vel Respon- „ soria psallendo , & Populo cum „ mulieribus & parvulis Kyrie de- „ cantante . Antiphona : Ambulate „ Sancti Dei ad locum destinatum. An- „ tiphona : Plateae Hierusalem gau- „ debunt. Antiphona : Ambulate San- „ ctii Dei. Antiphona : Sanctificavit „ Hierusalem Dominus. Responsorium : „ Sancti tui Domine. Versiculus : Quo- „ niam pro eis sit . Responsorium : „ Tradiderunt corpora sua . Versicu- „ lus : Ipsi sunt , qui &c. Responso- „ rium : Sancti mei , qui in isto &c. „ Versus : Venite benedicti Patris &c. „ Responsorium : Exsultent Sancti &c. „ Versus : Ebulentur ex &c. Respon- „ sorium : Fulgebunt Justi &c. Versi- „ culus : Justi autem in perpetuum &c. „ His ita per ordinem gestis , quum „ redierit iterum ad ostium Eccle- „ siae , facta silentio , habeat Ponti- „ fex verbum ad Plebem de honore „ Ecclesiastico & de pace venien- „ tium & redeuntium , & de Deci- „ mis vel oblationibus Ecclesiarum , „ & de Anniversariâ iosis Ecclesiae „ Dédicatione : & annuntiet tum Cle- „ ro quam Populo . in cuius honore „ constructa & dedicata sit Ecclesia

A „ vel etiam nomina Sanctorum ibi „ quiescentium . Ipse autem Domi- „ nus & constructor ipsius Ecclesiae „ admoneatur de dote illius , & qua- „ lem honorem vel curam Ecclesiae „ & Presbytero exhibere debeat . Il- „ lo autem profitente in omnibus i- „ ta se velle agere , Pontifex haec „ confirmari a Domino postulans , an- „ tequam intret Ecclesiam , dicat „ hanc Orationem : Domum tuam , „ quae sumus , Domine , clementer ingre- „ dere &c. Tunc accipiat Pontifex „ feretrum cum Presbyteris , & in- „ grediendo dicat Schola antiphon- „ nam : Ingredimini benedicti &c. Re- „ spondeatur : Sancti Dei &c. Ver- „ sus : Benedic gloria de loco sancto „ tuo &c. Et quum intraverit , ex- „ tenso velo inter Populum & Al- „ tare , Pontifex recondat Reliquias „ in Altari. Et Presbyteri , qui cum „ eo sunt , cantent antiphonam : E- „ xultabunt Sancti in Glorio &c. cum „ Psalmo : Cantate Domino canticum „ novum &c. Et antequam recludan- „ tur Reliquiae , dicat Pontifex hanc „ Orationem : Deus , qui in omni lo- „ co &c. Hac expletâ , chrismate per „ confessionem per angulos quatuor „ in Cruce inungat , dicens : In no- „ mine Patris & Fili & Spiritus „ Sancti . Respondeatur : Amen . Pax „ tecum . Respondeatur : Et cum spi- „ ritu tuo . Deinde ponit tres por- „ tiones Corporis Domini intro III. „ confessione . & tres de incenso . „ Et tunc reclaudantur Reliquiae in „ confessione . Et dum recluduntur , „ cantetur antiphona : Sub Altare „ Dei sedes accepistis , cum Psalmo : „ Exultabunt Sancti in Glorio : lae- „ tabuntur in cubilibus &c.

B

C

D

E

„ Oratio ad dedicandum Altare
„ post impositas Reliquias :

„ **D**eus, qui Altaria nomini tuo &c.
„ Et accipiens tabulam de sub-
„ tus, confirmet eam cum chrisma-
„ te in Cruce dicens: In nomine Pa-
„ tris & Fili & Spiritus Sancti.
„ Pax tecum. Respondetur: Et cum
„ spiritu tuo. Tunc ponat tabulam
„ super Reliquias; & dicat: Deus,
„ qui ex omni coaptatione Sancto-
„ rum &c. Deinde deliniat eam cum
„ calce, quae ante fuerat praepara-
„ ta. Et postea quam linita fuerit,
„ faciat Crucem desuper cum chri-
„ smate, dicendo sicut supra: In no-
„ mine Patris &c. Et mittat chrisma
„ per quatuor cornua Altaris, ipsa
„ supra scripta verba dicendo, &
„ Crucem faciendo. Et cantet anti-
„ phonam: Corpora Sanctorum &c.
„ adjungens: Gloria Patri &c. Tunc
„ Diaconi vestiant Altare, & Schola
„ dicat antiphonam: Circumdate Sion
„ Levitae &c. cum Psalmo: Mirabi-
„ lis Deus &c. cum Gloria. Item
„ alia: In velamento clamabunt Sancti
„ Dei, alleluja. Postea quoque effe-
„ ratur incensum, Versusque dica-
„ tur: Omnis terra adoret te, Deus.
„ Et ita Kyrie; & Oratio dominica,
„ & preces: Fundata est Dominus Do-
„ mini. Respondeatur: Bene fundata
„ est super onnes colles. Dominus in
„ Templo sancto. Respondeatur: Do-
„ minus in Caelo sedes ejus. Dominus o-
„ mea, dicit Dominus. Rx. Dominus o-
„ rationis vocatur. Exsultate Sancti in
„ Gloria. Rx. Laetabuntur &c. Exul-
„ tent Justi in conspectu &c. Rx. Et
„ delectentur &c. Pretiosa in conspectu
„ Domini. Rx. Mors Sanctorum ejus.
„ Laetamini in Domino Rx. Et glo-
„ riamini Justi &c. Fiat misericordia

A „ tua Domine &c. Rx. Quemadmodum
„ speravimus &c. Exurge, Deus &c.
„ Rx. Et libera &c. Domine Deus vir-
„ tutum. Rx. Et ostende &c. Domine
„ exaudi &c. Rx. Et clamor &c. Do-
„ minus vobiscum. Rx. Et cum spiritu
„ tuo. Oratio: Deependat, quæsumus,
„ Domine Deus noster, Spiritus tuus &c.
„ Alia: Omnipotens sempiterne Deus,
„ Altare hoc &c. Deinde revertatur
„ Pontifex in Sacratum, donec or-
„ netur Ecclesia, & accendantur lu-
„ minaria. Et incipiunt cantare an-
„ tiphonam ad Introitum: Terribilis
„ est locus iste. Psalm. Quam dile-
„ cta &c. Et procedit Pontifex cum
„ Ordinibus suis, sicut consuetudo
„ est in Festivitatibus, ut celebret
„ solemniter Missam, sicut in Sa-
„ cramentario continetur, cum Glo-
„ ria in excelsis Deo. Et postea per
„ totam hebdomadam fiunt Missae
„ publicae in ipsa Ecclesia usque ad
„ dies octo completos.

„ Oratio ad Missam in Dedicatione.

D „ Deus qui sacrandorum &c. Se-
„ creta: Deependat, quæsumus, Do-
„ mine Deus noster, Spiritus &c. Be-
„ nedictio Ecclesiae: Benedic &c.
„ custodiat vos &c. Rx. Amen. Conce-
„ datque pariter, ut omni &c. Rx. A-
„ men. Quatenus eorum interuenta &c.
„ Rx. Amen. Quod ipse praestare &c.
„ Effunde, quæsumus, Domine &c.
„ Super Populum: Copiosa beneficia,
„ quæsumus, Domine &c.

„ In Dedicatione novae Ecclesiae
„ ad Missam pro Conditoribus.

Sequuntur Orationes.

„ Missa in Dedicatione Basilicae, quam
„ Conditor dedicatam reliquit.
„ Sequan-

Sequuntur Orationes.

„ Dedicatio loci illius, in quo
„ prius fuerat Synagoga.

Sequuntur Orationes.

Restauratio autem Basilarum potissimum invaluisse deprehenditur post Saeculum à Christo nato Decimum. Luculentum heic habeo testem Glabrum Rodulphum egregium Historicum, cujus verba sunt apud Du-Chefniū Tom. 4. Scriptor. Francicor. Lib. 3 Cap. 4 *Infra Millesimum tertio iam fere imminentē Anno, contigit in universo paene terrarum Orbe, praecipue tamen in Italia, & in Galliis, innovari Ecclesiarum Baslicas, licet pleraque decenter locatae minime indigissent. Aemulabatur tamen quaque gens Christicolarum adversus alteram decentiore frui. Erat enim instar ac si Mundus ipse executiendo semet, rejetā vetutate, paſim candidam Ecclesiarum vestem indueret. Praeterea Seculo eodem XI. floruit Johannes Gualbertus, Vallumbrosani Ordinis institutor, vir mirae sanctitatis. Scriptor ejus Vitae beatus Andreas Abbas Strumentis, Cap. 3. inter cetera tradit, restauratas etiam fuisse ab illo Hospitalē domos in Tuscia, & Clericorum mores correctos. Quae enim lingua, ait, etiam̄ effet ferrea, ipsius cuncta posset referre bona? Ipso exhortante, & magnum auxilium impendente, super diversas aquas firmissimi aedificati sunt Pontes. Quae usque ad suum tempus per Tusciā erant Hospitalia? Quae Clericorum congregatio vitam erat ducens communem? Quis Clericorum propriis & paternis rebus solummodo non studebat? Quin potius perrarus inveniretur (prob dolor!) qui*

Tom. XI.

A non effet uxoratus, vel concubinatus. De Simoniaca quid dicam? Omnes paene Ecclesiasticos Ordines haec mortifera bellua devoraverat, ut qui ejus morsum evaerit, rarus inveniretur. Sed misericors Deus eo ipso Seculo excitavit, praeter Johannem Gualbertum, Romualdum sanctissimum virum, Gregorium VII. Papam, Petrum Damiani Cardinalem, aliosque singulari fastitate & zelo praestantissimos viros, qui insignia virtutum exempla dedere, & Simoniae, Incontinentiae, aliorumque vitiorum late regnantium pertinaciam non unā ratione frēgunt. Ad haec, postquam barbaries sese in universam effudit Italiā, usque ad Annum Christi MCC. rara fuit Sacramentorum frequentia, rara divinae Legis praedicatio. Utique ne iis quidem Seculis desiderantur Concilia, Episcopos commonentia de obligatione praedicandi Evangelii gregibus suis. Idem quoque debitum Parochis ex institutione ministerii sui saepe inculcabatur: illudque etiam persolvisse nonnullos, aequum est credere. Attamen fortasse pauci exspectationi Ecclesiae tunc respondebant. Plerique vero e Populo dum semel in anno ad Poenitentiae Sacramentum, atque ad sacram mensam Eucharistiae sumenda gratia accederent, satis Religioni fecisse sibi videbantur. Monachi vero, & vel ipsi, qui severiori instituto ac disciplinae morum enixius sese tradiderant, sive quod sibi ac Deo in solitudine vacarent, sive alias ob causas, raros ad Populum sermones de divinis rebus habebant. Gratiae Deo, quod tandem ineunte Seculo Christi Decimotertio, emerserit pius simul & doctus Fratrum Praedicatorum Ordo, qui crebris praedicationibus coadunatum Populum erudire, atque

G C

ad


ad virtutem incitare coeperunt, aut in Templis, aut etiam sub dio, sanctissimo hoc munere fungebantur. Inde eis inditum Praedicatorum cognomentum; gens enim insuetum zelum, & novum paene frequentis praedicationis spectaculum mirata, singulari hoc titulo dignos eosdem censuit. Socios paulo post se se Praedicatoribus in sanctissimo ejusmodi instituto adjunxere Fratres Minores, ac deinde reliqui Mendicantium Ordines, ita ut deinceps publica ad Pietatem hortamenta Populo Christiano nunquam defuerint. Gloria famen restauratae plenius Pietatis, quod est ad Sacramentorum frequentiam, ad Christianae doctrinae explicationem, ad uberiorem divini verbi praedicationem, atque ad salubrem educationem puerorum, tribuenda est Seculo Sextodecimo, quo & alii Sancti Viri, aliaque summa pia instituta, illam induxere morum temperantiam, ob quam aevo etiam nostro gratulandum summopere est.

A Vitiis & peccatis ne nos quidem, fateor, caremus: ecquando enim misera hominum creta hisce caruit, aut est caritura? Verum comparata cum barbaricis tempora nostra, uti elegantiâ & eruditione, ita & honestis piisque moribus praestare illis, caecus sit, morosus sit, & parum aequitatis amator, qui non fateatur. Inveluerunt etiam post Seculum Duodecimum Ecstaticae mulieres, e quibus tametsi aliquot pie credi possint supranaturalibus donis illustratae, atque ad arcana caelestia divinitus adductae, justa tamen dubitatio fuit, ne reliquae unam ferventem Phantasiam, imaginibus Pietatis ac Religions redundantem, magistrum in suis Revelationibus habuerint. Proinde laudanda pariter est rigidior nostrorum dierum disciplina, quae oculos studiosius in ista intendens, non patitur nova prodire Evangelia; aut si quando prodeunt, ea proscribit; aut saltem consilium eorum, qui haec in examen adducunt, sequi bonique facit.

D E
R I T I B U S
AMBROSIANAE ECCLESIAE.
D I S S E R T A T I O
QUINQUAGESIMASEPTIMA.

DISSERTATIO

QUINQUAGESIMASEPTIMA:



Atholicae Romanae Ecclesiae Liturgia, ritus sacros complectens in divinis Officiis, & incruento potissimum Sacrificio adhibitos, qualis temporibus nostris sit, noscunt, & quotidie sub oculis habent, qui cumque in sanctissimae hujus Ecclesiae sinu nutriuntur. Ferme apud omnes Sacerdotes, ferme ubique locorum modus idem nunc obtinet collendi Numinis in Templo; atque in conficiendis Sacramentis vix ulla nunc est Catholicorum Ecclesia, quae Romanae omnium magistrae ritus non sequatur, ejusque moribus se se non attemperet. Verum tanta, tamque late diffusa externi divini cultus uniformitas, non eadem olim fuit. Nam ut mittam, Graecas, ceteraque Orientis, ac Aegypti Ecclesias, Liturgia ab aliis dissimili usas fuisset, & adhuc uti, in ipso quoque Occidente Provinciae quaedam nondum sacris Romanae Ecclesiae ritibus assuetae, diu consuetudinem suam retinuere, nempe Gallicana, Hispanica, & Franco-Germanica. Neque in iis ipsis locis defuere singulares Ecclesiae, quibus peculiares erant ceremoniae ac mores in sacris; nam & in ipsa Italia, quamquam arctius Romano-

A Pontifici tanquam suo Primi obnoxia, exemplis ejusmodi non caruit. Sed inter ceteras Italiae Ecclesias Mediolanensis potissimum hoc titulo spectabilem se se reddidit; celebremque famam vel apud Veteres ista quoque de causâ sibi comparavit. Id autem curae Romanis Pontificibus semper fuit, ut quantum possent, reliquas Occidentis Ecclesias adducerent ad amplectendam Romanae Ecclesiae Liturgiam, & mores ab ea dissonos in sacris peragendis exuerent. Immo id polliceri cogebantur olim Episcopi pertinentes ad ordinationem Romanorum Pontificis, ut patet ex Libro Diurno Cap. 3. Tit. 7. Neque in irritum cessere conatus; & sensim sive adhortationibus, sive etiam imperio vieti Praesules (si Mediolanensem excipias) concessere in sententiam & mores Ecclesiae, a qua suam originem atque institutionem reliquae Occidentales habuere, aut habuisse creduntur. Pipino praesertim & Carolo Magno in Gallia regnantibus id factum; nam quum ii nemini cederent obsequio in Romanam Ecclesiam, praetereaque meditarentur jamdudum Italicae Provinciam suis Regnis adjungere, ipsamque Imperatoriam dignitatem in se transferre (quod sub Carolo tandem contigit) magnique momenti cererent ad grandia facta futuram amicitiam, ac opem Romani Pontificis,

quem

quem etiam sibi Pippinus maxime utilem senserat in arripiendo Francorum sceptro: nihil antiquius iis erat, quam indulgere ac morem gerere, ubicumque possent, eorum petitionibus ac votis. Itaque tunc adnitentibus Pontificibus Maximis, Gallicana Ecclesia, antiquos suos ritus omnino seponens, Romanos est ampla. Auctor est Landulfus senior Mediolanensis Scriptor, cuius Historiam habes Tom. IV. Rer. Italicas sub Hadriano I. Pontifice in Romano Concilio constitutum fuisse, ut Carolus M. per totam linguam proficeretur Latinam, & quidquid diversum in cantu & mysterio divino inveniret a Romano, totum deleret, & ad unitatem Romani mysterii uniret. Haec Landulfus Lib. 2. Cap. X qui deinde subdit, Carolum sustulisse omnes Ambrosianae Liturgiae Libros, uno Missalis exemplo excepto, sed miraculum intercessisse, quo divinitus innotuit, Ambrosianae Ecclesiae ritum a Deo probari. Hinc autem Beroldus, Guilielmus Durandus, Gualvaneus de la Flamma, Boninus Mombrutius, aliqui Scriptores Mediolanenses desumfere, quae habent de eadem Liturgia, caelitus inter tot turbines servata. Gualvaneus tamen in quodam Codice MS^o Leoni III. tribuit, quod ceteri Hadriano I. papae. Evidem in Praefatione ad ipsius Landolfi Historiam mihi dissimulavi, quam pronus in fabulas, quam sublestae fidei fuerit ejusmodi Scriptor. In hac etiam narratione multa adversus Chronologiam Landulfus peccavit. Et certe qui prodigiū illud aut falsum prorsus suspicetur, aut ei fidem accommodare nolit, is me contra dicentem minime habebit. Attamen inter ipsas fabulas elucidere mihi videtur illud idem, quod

A antea proposueram; neque enim Historici vel inepti, Poëtarum ad instar, narrationem cuiusquam facti omnino confingere solent, sed qualiter accepere a vulgo, aut ipsi accidisse opinantur, literis consignant; hoc est, verum aliquod fabulis intermixtum enarrare consueverunt. Non facile Landulfus somniasset, vim ritibus Ambrosianis illatam sub Adriano I. Pontifice & Carolo Magno, nisi conatus hujusmodi fama praecessisset, & aut Populus, aut antiquiores Historici id commemorassent. Et quando vidimus, iis ipsis temporibus Romanos Pontifices impetrasse, ut Gallicae omnes Ecclesiae Liturgiam Romae adhibitam, jamque per tot alias Ecclesias diffusam, amplexarentur: veri quoque simile prorsus videtur, eos propitiā illā occasione usos nihil intentatum reliquisse, ut Ambrosianam quoque uti in dogmate, ita & in ritibus Romanae conformem efficerent. Constantissime autem repugnasse Clerum Ambrosianum, neque dimoveri se passum, quod celeberrimum virum Sanctum Ambrosium suae Liturgiae auctorem contendere, eventus ipse docet: nam post tot Secula eorum ritus illaesi perdurant. Et sane etiam ante Annū 849. Ambrosius illorum institutor tradebatur, Walafrido Strabone teste, qui per ea tempora haec scribebat Cap. 22. de Reb. Eccles. Ambrosius Mediolanensis Episcopus tam Missae, quam ceterorum dispositionem officiorum suae Ecclesiae, & aliis Liturgiis ordinavit. Quae & usque hodie in Mediolanensi tenentur Ecclesia. Neque reticendum. Anno quoque 1440. Brandam de Castellione S. R. E. Cardinalem consilium cepisse abolendae Ambrosianae Liturgiae. Verum Populus Mediolanensis in eum concitatus, solum

Ium vertere, & a coepio desistere coëgit. Corium & Oldoinum rei testes habeo.

Ceterum sive quod sub Carolo Magno Ecclesiae quaedam non secus ac Ambrosiana, tenacissimae suorum monorum, ad Romanos ritus componere se se noluerint, sive quod subsequentibus Seculis eosdem receptos immutari, aut amplificarint, mihi vix dubitandum videtur, quin & post Carolum M. nonnullis aliis Ecclesiis pecularis sua fuerit Liturgia, aut certe in non paucis a Romana diffentiens. Curia, Rhaetiarum praincipia Urbs, suum adhuc Episcopum servat, & Ecclesiam sacris Catholicis addictam; eratque olim Mediolanensi Metropolitae subjecta, ut patet ex Epistola Eusebii Mediolanensis ad Leonem M. Pontificem Romanum. Quales ibi ritus in usu forent Anno 1589. Missalis Liber me docuit, eodem Anno impressus Constantiae cum hoc titulo: *Missale secundum ritum Curienis Ecclesiae diligenter emendatum, & in meliorem ordinem digestum, mandato Reverendiss. & Sereniss. Principis ac Domini, D. Petri Episcopi Curiensis.* Liceat mihi adferre nonnulla, quandoquidem nova haec multis obvventura puto. Exorditur ibi Sacerdos Missam dicendo: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum & terram. Introibo ad Altare Dei, ad Deum, qui laetificat iuuentutem meam. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Tum confessionem his verbis peragit: *Ego reus & conscientius omnium peccatorum meorum, confiteor Deo Patri omnipotenti, Beatae Mariae Virgini, & omnibus Sanctis, & vobis, quod ego miser & indignus peccator peccavi nimis in vita*

A mea contra legem Dei mei cogitatione, locutione, omissione, consensu, visu, verbo, & opere, ignorantia, negligentia: mea culpa, mea gravissima culpa, aliiisque multis malis. Ideo deprecor gloriosissimam Virginem Mariam, beatos Apostolos Petrum & Paulum, beatos Florinum, & Lucium, beatam Emeritam &c. istos Sanctos, & omnes Sanctos Dei, & vos orare pro me misere peccatore. Tum subnectitur: *Misereatur nostri omnipotens &c. perducat nos Dominus noster Jesus Christus sine manuca cum gudio in vitam aeternam.* Amen. Indulgentiam & remissionem omnium peccatorum nostrorum, spatium verecuae & fructuose poenitentiae, finem bonum, Caritatemque perfectam tribuat nobis omnipotens, pius, & misericors Dominus. Amen. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce servo tuo. Sacerdotes tui induant justitiam, & Sancti tui exsultent. Domine exaudi orationem meam &c. Dominus vobiscum &c. Tum geniculetur Sacerdos ante Altare, & dicat: *Oremus. Exaudi quæsumus Domine supplicum preces &c.* Tunc surgat, & ascendat ad Altare & dicat: *Ausser a nobis &c.* Finito isto faciat crucem in medio Altaris dicendo: *Isti Sancti, atque omnes Sancti tui, Domine, nos ubique laetificant &c.* Tunc eat versus dexteram, aperiendo Librum, osculando Librum, & dicendo: *Tuam Crucem adoramus, Domine tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nobis, qui passus es pro nobis in Crucce.* Postea eat ad sinistram Altaris, osculando Altare & dicendo: *Pax Christi, quam nobis per Evangelium tradidit, confirmet, & conservet corda & corpora nostra. Pax tecum.* Deinde redeat ad dexteram partem Altaris dicendo *Absolutionem generalem: Dominus*

nus noster Jesus Christus vos absolvat, & ego auctoritate ipsius, qua fungor, absolvō vos a vinculis absolutionis minoris, si incidistis; & restituo vos septem Sacramentis, & communioni matris Ecclesiae, in nomine Patris &c. Nonnulla etiam adnotanda mihi videntur peculiaria in eadem Liturgia. Ad locationem Calicis vino praeparato, patenā, & hostiā suppositā, erigat brachia & dicat: Acceptabile fiat Sacramentum istud onnipotenti Deo in nomine Patris &c. Sit signatum, bene \ddagger dicatum, & ordinatum Sacramentum istud onnipotenti Deo per Christum Dominum nostrum. Tunc accipiat patenam cum hostia de Calice dicendo: Suscipe Sancte Pater &c. Pro Veni Sanctificator &c. quod est in Missa Romana, ibi dicitur: Veni invisibilis sanctificator, & bene \ddagger dic hoc Sacramentum tuo nomini a meis indignis manibus praeparatum, per Christum Dominum nostrum. Nihil ibi de manuum lotione: Pax hisce verbis exhibetur: Pax tibi, & Ecclesiae Dei. Habete vinculum pacis & Caritatis, uti apti sitis sacrosanctis Mysteriis Christi. Amen. Antequam assumat hostiam, dicit Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Panem Christi accipiam &c. Domine, non sum dignus &c. Domine, propitius esto mihi peccatori. Corpus Domini nostri Jesu Christi proficiat mihi, & omnibus circumstantibus ad salutem in vitam aeternam. Anen. Quid retribuam &c. Sanguis Domini nostri Iesu Christi proficiat nobis in vitam aeternam. Amen. Quod ore sumimus &c. Verbum caro factum est. & habitarit in nobis &c. plenum gratia & veritate. Corpus tuum. Domine Iesu Christe, quod ego miser peccator sumsi, & Sanguis, quem indignus potavi &c., & praesta, ut ibi nulla remaneat peccati macula, ubi intraverunt sacrosanta Sa-

A cramenta. Benedicta filia tu a Domino, quia per te &c. Lutum fecit Dominus ex sputo, & linavit oculos caeci: lavit, vedit, abiit, & credidit Deo. Nunc dimittis servum tuum &c. Praeter Cantum Angelicum, hoc est Gloria in excelsis, ibi legitur Cantus Angelicus de Beata Virgine, nempe idem Gloria, additis quibusdam ad Deiparam spectantibus. Multae quoque Sequentiae singulares illic habentur pro omnibus sere Festis solemnibus, uti & ritus quidam peculiares pro diebus Coenae Domini, & Paracletus; peculiares quoque Epistolae, Evangelia, Introitus, uti & complures Orationes votivae. Sacrae Scripturae textus non dissimilis a Romano; attamen multa ibi verba anteponuntur, postponuntur, adduntur, mutantur. Atque haec de Curiensis Ecclesiae Liturgia, uti parum vulgata, excerpere placuit. Qao autem in loco nunc sint iidem ritus erit plura cupientis ediscere ab ejusdem Urbis incolis.

B

C Redeo ad Ambrosianam Basilicam, cuius ritus longe per Europam fuerit, & adhuc sunt celebriores. De iis multa habet Joseph Vicecomes Ambrosiani Collegii Doctor in Libro de Ritib. Missae Lib. 2., & Cardinalis Bona Lib. I. Cap. X. Rerum Liturgicarum. Multa quoque attulit Radulphus Decanus Tungrensis circiter Annum 1390. in Libro de Canonum observantia. Jacobus vero Pamelius inter Liturgica Latinorum Ambrosianam quoque Missam, Praefationes, ac Orationes totius Anni edidit Coloniae Agrippinae Anno 1571. Liceat & mihi nunc aliqua heic adnotare. Illud certum, non defuisse Mediolanensi Ecclesiae Liturgiam suam, vel antequam Sanctus Ambrosius eidem praeficeretur; ubi enim

D

E

enim Christianorum Ecclesia fuit, A ibi quoque Sacra menta e vestigio fure, & pari ratione ritus etiam sacri. Quid vero Ambrosius immutaverit, addideritve, incom pertum est, nisi quod novimus, Paulino in ejus Vita, atque Augustino in Lib. IX. Confession. testibus, institutum ab ipso fuisse, ut Antiphonae, Hymni, & Psalmi, secundum morem Orientium partium canerentur: qui ritus antea in Occidente infuetus, per omnes postea provincias manavit, & adhuc in usu ac honore habetur. Ceterum multa sunt, quae nobis persuadent, potiores ritus Missae, aliorumque sacrorum, tales adhuc in Mediolanensi Ecclesia adhiberi, quales ante Sanctum Ambrosium fuere, aut quales ipse efformavit. Idque ex collatione Librorum ejusdem Ambrosii elucere aliqua ex parte potest. Sed simul animadvertisendum est, ex ritibus iis non paucos, minoris tam momenti, subsequentibus Seculis fuisse aut immutatos, aut immunitos, ut proinde concedere nequeam in Cl. Mabillonii sententiam, qui in Musei Italic. Tom. I. part. 2. Observaciones quasdam de Ritu Ambrosiano interserens, enarratis iis, quae Landulfus senior habet de tentata per Carolum Magnum Officii Ambrosiani abolitione, censet, ab eo tempore Ritum Ambrosianum semper manisse uniformem, ut ex relidis antiquis Libris deprehendimus, nisi quod subinde facta est novorum Festorum, ut moris est, accessio. Quam parum id cum veritate consentiat, unum consilium Puricellii V. Cl. & de Mediolanensis antiquitatibus tam bene meriti, satis evincere posset, qui Librum meditabatur de Ritibus Ambrosianis. Originem Festivitatum (sunt ejus verba, ipsius manu exarata,

Tom. XI.

A quae olim legi), additamenta, vel alias mutationes Missali ac Breviaris factas, varia Scriptorum testimonia de nostris Ritibus identidem pronuntiata recenserem &c. Fuit & mihi idem propositum jamdiu, quem apud carissimos Mediolanenses meos juvenis confidebam, eamque in rem multa etiam antiquitatis frusta congefferam. Sed Mutinam revocatus aedificium aliis construendum reliqui; atque utinam ad illud se conferat omnium aptissimus Cl. V. Josephus Antonius Saxius, Ambrosianae Bibliothecae Praefectus, in cujus mente versari hoc idem consilium intellexi.

Cardinalis Bona-Lib. I. Cap. X.
Rer. Liturgic. Ordinem Missae Ambrosianae exponens, ita exorditur: Sacerdos Missam celebraturus, stans in insimo gradu, signat se signo Crucis; tum Psalmus Judica me Deus cum antiphona alternatim recitato, dicit Versum Confiterini Domino, quoniam bonus &c. A vero abscessit doctissimus Cardinalis: neque enim nostris temporibus Psalmus Judica me Deus locum habet in Missa Ambrosiana, neque habebat, dum ea scriberet Cardinalis Bona. Decepit autem illum antiquus aliquis Missalis Liber, quem ipse incaute, neglectis recentioribus, sequutus est. Et revera fuere tempora, quibus Ambrosiani ab hoc Psalmo sacrum exordiri consueverunt. Oblatus est mihi Mediolani Codex manu exaratus Anno 1257., qui olim spectavit ad Cartusiam Garignani: hunc titulum praferens: *Liber celebrationis Missae Ambrosianae scriptus a Johanne Belo de Guertiis de Melegnano, Redore Ecclesiae Sandi Victoris Portae Romanae.* Ibi statuitur recitandus idem Psalmus. Est mihi alter Missalis, Mediolani aereis typis impressus Anno 1522. ubi Psalmus

D d

mus idem occurrit, quem Ambrosianus Sacerdos, una cum Ministro alternatim recitabat, sed versiculorum divisione diversa a Romana. Eumdem quoque praeferunt alii Missales, aliis temporibus proelo impressi, atque ille potissimum, quem Gaspar Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis Anno 1594. typis tradendum curavit. Sed ejus in Archiepiscopatu successor Fredericus Cardinalis Borromaeus, Ambrosianae Bibliothecae patens, & vir ex rebus gestis immortalis nominis, quum Ambrosianum Ritum expurgandum & antiquae puritati restituendum sibi sumisset, animadvertisens, antiquissimos Missales, & quosdam etiam impressos carere hujusmodi Psalmos. inde eum sustulit: quem morem postea retinuit Mediolanensis Ecclesia.

Accipe nunc, quam diversos alias Ritus in Ambrosianam Missam invenierint Saecula quaedam, qui nunc aut sublati, aut immutati sunt. ut ad primaevam suam institutionem Mis sa redigeretur. In supra laudato Missali MSto Cartusiano post versiculum Confitemini Domino &c. haec leguntur: Post Sit nomen benedictum &c. Tunc Sacerdos sublimet oculos & manus, & inclinet, circumstantibus dicens: Rogo altissimam Virginem Mariam, omnes Sanctos, & vos, fratres, orare pro me ad Dominum. Respondet Chorus: Exaudiat te Dominus in oratione tua, & benedicat te. Sacerdos plane dicat: Dominus vobiscum. Respondetur: Et cum spiritu tuo. Si autem per se solus: Domine exaudi orationem nostram, & clamor noster ad te perveniat. Sequitur Oratio privata ante Altare: Rogo te Deus &c. Post Lectionem recitatam haec subjiciuntur: Notandum etiam, quod Passione, Depositiones, seu Vitac Sanctorum leguntur loco Lectionum in

A solemnitatibus eorumdem, sed in propriis festivitatibus Ecclesiarum. Hujusmodi Ritus vestigia in nullis aliis Mediolanensium Libris ego deprehendi. Haec etiam in eodem Missali animadvertisens. Cantata Antiphona post Evangelium, iterum dicitur: Dominus vobiscum. Postea a Diacono proferatur: Pacem habete, Choro respondente: A te, Domine. Deinde Dominus vobiscum. Sequitur Oratio super Sindonem. Post haec in eodem Missali legitur: Sacerdos in manibus tenendo patenam cum pane sub silentio dicat: Immola Deo sacrificium laudis. O redde Altissimo vota tua. O Domine, ego servus tuus &c. Domine, sanctissime Pater, sanctifica hunc panem, ut fiat Unigeniti tui Corpus. Amen. Vel: Depreco te, Sancte Pater, ut hic panis transeat in Corpus Domini nostri Iesu Christi. Amen. Tenuendo Calicem in manibus cum vino & aqua, dicat secrete: Quid retribuam Domino &c. Domine, Sancte Pater, sanctifica hoc vinum aqua mixtum, ut fiat &c. Post Offertorium, & Orationes subsecuentes, cetera desiderantur in eo Codice. Neque praetermittendum, ibi in testem adferri Joannem Belethum, qui propterea non floruerit circiter Annum 1328., ut Casimirus Oudin opinatus est. sed quidem longe antea, uti cum Thitemio reliqui eruditii censerent.

Sed plura ab hodierno Ritu Missae Ambrosianae diversa mecum animadvertere poterit quicumque hujusmodi eruditione delectatur, inspiciendo Librum Mediolani impressum Anno 1499. cura Ambrosii de Caponago cum hoc titulo: *Rationale Ceremoniarum Missae Ambrosianae*. Inde ego pauca haec excerpti: Postquam Sacerdos dixerit, Confitemini Domino &c. sequitur: Ego infelix Sacerdos confiteor Deo patri omnipotenti, & Filio, & Spi-

B

C

D

E

Spiritu Sancto, Beatae Mariae semper Virgini, Beato Ambroso Confessori, & omnibus Sanctis, & vobis circumstantibus, me graviter peccasse per superbiam in lege Dei mei, cogitatione, delectatione, omissione, sensu, tactu, visu, verbo, & opere. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatissimam Virginem Mariam, Beatum Ambrosium Confessorem, omnes Sanctos & Sanctas Dei, & vos circumstantes orare pro me ad Dominum Deum nostrum. Respondetur: Deo gratias. Si habet Diaconum, aut alium Sacerdotem adjuvantem, dicat respondendo: Misereatur &c. & Celebrans respondet: Amen. Deinde adjuvans dicit Confessionem hoc modo: Confiteor &c. ut supra, nisi quod dicit tibi pater. Nunc brevius Ambrosiani confessionem expediunt. In eodem Rationali haec itidem leguntur: Deinde Celebrans ante Altare aliquantulum se inclinat, dicendo secrete hanc Orationem: Rogo te, altissime Deus Sabaoth, Pater sancte, ut me digneris tunicae cælitatis accingere, lumbos meos balteo tui timoris ambire, renes meos caritatis tuae igne urere, ut pro pecatis meis possim intercedere, & pro astantibus veniam peccatorum promerer, & singulorum humilias pacificas immolare. Me quoque andauerit ad tuum Altare accendentem non sinas perire, sed dignare lavare, ornare, & clementer suscipere, per Christum &c. Ista sublata fuere e Missa Ambrosiana: Accedit ad Altare, & facit crucem in medio Altaris cum pollice, & illam osculatur; & deinde vadit in dextram partem Altaris, & apero libro Missale osculatur pedes Crucifixi, & se signando incipit Missam, absolute dicendo Ingressam, sive Introitum. Mos quoque fuit post Hymnum Sanctus, Sanctus &c. deosculari pedes Crucifixi, aut saltem pedem Crucis;

A in omnibus quippe Missalibus in principio Canonis, uti & nunc, colloca-
ri consuevit imago Christi e cruce
pendentis. In Oblatione dicit hanc O-
rationem: Suscipe, Domine, Sancte &c.
hunc panem, & sanctifica eum, ut
transeat in Unigeniti tui Corpus &c.
Paria habet offerendo calicem, mu-
tatis mutandis. De Benedictione Po-
pulo danda, haec ibi occurunt: Sa-
cerdos se volvens ad Populum, dat be-
nedictionem, prout competit diei. Une
habetur communis, videlicet: Benedic
nos Divina Majestas ✠ Pater ✠ &
Filius ✠ & Spiritus Sanctus. Amen.
Sunt nonnullae aliae benedictiones, quae
more Ambrosiano in usu sunt, secundum
occurrentiam diei & Missæ; videlicet,
in Adventu Domini dicitur: Per Ad-
ventum Domini Nostri Jesu Christi be-
nedic nos omnipotens Pater, & per-
ducat ad gaudia Regni Paradisi. Amen.
In die Nativitatis Domini, ac per to-
tam Octavam dicitur: Pro Nativitate
Domini Nostri Jesu Christi benedic
nos &c. Reliquas omitto. Nunc una
tantum habetur. Mihi autem animus
non est, singula colligere, in quibus
Ambrosiana Missa temporum nostro-
rum differt non ab antiquissima, quae
olim erat in usu, sed ab ea, quam
Secula posteriora multis additis on-
erarant potius quam ornarant. Haec
enim fortasse toedii multum, erudi-
tionis parum effarent. Ergo juvat
alia consecuti, legenti, ut spero,
gratiora.

E D d 2
Adservat Ambrosiana Bibliotheca
antiquum Codicem saltem ante an-
nos sexcentos, uti mihi videbatur,
manu exaratum cum hoc titulo: Ma-
nualis de singulis Dominicis seu Festi-
vitatibus in circuitu anni. Antiqui-
tatem illius mihi praecipue commen-
dabat dierum festorum ordo, qui tunc
obtinebant. Inter cetera ad diem San-

Et Barnabae tres tantum Orationes adsignantur, & nil aliud peculiare de eo ibi refertur: quod indicio esse possit, eo tempore nondum invaluisse opinionem de fundatione Ecclesiae Mediolanensis per ipsum, ut a multis Seculis traditur, f. Etiam illic etiam ad dies Domini solemnes fere semper adnotatur Antiphona, quae cantur de Ecclesia in Baptisterium, nempe quum Canonici ad proximam eadem sacram procedebant ubi urbanum Baptisterium erat. Die Epiphaniae in Matutino adnotantur Antiphonae ad primam turmam, ad secundam turmam, ad tertiam turmam, Responsoria cum infantibus, & Responsoria quatuor puerorum, & Antiphona ad Crucem. Adnotantur etiam Psalmi directi die Dominico, qui nempe recitantur post Psalmos consuetos Laudum, simul ab utroque Choro stante, & non alternatim. Psalmorum directorum mentio est in Regula Sancti

A) Benedicti. Censet autem Du Langius in Glossario Latino ad vocem Directaneus, quod idem est atque directus, eo vocabulo significari Psalmos aut Hymnos, qui uno vocis tono, nulla modulatione, pronuntiarentur. Sed videndum, num potius ita Psalmi appellarentur, quod non alternatim, sed continuato progressu, atque una voce ab integro Choro recitarentur, aut etiam canerentur. Philo in Libro de Vita Contemplativ. de Therapeutis haec habet: Cantant Hymnes in laudem Dei compostos, variis metrorum, carminumque generibus, unice ore uno, nunc alternis &c. En quam antiquius mos iste, & qualis forma pfallendi a piis hominibus frequentaretur. Praesertim verò digna mihi visa sunt publica luce quaecumque in supra laudato Manuali antiquissimo habentur de Ritibus ad Catechumenos, & ad Baptismum pertinentibus.

Ordo Ecclesiae Ambrosianae in solemnī Baptismo Sabbato Sancto, ex antiquissimo Codice MS.

Nostandum in prima Dominica de Quadragesima (haec secunda est apud Romanos: prima enim apud Ambrosianos appellatur Dominica in capite Quadragesime) Ordo quadragesimalis, sicuti sit in Ecclesia Majore. In Dominica prima Quadragesimae leto Evangelio dicat Diaconus: Qui vult nomina sua dare, jam offerat. In secundo Sabbato de Quadragesima, finita majore Missa, Presbyter, qui Missam canit, vadit ubi cinis est cilicio asper sus, & benedit cinecum. Benedicte cinere, vadunt atri Subdiaconi cum Diacono Hebdomadario ad ostium Ecclesiae, ubi pueri stant, & Subdiaconi foris, Diaconus autem de intus. Tunc

D) Diaconus interrogat Subdiaconum: Quid petunt? Respondeat Subdiaconus: Fidem. Diaconus interrogat: Abreniantur Diaconi & operibus ejus? Respondeat Subdiaconus: Abreniantur. Et dicit Diaconus: Memores estote sermonum vestrorum, ut a vobis numquam abscedant. Respondeat Subdiaconus: Memores erimus. Tunc vadit ad aliud ostium, ubi puellae stant, & dicit similiter. Et postea omnes masculi & feminæ intrant in Ecclesiam & vadunt, ubi Christus est. (Vide Landulfum Seniorens Lib. I. Cap. XII. Tom. IV. pag. 66. Rerum Italcarum.) Et stant ex una parte masculi, & ex alia feminæ, masculi a Meridie, & feminæ ab Aquilone.

421 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 422

quitone. Et ecce Presbyteri majoris ordinis & minoris, Sacerdotaliter parati, veniunt, ubi Christus est, & orant dicentes: Pater noster. Finita Oratione exsuffant in modum Crucis, & dicunt: Ex alto te, cenis cilicio aperius, in nomine Patris &c. Et statim major Presbyter tollit Librum Evangeliorum, & deosculat illud, & desert in circuitu puerorum, signando semper & dicendo exorcismum Sancti Ambrosii. Et ceteri Presbyteri sequuntur; & duo ex ipsis Presbyteris, aut tres ex singulis partibus faciunt signum Crucis pueris in frontibus, tribus aut quatuor, & dicunt: Signo te signo Crucis in nomine Patris &c. Diaconi vero & Subdiaconi aibis induiti vadunt de foris in circuitu puerorum, similiter signando & dicendo semper exorcismum Sancti Ambrosii. Finito signaculo, Competentes vadunt ante Altare extra Cancellos; & Presbyter Hebdomadarius retro Altare dicit: Dominus vobiscum. Et respondent Clerici: Et cum spiritu tuo. Et Diaconus ad cornu Altaris dicit excelsa voce: Superius vos fideles Competentes cervicem flectite. Erigite vos ad Dominum. Pariter date Deo honorem. Et respondet omnis Chorus: Amen. Et Diaconus dicit: Humiliate vos ad benedictionem. Tunc admonendi sunt Catechumeni ab Acolythis, ut caput inclinent. Tunc Presbyter dicit Orationem. Dicta Oratione, Diaconus dicit: Procedant Competentes. His omnibus peractis procedant, & Vesperum inscoatur.

Sequenti die Dominico, lesto Evangelio, omnes Catechumeni intrant in Ecclesiam; & Presbyter, & Diaconus, & Ostiarii eo ordine dicunt nomina, que dixerunt hebreo Sabbato, finito signaculo. Sic faciendum est in sequenti Sabbato de Caeco, & Dominica. In Sabbato autem de Lazaro omnes pueri

A. masculi, & seminae sint scribendi; & post interrogationem Diaconi, duo Presbyteri cum camisio & orario stant ad ostia, ubi Catechumeni intraturi sunt, cum oleo sanctificato, & perungunt illos in pectore, & dicunt: Ego te ligno &c. Item signandi sunt instantes, ut mos est in Sabbato de Abraham, tribus vicibus: in Sabbato de Caeco; in Sabbato de Lazaro sex vicibus. In traditione autem Symboli, sicut Misericordia, omnia tintinnabula sunt sonanda, & cuncta ostia claudenda. Tunc nullus nisi Catechumenus expellendus est. Et Presbyter Hebdomadarius cum orario & cappa, retro altare salutat. Et Diaconus per ordinem cum orario dicit has voces: Si quis Catechumenus, procedat. Si quis Paganus, procedat. Si quis Haereticus, procedat. Si quis Judaeus, procedat. Cui cura non est, procedat. Et Ostiarii semper similiter. Et Diaconus, antequam dicat has voces, & postea, per singulas osculetur Altare. His didis, cantatur: Venite filii. Deinde Archiepiscopus vadit in Secretarium ad se parandum. Nec non Primicerius Lectorum cum Lectoribus induunt se planetis, & veniunt tollere licentiam ab Archiepiscopo ad aperiendas januas pueris. Et pergendo orant in tribus locis. Semel in Choro, deinde iuxta gradum, tertio iuxta regias. Et tunc aperiunt valvas pueris, & dicunt: Ingredimini filii in domum Domini. Audite patrem vestrum docentem vos viam scientiae. Et revertendo orant similiter tribus vicibus. Et semper portat Primicerius tabulas, & columna virgulta intus cum foliis. Ex adversariis MSis Cornei Magistri Ceremoniarum Ecclesiae Mediolanensis intellexi, olim in Secretario merito niali ejusdem Ecclesiae adseratas fuisse quatuor tabellas ex ore (an notius ex ebore?) pares foliis libri Mss,

lis, in quibus sculpta erant varia Christi Domini acta literis Graecis superpositis. Deferebantur hae tabulae in sacris supplicationibus, atque easdem pueri in viis, ac in templis osculabantur. At usus earum omnino desit Anno 1633. De ejusmodi tabulis vide Amalarium de Divin. Offic. Lib. 3. Cap. 16. *Colurna virgulta* opinor fuisse virgas e corylo, quarum usum non memini me legere alibi. Progreditur Manualis Liber MStus, reliqua haec referens. Tunc incipitur Symbolum ab Archiepiscopo, vel Presbytero Hebdomadario. Tradito Symbolo, dicit Archiepiscopus, vel Presbyter Hebdomadarius, retro Altare: Dominus vobiscum. Et Diaconus resert ea, quae in ceteris Sabbathis dicta sunt: Superins vos fideles &c. Et sic omnes pueri procedunt, & Vesperum inchoatur. Sabbatho Sancto post Benedictionem Fontis, aliasque ritus, Episcopus interrogat: Quid venistis facere? Illi respondentes dicunt: * Baptizare. Dicit patrinis: Ite, abducite eos in nomine Patris &c. Interrogat iterum patrinos. Quod est nomen illorum? Respondent: tale, & tale. Item nominant patrini nomina. Et dicit Episcopus: Creditis in Deum Patrem omnipotentem? Respondent: Credimus. Interrogat: Et Jesum Christum &c. ut in Romano. Respondent: Credimus. Item dicit Episcopus: Baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Letaniae super infantes. Domine miserere. Christe libera nos. Salvator libera nos. Santa Maria. Sancte Michael &c. Singulis diebus in Orlava Paschatis proceditur ad Baptisterium. Feria IV. Vesperae ad Sanctum Ambrosium. Feria V. Psalmus de Baptisterio. Item Antiphonae in Ecclesia Hyemali, in Ecclesia Aestiva, ad Sanctum Ambrosium foris murum &c.

A | Sabbato Antiphona ad caput infantum discoperiendum.

Heic autem minime reticendus Ambrosianus ritus in baptizando. Non enim per ablutionem, uti nunc Romani faciunt, sed per quamdam immersionis speciem Sacerdotes Ambrosiani baptizant. Manibus enim susceppto infante, ejus occipitum ter in

B | formam Crucis in salutari aqua mergunt: quod vestigium adhuc perdurat vetustissimae atque olim ubique usurpatae immersionis. In perantiquo Antiphonario Bibliothecae Metropolitanae Mediolanensis, scripto circiter Annum 1150. quod antea spectabat ad Canonicam Vallis Travaliae, ad Sabbathum Sanctam recensentur ritus Baptismatis, e quibus haec pauca decerpsi.

C | *Quadragesima* primâ Hebdomadâ, post cantatum Psalmum *Quinquagesimum* ad Matutinum dicit Presbyter: Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Item dicit Diaconus leni voce: Procedant Competentes, simplum. In alia Hebdomada dupum. Item Oftiarius ad regiam: Ne quis Catechumenus. Ad Vesperas similiter. Dominica de Samaritana post Evangelium lectum dicit Diaconus: Qui vult nomina sua dare, jam offerat &c. In Sabbatho Sancto non dicitur: Patrinus: sed Pater, quum infantes baptizati sunt. Exorcismus Sancti Ambrosii incipit: Omnipotens Domine. verbum Dei Patris, Christe Jesus, Deus & Dominus universae creaturae &c. Tum in describendo Baptismate praescribitur trina mersio, tum Litaniae, ac deinde facit Crucem instantis in cerebro, quum Chrisma dat,

D | & dicit: Domine pater Domini nostri Iesu Christi, ut in Romano. Tum sequitur Communio, quae sub his verbis ministratur: Corpus Domini nostri Iesu Christi sanguine suo in te conseruet animam tuam in vitam aeternam. Amen.

425. DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA. 426

Amen. At quando sacrum Viaticum aegrotis porrigebatur, animadverti in uno antiquissimo Missali M^{Sto} Ambrosiana^e Bibliothecae, haec tantum verba olim fuisse in usu apud Ambrosianos: *Corpus Domini nostri Iesu Christi conservet animam tuam in vitam aeternam.* Sed in altero itidem vetustissimo Missali M^{Sto} ejusdem Bibliothecae, ubi habetur *Impositio manuum super Infirmum*; nempe Olei Sancti unctio, subinde additur: *Communica eum, & dic: Corpus Domini nostri Iesu Christi sanguine suo tintillum conservet animam tuam &c.* Oratio: *Domine sancte Pater, te fideliter deprecamur, ut accipiente fratre nostro Sacroficiam hanc Eucharistiam \ddagger Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi &c.* Ritum hunc porrigendi Laicis sanis Hostiam sacro Sanguine intinctam, Orientali Ecclesiae a multis Seculis familiarem, prescripsérat Synodus Bracarense Anno 675. Eum quoque Paschalis II. Papa in Epist.

A 32. ad Pontium ineunte Seculo XII. improbavit, exceptione tamen hac addita: *praeter in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt.* Nemo autem inter sacrae Eruditionis cultores est, qui nesciat, per undecim saltem Secula ab exordio Ecclesiae ministratum fuisse & Laicis Sacramentum Eucharistiae sub utraque Specie, ut nunc dicimus. Verum quod est ad Aegros, non idem semper & ubique mos fuit. Invaluit autem mos porrigendi iis sacram Hostiam Sanguine Christi intinctam, ut eam facilius deglutiirent. In antiquissimo Rituali M^{Sto} membranaceo, quem adserant Monachi Benedictini in celeberrimo Monasterio Sancti Columbani Bobiensis, ritus legitur *de ingrediendo ad Infirnum.* Inde ego haec pauca descripsi, quae mihi luce digniora visa sunt. Ibi deprehendes ministratam eadem ratione Hostiam sacram.

Ordo ministrandi Sacraenta Aegrīs, & orandi pro iis,
ante septingentos annos scriptus.

ET cum viderint eum ad exitum appropinquare, dandum est illi Corpus & Sanguinem Domini, etiamsi ipso die comedisset, quia Communio erit ei adjutor & defensor in resurrectione iustorum: ipsa enim resuscitat eum in novissimo die. Oratio: *Domine sancte Pater omnipotens aeternae Deus, te fideliter deprecamur, ut accipiente fratre nostro illi: Sacroficiam hanc Eucharistiam Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi Filii tui, tanquam corporis, quam animae sit salus. Per. Et cum posuerit in ore ipsius Eucharistiam, dicat Sacerdos: Corpus Domini nostri Iesu Christi Sanguine suo inlitum intin-*

D *Hunc mundet te ab omni peccato, & conservet animam tuam in vitam aeternam. Oratio post Communionem: Accepto salutaris divini Corporis cibo, Salvatori nostro Iesu Christo gratias agimus, quod per sui Corporis & Sanguinis Sacramentum nos a morte liberavit, & tam corporis, quam animae humani generis remedium donare dignatus est, qui vivit & regnat. Post has Orationes faciat ei Sacerdos signum Crucis in capite de Oleo benedicto, dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Extinguitur a te omnis virtus adversarii per impositionem manuum nostrarum, quas nos*

itos carnaliter facias, & per invocationem, atque intercessionem omnium Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, vel Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, seu simul omnium Sanctorum Dei: vivit & regnat in secula seculorum. Amen. Deinde recitet Psalmum Sextum totum cum Gloria & Antiphona: Sana me, Domine, quoniam infirmus sum. & anima mea turbata est valde; sed tu Domine succurre mihi. Psalmus: Domine ne in furore tuo]. Inde verò perungendus est infirmus de ipso Oleo in temporibus capitis & juxta aures, vel nares, & scapulas, vel pectus, sive in brachiis, seu stomachum, in modum Crucis, dicens: Inungimus te de Oleo benedicto & sanctificato in nomine Sanctae Trinitatis, ut mos est, sicut unxit Samuel David in Regem & Prophetam; ut praeparatus ad luctam aerias possis superare catervas, & salveris in fide Sanctae Trinitatis Dei, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen. Sequitur Oratio: Operare ergo * creaturam Olei, operare in nomine Dei Patris omnipotentis, & Iesu Christi Filii ejus Domini nostri Eccl. Et cum perunctus fuerit, ponet Sacerdos manus super eum, & dicit Orationem hanc: Omnipotens semperne Deus, bunc habentes fiduciam, & certi de misericordia tuae medicinae tuae solatium Eccl.

Litaniae super infirmum morti proximum.

Kyrie eleison. Sancte Joannes.
Christe eleison. Sancte Petre.
Christe audi nos. Sancte Paule.
Santa Maria. Sancte Andrea.
Sancte Michael. Sancte Jacob.
Sancte Gabriel. Sancte Joannes.
Sancte Raphaël. Sancte Philippe.

A	Sancte Thomas.	Sancte Symphorianus.
	Sancte Iacobe.	Sancte Vitalis.
	Sancte Bartholomeae.	Sancte Vite.
	Sancte Matthaei.	Sancte Tiburci.
	Sancte Symon.	Sancte Valeriane.
	Sancte Iuda.	Sancte Felicissime.
	Sancte Mathia.	Sancte Agapite.
	Sancte Stephane.	Sancte Dalmate.
	Sancte Line.	Sancte Benigne.
B	Sancte Clete.	Sancte Marcelle.
	Sancte Clemens.	Sancte Valentine.
	Sancte Sixte.	Sancte Hylari.
	Sancte Corneli.	Sancte Martine.
	Sancte Cipriane.	Sancte Ambrogi.
	Sancte Laurenti.	Sancte Hieronyme.
	Sancte Ypolite.	Sancte Augustine.
	Sancte Grisogone.	Sancte Gregori.
C	Sancte Cosma.	Sancte Silvester.
	Sancte Damiane.	Sancte Benedicte.
	Sancte Sebastiane.	Sancte Patrici.
	Sancte Appollinaris.	Sancte Brici.
	Sancte Georgi.	Sancte Remigi.
	Sancte Dionysii.	Sancte Eusebii.
D	Sancte Rustice.	Sancte Syre.
	Sancte Eleutherie.	Sancte Hyventi.
	Sancte Mauricii.	Sancte Zene.
	Sancte Exuperii.	Sancte Amande.
E	Sancte Candide.	Sancte Eugeni.
	Sancte Victor.	Sancte Antoni.
	Sancte Innocens.	Sancte Machari.
	Sancte Vitalis.	Sancte Adriane.
	Sancte Alexander.	Sancte Albane.
	Sancte Doninie.	Sancte Gandenti.
	Sancte Antonine.	Sancte Medarde.
	Sancte Nazarii.	Sancte Columbane.
	Sancte Celie.	Sancte Galle.
	Sancte Gervasi.	Sancte Eustasii.
	Sancte Protasi.	Sancte Attala.
	Sancte Nabor.	Sancte Bertulfe.
	Sancte Felix.	Sancte Walericie.
	Sancte Marciane.	Sancte Arnulfe.
	Sancte Secunde.	Sancte Basille.
	Sancte Calocere.	Sancte Isidore.
	Sancte Anastasi.	Sancte Samson.
	Sancte Vincenti.	Sancte Fa'ce.
	Sancte Desideri.	Sancte Filiberto.

San-

429 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 430

<i>Sancta Abundi.</i>	<i>Sancta Affra.</i>
<i>Sancta Felicitas.</i>	<i>Sancta Eugenia.</i>
<i>Sancta Perpetua.</i>	<i>Sancta Brigida.</i>
<i>Sancta Anastasia.</i>	<i>Sancta Margarita.</i>
<i>Sancta Agnes.</i>	<i>Sancta Potenciana.</i>
<i>Sancta Lutia.</i>	<i>Sancta Genovefa.</i>
<i>Sancta Cecilia.</i>	<i>Sancta Regina.</i>
<i>Sancta Tecla.</i>	<i>Sancta Julitta.</i>
<i>Sancta Euphemia.</i>	<i>Sancta Eulalia.</i>
<i>Sancta Suffia.</i>	<i>Sancta Mustiola.</i>
<i>Sancta Columba.</i>	<i>Sancta Justina.</i>
<i>Sancta Marina.</i>	<i>Sancta Susanna.</i>
<i>Sancta Cristina.</i>	<i>Sancta Balbina.</i>
<i>Sancta Scolastica.</i>	<i>Sancta Savina.</i>
<i>Sancta Petronilla.</i>	<i>Sancta Seraphia.</i>
<i>Sancta Julianus.</i>	

Omnis Sancti Orate pro nobis.

Propicuus esto: parce nobis Domine.

Propicuus esto: libera nos, Domine.

Ab omni malo libera nos.

Ab ira tua libera nos.

A periculo mortis libera nos.

Ab insidiis Diaboli libera nos.

Ab hoste malo libera nos.

A repentina morte libera nos.

A peccatis nostris libera nos.

Per Crucem tuam libera nos.

Peccatores, te rogamus, audi nos.

*Ut sanitatem nobis dones, te roga-
mus.*

Ut pacem nobis dones, te rogamus.

*Ut veram penitentiam nobis con-
cedas, te rogamus.*

*Ut indulgentiam nobis dones, te ro-
gamus.*

*Ut infirmo sanitatem tribuas, te ro-
gamus.*

*Ut in Christo quiescentibus aeternam
tribuas requiem, te rogamus.*

*Ut nos exaudire digneris, te roga-
mus.*

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

*Redemptor Mundi, te rogamus, au-
di nos.*

Fili Dei, te rogamus, audi nos.

Agnus Dei &c.

Tom. XI.

A Atque ex monumentis haec tenus productis discere possumus, quot Seculis perseveraverit mos ille Christianorum, nempe non statim a nativitate, uti nunc facimus, baptizandi infantes. Nisi aegritudo, periculumque vitae imminebat, Sacramenti perceptio a plerisque differebatur usque ad Vigilias Paschatis & Pentecostes, quibus solemnem Baptismum Ecclesiae celebrabant. Eoque deducabantur pueri interdum aliquot annos nati. Bernardus Abbas Clusinus Seculo Christi XI. ut est in ejus Vita a Wilembo Monacho scripta, atque, a Mabillonio edita num. 42. ajebat:

Trium eram annorum, quando Baptisi gratiam percepī. Vidi mus etiam Baptizatos statim ad sacram Communionem Corporis Christi admissos. Haec veterum disciplina fuit; immo erant, qui necessariam rem sunt arbitrati. Pervetus Ritualis MStus Liber adserabatur olim Romae in amplissima Cardinalis Cafanatae Bibliotheca, quae postea alteri Patrum Praedicatorum de Minerva addita, insigne Urbis ornamentum evasit. Scriptus fuit sub Landulfo Episcopo, seu Archiepiscopo, ut opinor, Capuano. Ibi enim versus occurunt in fine, e quibus hos tantum excerpti:

*Egregius Praeful Landolfs sanctior alter;
(quae Landulfum II. innuere videntur)
Tempore sub cuius ditata est Virginis
aula,*

*Pro cuius laude omnes nos exposcimus ipsi,
Virginis ut Prolem votivo corde rogetis,
Splendida quo loca Sandorum mereatur
babere.*

Illic ergo legitur Benedictio Fontis; quam praetermitto, atque haec pauca profero: tunc extrahatur foras Cubellā (idest e labro: nam Cubam

E e

hoc

hoc sensu dixerunt veteres, & pro vase
vinario majore [nunc Tino] usurpa-
runt, ad cuius similitudinem, sed
minori forma, Fons Baptismalis ef-
formari consuevit, appellatus propte-
rea Cubella) & permaneat in Ecclesia,
usque dum Missa celebretur, & Domini-
nicis Sacramentis confirmetur. Et ante
perceptionem Corporis Domini dicantur
istie Orationes. Omnipotens semperne
Deus, qui regenerasti famulum tuum
ex aqua & Spiritu Santo, quoniam de-
disti ei remissionem omnium peccatorum,
tribue ei continuam sanitatem, ad ag-
noscendam unitatis tuae virtutem, per
eiusdem Spiritus Sancti &c. Omnipotens
semperne Deus, maiestatem tuam sup-
plices deprecamur, ut famulum tuum
digneris terrenis aspectibus respicere,
ut, cui donasti Baptismi Sacramentum,
longaevam tribuas sanitatem &c. Tunc
detur Eucharistia his verbis: Corpus
Domini nostri Iesu Christi custodit te
in vitam aeternam. Amen. Hoc autem
omnino praecavendum est, ut non necli-
gatur, quia tunc omne Baptismum le-
gitimum Christianitatis nomine confir-
matur. Ita in illo Rituali: ubi vi-
des, ministratum fuisse duntaxat
Corpus Christi. Sed varia in hoc
disciplina Ecclesiarum fuit. Hugo de
Sancto Victore, qui Seculo Christi
XII floruit, in Lib. I Cap. 20. de
Sacrament memoriae prodidit, unum
Sanguinis Sacramentum infantibus ba-
ptizatis fuisse exhibitum: Pueris,

Ait, recens natis idem Sacramentum
in Specie Sanguinis est ministrandum
digito Sacerdotis, qui tales naturaliter
jugere posunt. Alibi vero, ut
vidimus, & Corpus & Sanguis eis
tradebatur: quod Mediolani praece-
pue in usu fuit iisdem temporibus.
En tibi, quae in MSto Codice Be-
roldi, de quo infra sermo erit, olim
ego legebam Mediolani. Spectabat
Codex ille pervetus ad Canonicum
Lautium, mihique visus est exaratus
Seculo Christi XII. ut plura in cal-
ce & margine addita indicabant. Ibi
quidem haec etiam adnotatio mihi
occurrebat: *Septenaria Idibus Anno
Domini MC. iter Anselmi Archiepiscopi
in Corrociana.* Verum haec post ex-
aratum Librum adjecta fuere, quum
ibi textus Beroldi occurrat, qui
Auctor, uti infra videbimus, floruit
Anno 1130. Quid autem Corrociana
fuerit, a Clarissimo Saxio disces in
Notis ad Landulfum juniores His-
toricum Mediolanensem, Tom. V.
Rer. Italicarum a me editum. Ut
enim is animadvertisit ex Abate U-
soergense, Terra Corziana Turchorum
paria fuit, quod Anselmus Archiepi-
scopus Mediolanensis eo Anno profes-
sus est. Itaque ex eo Codice MSto
excerpsi lucubratiunculam subsequen-
tem, in qua potissimum legas velim
interrogationem postremam: *Quare
renati fonte Baptismali mox Corpus &
Sanguinem Domini percipiunt?*

Ordo qualiter Scrutinia agantur pro Catechumenis:
Scriptus circiter Ann. Christi 1130.

I. **I**nterrogatio. Quare nomina
eorum, qui catechizati sunt,
ab Acolyto describuntur?
Responso. Ut scilicet impleatur
in eis illud, quod scriptum est:

Imperfictum meum viderunt o-
culi mei, & in libro tuo im-
nes scribentur. Item: Gaudete
autem, quod nomina vestra
scripta sunt in coelis. Unde B.
Aug-

Augustinus ait: Videote dile
ctissimi, qui hauc professionem
vestram in curiam projectis An-
gelicam, nomina proficentium
in libro excipiuntur vitae, non
et quolibet homine, sed a supe-
riore coelitus potestate.

II. Quare post descriptionem nomi-
num signantur Catechumeni?

Responso. Videlicet ut possint di-
cere: Signatum est super nos
lumen vultus tui, Domine. Et
bene prius signantur quam ba-
ptizentur, quia prius postes fi-
liorum Israël agni sanguine si-
gnantur, quam mare rubrum
transeant, per quod signantur
Baptismatis Sacraenta.

III. Quare deinde sal exorcizatum &
benedictum in ora Catechume-
norum mittitur?

Responso. Ut ostendatur supernae
sapientiae eos jam vel modicum
recipere gustum. Sicut enim sa-
crificia, quae jubente Lege of-
ferebantur, sale condiebantur,
ita nunc qui baptizandi sunt,
coelestis sapientiae sale debent
condiri.

IV. Quid est catechizare?

Catechizare Graece dicitur, quod
nos dicimus docere, imbuere,
vel instruere. Catechumenus,
instructus, vel audiens: sic &
auditor vocatur; audit enim,
quae credens accipiat, sed al-
huc peccatorum premitur one-
re. Unde B. Augustinus ait:
*Quantumcumque Catechumenus
proficiat, abhinc sarcinam ini-
quitatis suae portat, quoique
per aquam Baptismatis reno-
vetur.*

V. Quare dicuntur scrutinia?

*Quia ibi scrutatur voluntas Ca-
techumeni, ut praefatus Docto-*

*rit: Utrum propter vitæ pre-
sentis commoda, an propter vi-
tae aeternæ baptizari deside-
ret præmia. Scrutinium verò
dicitur inquisitio, vel explora-
tio, sive investigatio. Instrui-
tur enim Catechumenus per se,
si major est: instruitur per a-
lium, si minor.*

B VI. Quare Catechumeni exorcizentur?

*Ut ab eis versutia, dolique dae-
monum pellantur. Ecce exorci-
zatur homo, & sal, & oleum.
Sed in his omnibus non natu-
ra exorcizatur, quae valde bo-
sa creata esse legitur, sed ut
ab eis callida Diaboli tenami-
na procul abscedant, & Crea-
tori Deo sanctificata servire
valeant. Exorcismus verò di-
citur adjuratio, vel increpatio.*

VII. Quare mittuntur digiti in aures?

*Digitorum in aure missio Spiritus
Sancti significat acceptiōnem.
Tactus verò salivaē dñi super
pernae gratiae figurat. De hac
verò causa exemplum Sacerdo-
tes habent, ubi legitur, quod
sanctus Dominus fardum &
mutum, miserit digitos suos in
auriculas ejus, expuensque te-
tigit linguam ejus. Effeta ve-
rò idem est ad perire, pro au-
ribus sanandis dicit, quas sur-
ditas duxit clauserat, sed ad
audiendum tactus Domini pa-
tescit. Qui vult ista plenius
scire, legat Tractatum Bedae
super Evangelium. Narcs e-
nim tanguntur, ut abjectis de-
lectionibus noxiis, Christi so-
lummodo amplectantur odorem,
ut possint cum Apostolo dicere:
Christi bonus odor sumus in
omni loco. Item, Deo gratias,
qui semper triumphat nos in*

Christo Iesu, & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco. Tanguntur & aures, ut relicto auditu linguae audiant verba Christi, & faciant ea, dicaturque eis: Qui haec audit &c.

VIII. Quibus modis accipi debet exsuffratio vel insuffratio?

Duobus, quia duabus sit personis. Exsufflatur Catechizante Catechumenus, ut fraudes daemonum ab eo effugentur. In usflatur ab eo per aquam Baptismatis renovatus, ut Spiritum Sanctum accipiat. Nam & Salvator insufflando legitur Apostolis Spiritum Sanctum post resurrectionem dedit.

IX. Quare in Coena Domini sanctum Chrisma conficitur & consecratur?

Quia in ipsa finitur typus, & inchoatur veritas. Post eum quoque agni tradidit Apostolis Salvator mysteria Corporis & Sanguinis sui. In ipa siquidem coena coepit praeparari Dominicæ passionis mysterium, quo tunc redimimur, quando baptizamur.

X. Quare de oleo benedicto scapulae & pectus unguntur?

Ut originalia simul & actualia peccata relaxentur. Quoniam sicut per dorsum praeterita, id est ea, quae a parentibus traximus, mala signantur, ita per pectus ea, quae ipsi commisimus. Sive, pectus & scapulae signantur oleo sancto, ut undique muniantur. De Chrismate vero in cerebro sive in fronte signantur, ut sit de illis, quibus dicitur: Vos estis genus electum, regale sacerdotium.

A XI. Quare sanctificatur aqua? Ut auferat omnium in se descendentium peccata, & quos accepit fordidos, reddat mundatos. In qua sanctificatione Trinitas invocatur, ut sanctificans adesse dignetur. Quid enim in nomine Sanctae Trinitatis datur baptisma, simul tota Trinitas regenerat, quae unus & solus est Deus.

XII. Quare in limine jam baptismi positus interrogatur, utrum abrenunciet Diabolo, & pompis, & operibus ejus?

Ut cum his tribus se abrenunciarum promiserat, in nomine Sanctae Trinitatis ter mergatur in lavacrum. Abrenuncio enim dicitur contradico, respuo, abjicio, sive abnego. Pompæ Graecum nomen est, quod Latine dicitur ostentatio publica. Idolorum igitur cultura, superbia, & jactantia, horumque similia, pompa dici possunt Diaboli. Cetera vero mala opera ejus vocantur, quibus se baptizandus abrenunciare promittit. Notandum vero, quod in Arca Noë, & in transitu maris rubri Baptismatis Sacramentum præfiguratum fuit.

XIII. Quare baptizati albis vestibus induuntur?

Ut per hunc habitum demonstretur futurae resurrectionis gloria. Sive per vestem candidam potest intelligi fides recta, sive donum Spiritus Sancti, quod accipiunt in baptismo. Chrismate vero unguntur, ut sacerdotes & reges esse monstrentur. Nam & ipsa mutatio vestium habitum significat Sacerdotum.

XIV. Quae-

XIV. *Quare renatorum capita Chri-
stiane, id est pellei teguntur ve-
lamine?*

*Ut demonstretur, quod mysteria
baptismatis semper illaesa de-
beant in nobis servari. Ali-
ter. Pilleum capitibus Sacer-
dotatum ornatum praestabat, &
nos pilleo caput nostrum or-
namus, quum ita vivimus,
ut Christus, qui est caput no-
strum, pro nostris bonis glori-
ficietur operibus. Aliter. Om-
nis, qui particeps est laetis,
quasi velatum caput mentis ha-
bet, quia non valet Scriptu-
rarum comprehendere sensuum.
Sed quum coepit laetum po-
ponere cibum, quasi deposito
velamine ignorantiae incipit so-
lidum Scripturarum sumere a-
limentum.*

XV. *Quare septem diebus caput velati-
tur, & octavo detegitur?*

*Quia per septem dies praesens
vita, & octavum futura glo-
ria designatur. Reste per se-
ptem dies tegitur caput, & in
octavo detegitur; quia nunc vi-
demus per speculum in aenig-
mate: tunc autem facie ad fa-
ciem.*

XVI. *Quare renati fonte Baptismatis
mox Corpus & Sanguinem Do-
mini percipiunt?*

*Ob hoc videlicet, ut omnia Chri-
stianitatis eis Sacraenta fir-
mentur. Nam & Salvator no-
ster postquam lavit pedes Apo-
stolorum, tradidit eis sui Cor-
poris & Sanguinis mysteria.
Unde ipse hujus rei perfectio-
nem demonstrans ait: Qui man-
ducat meam Carnem, & bi-
bit meum Sanguinem, in me
manet, & ego in eo.*

Celeberrimum quoque usum Am-
brosiana Ecclesia observat, nempe in-
choandi Quadragesimam non a Feria
IV. post Dominicam Quinquagesimae,
ut fieri sensim coeptum est Saeculo
Christiano Nono, ac tandem ut in
omnibus Catholicorum Ecclesiis fie-
ret, constitutum fuit, sed ipsa tan-
tum die Dominicâ primâ Quadra-
gesimae, quae propterea in antiquis Li-
bris appellatur Dominica in capite
Quadragesimae. Quae vero subsequi-
tur (secunda Quadragesimae apud Ro-
manos) prima Quadragesimae nuncu-
patur ab Ambrosianis. Quot dies Po-
pulus Mediolanensis jejunio Quadra-
gesimali sacraret, vivente Sancto Am-
brogio, non satis liquet. Nam quod
in Sermone quodam habetur, quem
veteres editiones eidem Sancto Ar-
chiepiscopo adscribunt, ubi Quadra-
gesima quadraginta & duos continere
dies dicitur, non ita certum est, quum
eum ab ipso Ambrosgio abjudicandura
censuerint celeberrimi PP. Benedicti-
ni e Congregatione S. Mauri, seu
ut melius dicam, Cl. P. Mabillonius.
Illud quidem extra controversiam po-
situm est, in Ecclesia Mediolanensi
temporibus Sancti Ambrosii Quadra-
gesimam totam praeter Sabbatum & Do-
minicam jejunio fuisse sacramtam, ut
ille idem affirmat in Lib. de Elia
Cap. 10. Nunc autem Sabbatis Qua-
dragesimae jejunii immunitas ne il-
lic quidem conceditur. Contra quum
recurrente Rogationum triduo jejunium
Ecclesia Romana minime praecipiat,
Ambrosiana illud a Populo suo se-
verissime exigit. Hoc autem jejunium
post dimidium tantummodo Saeculi
XI. ab Ambrosianis usurpari coeptum
discimus e Vita Sancti Arialdi, iis
temporibus scriptâ ab Andrea Mona-
cho Vallumbrosano, atque editâ a
Puricellio Cap. 21. ubi haec legun-
tur:

tur: *Triduanum namque illud Jejunium, quod inter sanctos dies Paschales contra antiquorum dicta Sandorum NOVITER est peragi usitatum, vehementer horribat.* Et quam rigide observaretur ejusmodi jejunium, infra ostendunt Arialdi verba ita loquentis: *In ipsis diebus tam acriter vos affigere cerno, vestibus laneis induendo, nudis pedibus incedendo, in pane tantummodo & aqua jejunando, quomodo quando haec agere debite iussum est, vos nullo modo facere inspicio.* Constat ergo, non ita multo ante institutum fuisse Jejunium Rogationum, adhuc Mediolani vigens. Sed minime hinc sequitur, Rogationum quoque ipsarum recentem fuisse institutionem; & sunt aliqua apud Landulphum Seniorem in Histor. Mediolanen. Lib. 3. Cap. 29. Tom. IV. Rer. Italicarum, quae longe antea Mediolani quoque Rogationes institutas suspicari me faciunt.

*Quatuor vero Temporum Jejunia antiquitus in usu forent apud Mediolanenses, investigabam ego olim Disquisitione in hoc idem argumentum a me edita Tom. 2. pag. 246. Anecdotorum meorum *.* Quumque Sanctorum Ambrosii & Augustini aeo, ipsis testantibus, nullo, praeter Antepaschale, Sabbato jejunaretur, statuebam ego, serius in Mediolanensem Ecclesiam Jejunia haec fuisse inventa. Immo quum nullum eorum vestigium neque apud Beroldum, de quo infra sermo erit, neque in MStis Ambrosianae Bibliothecae, aut editis Missalibus ante Sancti Caroli tempora deprehendissem, incertum scripsi, an antea observarentur. Praeterea omnium primus Sanctus Carolus haec in Missali apposuit ad Feriam V. Pentecostes: Feriâ IV. VI. & Sabbato sunt Tempora Pentecostes jejunanda. Dotissimo viro, meique amantissimo,

A Nicolao Rubino tunc Metropolitanae Basilicae Canonico Ordinario ac Theologo, visa fuit mea haec opinio aliquid detrahere notissimae Mediolanensis pietati ac religioni. Quare nihil non egit ille ut aliquod monumentum mihi offerret, quo evinceretur, ante Sanctum Carolum Mediolani observata fuisse hujusmodi Jejunia. Et revera geminos mihi, si bene memini, antiquos Missales manus exaratos exhibuit, in quibus annotabantur *tempora* quo in loco *Quatuor Tempora*. Ego rem tantum dubiam, minimeque compertam dixeram: neque in praesentia nego, quin magni momenti sint testes ii ad eam stabilendam, non tamen ad omnem dubitationem prorsus tollendam. Cur enim, si iis diebus Ecclesia Ambrosiana jejunium praecipiebat, nulla Missa, nullus ritus, nullae peculiares preces hosce dies poenitentiae deditos designabant? Immo ne ulla quidem mentio in tot aliis Missalibus, jejunii Quatuor Temporum siebat. Evidem novi & ego, pluris facientes in hanc rem duos Missales rem affirmantes, quam decem omnino silentes. Verum quis me certum facit, in aliquo Monasterio, aut rurali Ecclesia Missales ejusmodi non fuisse adhibitos, ubi Romano more Quatuor Temporum ratio haberetur, quum in reliquis Ecclesiis Ambrosianis nullum foret iis diebus jejunandi praecepsum? Quae quum dico, in mentem mihi recurrat vetustissimus Missalis Ambrosianus MStus, in Ambrosiana Bibliotheca adservatus, ubi ad Feriam IV. post Dominicam Quintagesimae adnotatur: *Oratio super Populum his verbis: Concede nobis Domine..... militiae Christianae inchoare jejuniis, ut contra spiritales nequitias pugnatur continetiae muniamur auxiliis.*

* In hac praesenti Edit. T. XI. P. I. pag. 276. &c.

auxilis. Sequitur Oratio super S. Iohannem. Praeclara Domine fidelibus tuis, ut jejuniorum uestrorum gloriam & congrua pietate insipiat. Et secunda de ratione percurritur. In Praefatione haec habentur: Qui corporali jejuniorum virtutis conprivis, mecum elevas, virtutem largiris & praeemia, per Christum &c. Sequitur Missa Feriae V. infra Quinquagesimam. Tum Missa Feriae VI. ubi Oratio super Populum hisce verbis concepta est: Inchoata jejunia quæsumus, Domine, benigno favore prosequere &c. Haec, si bene intelligo, evincere viderentur, ad imitationem Romanae Ecclesiae tunc Ferian IV. post Dominicam Quinquagesimæ fuisse exordium jejunii Quadragesimalis apud Mediolanenses: quod tamen affirmare non audeat, quisquis tot alias Missales consulat, & antiquam Ambrosianæ Ecclesiae consuetudinem rite perpendat. In aliqua peculiari Ecclesia Mediolanensis Dioecesis id fæustum fuerit, non vero in reliquis. Quamobrem, quod est etiam ad Quatuor Temporum institutionem accuratori adhuc investigatione utendum puto.

Celebres itidem Ambrosianæ Ecclesiae ritus ii memorandi sunt, videlicet; Sanctorum Natales, si die Dominico recurrent, transferri: quod nunc Romano ritu sacra facientes tantummodo observant, si Natalis sit semiduplex, aut si diebus Dominicis Quadragesimæ atque Adventus occurrat. Nullum quoque Sanctorum Festum Ambrosiana Missa celebrat per totam Quadragesimam. Ad haec nullis Sextis Quadragesimæ Feriis Missam Ambrosiani celebrant, neque praesanctificata adhibent, uti mos est apud Graecos, & sacro die Parasches fieri consuevit apud Romanos. Praeterea in maximo Metropolitano

Mediolanensium Templo perdurat adhuc, quae olim Scholi Sandi Ambrosii appellabatur, egregium sane remotae antiquitatis pignus ac vestigium ad haec usque tempora servatum. Nimirum alit eadem Ecclesia decem senes laicos (*Vestitioni nunc appellantur*) totidemque anus: quorum munus est quibusdam solemnibus sacris interesse. Honesto ac antiquo vestium genere utuntur, & quum tempus Offertorii poscit. ex iis duo mares, sanonibus, hoc est mappis candidis apte involuti, accedunt ad gradus Presbyterii (Baroldus tamen auctor est, eos intrasse Chorum), & dexterâ Oblatas, sinistrâ Amulas cum vino tenent, quae Sacerdos illuc ab Altari una cum Ministris descendens, & duo argentea vasa deaurata deferens, suscipit. Idem subinde peragunt & feminæ duae anili aetate venerandæ. Notissimum est eruditio Ecclesiasticae cultoribus, olim consueuisse Populum offerre Sacerdoti in synaxi panem & vinum, deinde sacranda. Totius autem Populi nomine eadem nunc offeruntur per Scholam Sancti Ambrosii. Quod & testatur Landulphus senior Historicus Mediolanensis Tom. IV. Rer. Ital. pag. 93. de hisce scribens: Panem & vinum pro Populo universo quotidie offerentes. In publicis quoque Supplicationibus una cum Clerico eadem Schola Sancti Ambrosii procedit. His adde commemorari in Ordine Romano antiquam Clericorum oblationem ad Altare. Hanc Ambrosiani adhuc in Templo Metropolitano servant, & ad quaedam sacra solemnia Clerus ejusdem Ecclesiae consuevit illam per ordinem deferre. & conferre in capsulam super Altare collocatam. *Veglionum & Vegloniellarum*, hoc est Senum & Anuum, aliorumque Ordinum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiae,

clesiae, mentio est in duabus Char-

A descripti e Codice MSto Francisci
tis nondum editis, quas Mediolani | Castelli, atque hoc inferendas censui.

Donatio Milonis Taurinensis Episcopi & Archipresbyteri Metropolitanae Mediolanensis Basilicae, facta Capitulo Canonorum ejusdem Basilicae pro Anniverario suo, Anno 1.86.

IN nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Centesimo Octagesimo Sexto, quintodecimo die mensis Julii, Indictione Quarta, Capitulo Ordinariorum Mediolanensis Ecclesiae. Ego in Dei nomine Milo Turinensis Episcopus, & Mediolanensis Ecclesiae Archipresbyter, qui dico de Cardano, consensu & voluntate Domini Urbani Papae, & Mediolanensis Archiepiscopi, sicut per ejus Literas bullatas a me vi-sas apparebat, nec non & praesente & consentiente Heriprando Judice & Advocato ipsorum Ordinariorum, & Domino Petro Buxoro Archipresbytero de Monte, & Magistro Philippo, atque Guiscardo Vicecomite, & Albrico de Surrexina, & Hugone de Orano Sacerdotibus, atque Ottone Vicedomino, qui dicitur de Curte, & Oldone Crivello Diaconibus, ac Magistro Faxato, qui dicitur Menclotius, & Uberto Lento, & Alberto item Menclotio Subdiaconibus ipsius Capituli. Dono praesenti die & horâ inter vivos, nominative omnes illas Possessiones, quas habeo, & mihi pertinent in locis & fondis Eossadotto, Paninsacco, & in eorum territoriis, ac in circumstantibus locis, tam in Castro, quam in Villis, & in finibus; quas emi a Maineriis pretio Librarum Septingentiarum septuaginta novae Monetae Mediolani. Scilicet Casas, Sedimenta, ac Molendinorum sedes cum aedificiis eorum, & ceteras territorias res cum omni honore & districtu, & conditionibus, comandasiri, amiseribus, & Ecclesiarum Advocatiis, punctioni-

B bus, & jure Vallorum, & omni alio jure & n. Quo tenore ut amodo in artea sint iisse Possessiones omnes ipsius Capituli; ita tamen ut praesenti numero Ordinariorum addatur unus Ordinarius Praebentarius, qui ipsis res habeat, & teneat, & faciat omni tempore Anniversarium meum ex fructibus ipsarum Possessionum cum Domino Archiepiscopo, & cum ipso Capitulo, atque cum Communantia Sacerdotum Mediolanensium. Dando Domino Archiepiscopo, si interfuerit, Solidos quinque, & Hebdomadariis Denarios quinquaginta duo, Sacerdotibus & Diaconibus Capituli Ordinariorum Denarios sex unoquoque, Subdiaconibus & quatuor Notariis Denarios quatuor unoquoque, Lectoribus Denarios quatuordecim, Custodibus Denarios sedecim, Veglonibus & Veglinis Denarios viginti, inter Crucem & Incensum Denarios duos, Pueris Magistri Scholarum Denarios duos, pro pane & vino maljanis solidos duos. Et praefati Denarii omnes dentur singulis annis praesatis personis in jam dicto Anniversario meo, tam si non intererint, quin si intererint, exceptâ supra scriptâ benedictione Domini Archiepiscopi. Ceteris verò Presbyteris, qui intersint, dentur Denarii duo pro unoquoque, & qui non intererint, nihil habeant. Cetera verò judicata & ordinamenta, quae ego, qui supra, Milo feceram super jam dictis facultatibus meis, cassò & infringò, quia sic drevit mea bona voluntas.

445 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA: 446

Aclam in domo ipsorum Ordinariorum pro remedio & mercede animae meae.

Ego Ariprandus, qui dico Judex, & suprascriptorum Ordinariorum Advocatus consensi ut supra, & subscripsi.

Interfuerunt Guilielmus, qui dicitur Burrus, & Anricus Advocatus de Turino, ac Bottus de Massenago, & Putorius de Sancto Calocero, atque Petrus de Subiate, testes.

Ibique incontinenti investivit ipse Dominus Milo Episcopus praefatos Dominum Archipresbyterum, & Ottonem Vicedominum, atque Magistrum Faxatum nomine ipsius Capituli de praefatis Pos-

A sessionibus omnibus, qualiter superius legitur.

Ego Gualdericus Palliarius Notarius sacri Palatii tradidi & subscripsi.

Ego Rogerius, qui dico Palliarius Notarius sacri Palatii scripsi.

Ego Petrus de Veriano, Notarius sacri Palatii, authenticum hujus exempli vidi, & legi, & sic in eo continetur, ut in isto legitur exemplo, extra literas plus, minusve.

Ego Manfredus, qui dico de Brio, Imperialis Aulae Notarius, authenticum hujus exempli &c.

Anselmi de Rhaude Canonici Ordinarii in Metropolitana Mediolanense Basilica donatio, ut ibi quotannis celebretur festus dies Inventionis Sanctae Crucis. Anno 1179.

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Septuagesimo Nono, mense Augussti, Indictione Duodecima. Ego in Dei nomine Anselmus, qui dico de Rhaude, Clericus, & Ordinarius Sacrosanctæ Matris Ecclesiae Beatæ Mariae Hyemalis, festivitati Inventionis Sanctæ Crucis, quam ex meis bonis, sicut in alia Charta legitur, in eadem Ecclesia Sanctæ Mariae omni anno in perpetuum fieri ordinavi, quoniam ipsa Festivitas minus continens mihi videbatur ex filio, quod nuper enim a Presbytero Zuffo Canonico Sanctæ Thelæ in Burgo Carate, & est Solidorum quadraginta novae Monetae, omni anno hoc additamentum facio. In primis volo, ut Dominus Archiepiscopus, qui nunc est, vel pro tempore erit, in eadem Ecclesia interfit ipsi Festivitati omni anno, & habeat Solidos quatuor, & Notarius, qui portabit Crucem suam, Denarios quatuor; & Archipresbyter ipsius Ecclesiae similiter interfit, & habeat Denarios octo, &

CArchidiaconus item & habeat Denarios octo; & reliqui Ordinarii, qui sunt octo inter Presbyteros & Diaconos, habeant Denarios sex pro unoquoque. Subdiaconi, qui sunt quinque, habeant Denarios quatuor pro unoquoque. Notarii duo, quos volo interesse ipsi Festivitati, scilicet unum pro causâ legendi, & alterum causâ canendi, habeant Denarios quatuor pro unoquoque. Item de Seldis viginti & octo, qui abundant praefato additamento ex suprascripto dicto Soldorum quadraginta, volo & ordino, ut Annale unum fiat omni anno in eadem Ecclesia Sanctæ Mariae in die obitus mei, qui supra Anselmi, pro animabus omnium Desuntorum hoc modo. In primis volo & ordino, ut Dominus Archiepiscopus qui nunc est, vel pro tempore fuerit, interfit, & habeat soldos quatuor: & Notarius, qui portabit Crucem ejus, Denarios quatuor: & Septimanarii habeant Soldos quatuor & Denarios quatuor: & Pieri habeant Denarios duos pro pane & vino:

vino. Archipresbyter, & Archidiaconus ipsius Ecclesiae, qui nunc sunt, vel pro tempore erunt in eadem Ecclesia, similiter intersint, & habeant Denarios oþo pro unoquoque. Alii oþo Presbyteri & Diaconi habeant Denarios sex pro unoquoque. Subdiaconi, qui sunt quinque, habeant Denarios quatuor pro unoquoque. Notarii, qui sunt duo, habeant item Denarios quatuor pro unoquoque. Lectores quatuordeim habeant singulos Denarios. Custodes sedecim habeant item singulos Denarios. Veglones, Vegloneissae Denarios decem inter omnes. Canonica Decumanorum habeat Solidos duos. Canonica Sanctae Theclae habeat item Solidos duos. Presbyter Sancti Michaëlis habeat Denarios duos. Presbyter Sancti Johannis ad Fontes habeat similiter Denarios duos. Solidi tres & dimidium, qui supersunt, sunt Primitiorum Lectorum ipsius Ecclesiae, qui nunc est, vel pro tempore erit; ita ut ipsum fidum exigat, & suprascriptum Annuale exerceat, & praedictos Denarios, qualiter leguntur, distribuat: & det Pastum unum Massario omni anno, si ipsum voluerit tempore statuto, sicut legitur in Charta emptionis illius fidi, in qua continetur: „Si fidum non erit solutum omni anno, tempore statuto, quod ipsa summa Pastum non debeat dari. „Quia sic decrevit mea bona voluntas.

Aclam in sacrosancta Civitate Mediolani pro remedio & mercede animae meae. Et inde duae Chartae sub eodem tenore scriptae sunt.

Ego Algirus Mediolanensis Archiepiscopus subscripsi.

Ego Anselmus indignus Diaconus a me factus subscripsi.

Intervenerunt Otto, qui dicitur de Dervi, Magister Rolandus, Johannes Bastardus, Marchinus Garzonius, Gerardus Porencoini, Bonabillus de Va-

Axante, ac Presbyter Cixendile, Arrius de Intervinea, atque Anselmus Ostiarius, testes.

Ego Gualdricus Palliarius, Notarius sacri Palatii tradidi & subscripti.

Ego Rogerius, qui dicor Palliarius, Notarius sacri Palatii scripti.

Addo, quae de ipsis Vegloneis & Vegloneis olim excerptam e MS. Codice Bibliothecæ Ambrosianæ, inscripto: Status Ecclesiae Metropolitanæ &c. Ita ibi adnotatum: Veglonei apparent in Ecclesia & Processionibus cum eorum cottis, & Sacerdotibus birettis & vestibus. Mulieres etiam viduali habitu, & velatae, in solemnibus Missarum offerunt Sacerdoti celebranti pavem & vivum ad instar Melchisedech. Sed mulieres numquam intrant Chorum; immo Sacerdos celebrans venit usque ad portam Chori, ibique eorum oblationes recipit. Et vulgariter appellatur Schola Sancti Ambrosii. Et quotiescumque sunt aliquae Processiones, eis interveniunt cum particulari vexillo suae Crucis. Prior vero horum desert Pluviale temporibus debitum, & Flagellum Sancti Ambrosii. Temporibus Litaniarum & Processionum cantant & ipsi Kyrie eleison alternatis cum aliis Sacerdotibus Chori. Neque omittendum. Praefationes oculares ab Ecclesia Ambrosiana adhiberi ad singulas Missas sive de Christo, & beata Virgine, & Sanctis, sive diebus quibusque Dominicis. Paucis nunc utitur Romanus Ritus; sed & ille multas olim prescribebat, ut constat ex antiquissimo Ordine Romano, quem edidit pize memoriae doctissimus Cardinalis Thomasius. ut alia exempla omittam. Lectorem quoque monitum volo, adservari in Ambrosiana Bibliotheca MStum Codicem Graecum, complectentem Homilias

449 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA. 450

milia jam editas in Evangelia Theophanis Ceramitae. Membranae quidem Graecum nunc exhibent textum; verum sub Graecis literis evidentissime elucet, in iis ante aliquot Secula scriptum prius fuisse Missalem Librum Romani Ritus: quae scriptura aut vetustate temporis excidit, aut dedita operâ a Graeco amanuense delecta est. Adhuc tamen legi illic possunt non plurima solum elementa, sed & integrae Orationes, Epistolae, ac Evangelia. Inter cetera ego animadvertis, ad singulas fere Missas haberi Praefationes proprias, & postremam Missae Orationem appellari super Populum. Adeat Lector, si plura cupit, Liturgica piissimi Cardinalis Bonae. Sed quum mihi nequam sumserim, in singulos Ambrosianae Ecclesiae Ritus inquirere a Romano diversos, hoc unum tandem adjiciam, Psalterium nempe Ambrosianum in non paucis a Romano discrepare tum verbis, tum sensibus, tum versiculorum ordine; neque tamen omnino concordare cum ea versione, quae Sancto Ambrosio in usu fuit. In reliquis Scripturæ Sacrae Libris parum aut nihil a Vulgata discidunt Ambrosiani.

Corollarium autem non parvi, ut mihi videtur, faciendum, adnebtere heic statui, nempe Opuscula quedam Beroldi Mediolanensis antiquissimi Scriptoris, qui Ambrosianae Ecclesiae ritus olim describebat. Manu exarata ejus Opera Mediolani adservantur in Bibliotheca Metropolitanæ Capituli Canonorum, duosque ibi Codices. alterum altero luculentiorum aspexi. Habet & Ambrosiana Bibliotheca Beroldini Operis apographum. Quo tempore floruerit, quodve munus in maxima aede sacra Mediolani gesserit Beroldus, jam ani-

A madverterat Johannes Petrus Puricellius, acutissimus Mediolanensis antiquitatum illustrator, in Libro de Sanctis Martyribus Nazario & Celso. Ille tamen nihil aliud prodidit, quam quod Beroldus ipse de se obiter adnotarat, & quod infra Lector per semetipsum colligere poterit. Is nempe scribit, varia esse in Ecclesia Mediolanensi vasa ac ministrations, De quibus, Deo opitulante, ego Beroldus Custos & Cicerularius ejusdem Ecclesiae quidquid vidi &c. huic nostro Libello tradere disposui. Munus ergo Beroldi fuit luminaria Templi curare, & candelas sub sua custodia habere, quo vocabulo significabantur Lampades, Lychni, Candelabra, aliaque ejusmodi vasa ad lucem ferendam in aede sacra destinata. Subdit Beroldus haec, de Hebdomadariis loquens: Sed Nuper in tempore Domini O'rici Archiepiscopi, Subdiaconi cum Custodibus convenerunt, ut quatuor Custodes Hebdomadarii suscipiant in omni cadavere (hoc est pro quolibet Defunctorum) denarios &c. Puricellius post Calchum, Signum, & alios, statuit Olricum Archiepiscopum vivendi finem fecisse Anno 1123 ac proinde aut eodem Anno, aut altero subsequente Beroldum haec literis consignasse, adverbio *Nuper* hoc idem suadente. Verum invictis argumentis evicit Joseph Antonius Saxius, Ambrosianae Bibliothecæ Praefectus V. Cl. in notis ad Landulphi Junioris Historiam Tom. V. Rer. Italicar. pag. 507. Olrici mortem contigisse die XXVIII. Maji Anno MCXXVI. Quamobrem paucis post ejus obitum mensibus, aut in sequenti Anno haec Beroldus literis consignavit. O currebant autem in MSto Codice Metropolitanæ Bibliothecæ: Primo. Cognitio Aurei Numeri, Lunarum, una cum

Etimologiis Singulorum Mensium &c. ubi haec animadverti: Si vis invenire argumentum per quod possis probare, quot anni sunt a Nativitate Domini, extende ordines Indictionum, qui sunt Modò LXXIII. adjunge I. nam Indicio non nisi ad XV. annos crescit. Computatio haec reddit Annum 1096. quo haec scripta fuere, & fortassis ab ipso Beroldo, qui paucos post annos reliqua scripsit. Sequitur Kalendarium antiquum. Tum Opusculum Quomodo dividuntur denarii in praedicta Ecclesia: quod ego descripsi, quippe non inutile visum ad dignoscendos ejus Saeculi mores, & Festivitates tunc in Ecclesia Mediolanensi celebratas, ac propterea infra adnecessam. Subinde in eodem Codice legitur Ordo & Ceremoniae praeditae Mediolanensis Ecclesiae per totum annum. Excerpta ex iis habebit infra Lector; neque enim omnia sumsi, veritus ne toedio legenti minuta nimis rudera forent. Subsequuntur haec in eodem Codice: *De Situ Civitatis Mediolani. De Adventu Barnabae & Anathalonis, & Vita eorum:* quae duo Opuscula jam evulgavi Part. II. Tom. I. Rer. Italicarum. Ad haec ibi habetur enarratio de Recuperatione Officii Ambrosiani facta a beato Confessore Eugenio. Apud Boninum Mombritium haec reperias; aliqua etiam supra in hanc rem egomet innui. Tum *Expositio Matutini Officii facta a Theodoro Archiepiscopo.* Sed quum Theodorus (ut de Secundo hujus nominis tantum loquar) ad Archiepiscopalem

A Cathedram Mediolani conscenderit circiter Annum vulgaris Aerae 735. atque in hoc Opusculo *Analarium* viderim non semel memoratum, qui circiter Annum 825. Librum de Divinis Officiis concinnabat, nemo non videt, Opusculo illi falso praepositum fuisse Theodori Archiepiscopi nomen. Illud autem ego descriperam; sed quod nihil denique illud exhibeat, quam Commentariolum exscutum, & ex Allegoriis & explicationibus toedium facile paritulis constantem, suis servatum tenebris volui. Alia id genus parvi facienda in eodem Codice occurrabant, uti *Expositio Missae Ambrosianaæ: Expositio Symboli: Quomodo Scrutinia agantur more Ambrosiano, ces Catechumeni exorcizantur &c.* Itaque jam habeat Lector, quae omnium maxime e luctuationibus Beroldi excerpta duxi; digna profectio, quae ad reliquas Ecclesiae Catholicae Liturgias accedant. In fine Opusculi, cui titulus *Expositio Exceptati*, haec ille scribebat: *Nomen vero Auctoris hujus Operis scire cupiens, computa capitales literas per ordinem Feriarum incipiendo a B Capituli primi, usque in finem, & nomen perfectum habebis.* Computatis ergo initialibus literis Capitulorum, inde exsurgit *BEROLDVS*. Quem morem designandi nomen suum per Acrosticon antiquissimis Seculis, sed illo potissimum, familiarem fuisse, jam innui in Praefatione ad Donizonis Carmen Tom. V. Rerum Italicarum.

BEROLDI MEDOLANENSIS

ORDO ET CEREMONIAE

ECCLESIAE AMBROSIANAЕ MEDOLANENSIS.

Circiter Annum 1130.

IN Ecclesia Mediolanensi diversa vasa, diversaeque ministrations adesse noscuntur, omnes Deo dicatae & ad officium Ecclesiae necessariae. De quibus Deo opitulante ego Beroldus Custos & Cicendelarius ejusdem Ecclesiae, quicquid vidi & audivi & scriptum reperi, huic nostro Libello tradere disposui.

In primis sunt Sacerdotes Cardinales, quorum prior Archipresbyter cum ferula sua, & primatu suo praesertim in Choro. Deinde septem Diaconi Cardinales subsequuntur: prior tamen Archidiaconus cum ferula sua, & primatu suo, Archipresbytero conjugitur. Tertio gradu Subdiaconi cum Primicerio suo ordinantur in Choro. Quarto loco ponitur Primicerius Presbyterorum non minor ceteris dignitate, sed minor loco; quia licet ut taceamus de spiritualibus, quibus vice Archiepiscopi poenitentes solvit & ligat, non minus tamen in carnalibus ceteris majoribus possidere videtur, quia quotiescumque omnis Chorus, exceptis Veglōnibus, cum Archiepiscopo comedit, iste semper particeps refectionis est: & si contigerit, quod pretium aut denarii dentur pro pastu, similiter partem suam recipit, quantum Presbyter Cardinalis. Deinde Ordo Notariorum subsequitur cum suo Primicerio, ut supradicti eleganter. Deinceps autem Primicerius sexdecim Lectorum, &

A Magister cum supradictis adscribitur. Prior tamen numero illorum sexdecim Secundicerius, idest Vicarius Primicerii, & quatuor post hunc sequentes Clavicularii dicuntur. Residui verò undecim Terminarii appellantur. Post hunc quatuor Magistri Scholaram decenter adhibentur supradictis. De cetero verò sexdecim Custodes adnotantur sub Cimiliarcha suo praescripti, quorum octo majores, & octo minores sunt, ita tamen quod quatuor majores vocantur Cicindelarii, & quatuor Ostiarii, & hi octo majores jacent in Secretario ad custodiendum Thesaurum Ecclesiae, sed tamen bini per ebdomadam, unus Cicendelarius, & alter Ostiarius. Ebdomadarius Subdiaconus semper jacet in Secretario, & dat vinum & fruges per totius anni circulum Custodibus ebdomadariis, & ligna per totam hyemem ad faciendum ignem ibidem, quia ipsi vestiunt eum tantum amictu & albâ, quum necessarium est. Sed naper in tempore Domini Otrici Archiepiscopi, Subdiaconi cum Custodibus convenerunt, ut quatuor Custodes Ebdomadarii suscipiant in omni cadavere denarios, qui dantur Subdiaconis super benedictione in loco vini & frugum & ligni in hyeme. Super hos denarios Subdiaconus Ebdomadarius omni die Dominico dare debet quatuor denarios Custodibus Ebdomadariis. Et per hunc conventum

ventum Custodes debent eos induere in Missa, vel in Vesperis, aut in Matutinis, quoties opus fuerit. Et si tempus pluviae fuerit, iidem Custodes portabunt vestes usque ad Festum: sin autem, Subdiaconi portabunt Camisium indutum tantum. Archipresbyter, & Archidiaconus, & omnes Primicerii cum quatuor Magistris Scholarum habent singulas ferulas in Choro. Postremo subsequitur Ordo viginti Vetulorum cum ferula sua, quorum decem masculi, & decem feminae similiter sub Cimiliarca adnotati.

In fine verò subponitur Laicalis Ferula, videlicet Vicecomitis, qui in Natale Domini, & secunda Feria, & tertia Feria post Resurrectionem praecedit Archiepiscopum, parando sibi viam servitoribus suis, praecedentibus eum cum flagellis ligneis & scissis. Itaque Archipresbyter aut Archidiaconus, vel alii Presbyteri, aut Diaconi Cardinales in hora Matutinali praecipit, ut Matutinum sonetur, & major duorum illorum, qui jacent in Tribunali, unus sonat Matutinum, idest major, & alter custodit Chorum, & in Matutinis orationem porrigit tantum, si Archiepiscopus defuerit. Et ii duo praedicti custodiunt Chorum, quando officia celebrantur, ne Laici intrent. Et si forte aliquis vult offerre candelas, aut hujusmodi, vadunt obviam ei usque ad introitum Chori, & sumunt candelas, & portant ante altare. Et Cicendelarius accedit Cicendelos, qui sunt in Choro majori, in quibus Archiepiscopus oleum impendit, & Ostiarius aperit Ecclesiam & idem Ostiarius vadit ad sonandum secundam & tertiam in Campanile. Sed sciendum, quotiescumque Archiepiscopus venerit ad Matutinum,

A venit cum suis candelabris & cereis accensis, Capellanis suis eos ferentibus, & ponentibus ante altare, dimittentes eosdem, usquedum Matutinum perficiatur, quos Notarii deferunt in Baptisteria, quibus etiam faciunt lumen Archiepiscopo, dum dicit Orationes. Super haec omnia notandum est, quia quidquid incensi fit in Choro majori, totum datur de Camera Archiepiscopi, & quidquid cereorum uritur, & ponitur in candelabris, totum tribuitur à Cimiliarca, exceptis illis de Sabbato Sancto, & illis, qui ponuntur in Cantariis in Paschalibus feriis, & illis, qui ponuntur in Cruce stante in tribunal ad Missam maiorem in solemnibus diebus, quos Archiepiscopus tribuit. Itaque si Archiepiscopus adfuerit, praecipit de secunda & tertia. Si verò defuerit, Presbyter Ebdomadarius praecipit de secunda, & Diaconus Ebdomadarius de tertia, & Custos minor, qui orationem porrigit, est praefeo in Choro ad pulsandam secundam & tertiam juxta tintinnabulum, & Cicendelarius Ebdomadarius ponit candelas ante altare, quantum sufficiet in Matutinis in secunda feria & tertia; & Ostiarius similiter in quarta Feria, & in quinta. Duo minores Custodes Ebdomadarii in sexta Feria, & septima Feria. In Dominico die omnes Ebdomadarii insimul, excepto Cicendelario. Et hoc in Ecclesia Hyemali per totum annum fit. Et notandum, quia si Archiepiscopus adfuerit, debet incipere Matutinum, & dicere: *Benedictus es Deus, & omnes orationes secretas, & manifestas, & dare benedictionem legentibus Lectionem.* Si verò defuerit, Archipresbyter facit idem. Sed inchopto *Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum,* Cicen-

Cicendelarius Ebdomadarius porrigit duos cereos sumtos de Camera Archiepiscopi rotulario ejus, & unam candelam accensam, & ille dat Episcopo cereos, ut accendat illos subtrus tenente candelam accensam, praedito Cicendelario tenente papyrum. Tunc statim Archidiaconus sumit cereos de manu Archiepiscopi, & superdictus Cicendelarius suscipit eos de manibus Archidiaconi, & ponit eos ante altare, & hoc in Natale Domini, & in Epiphania.

In omnibus diebus Festis vel solemnitatibus, in quibus Ordinarii comedunt in domo cum Archiepiscopo, quando incipitur *Benedictus es, Domine, Deus Patrum nostrorum*, tunc Primicerius Lectorum ex praecerto Archiepiscopi, vel sui Legati invitat eos, qui comesuri sunt cum Archiepiscopo, dicendo: *Reficite cum Domino*. Et Septimanarius Diaconus incipit Responsorium post Hymnum, exceptis quinque solemnitatibus, idest Natale Domini, Epiphania, & Resurrectio Domini, & Pentecosten, & Dedicatio Ecclesiae. Et in his praecipue solemnitatibus debet Archiepiscopus incipere *Benedictus es, Domine, Deus Patrum nostrorum*, & Archidiaconus post Hymnum. Insuper etiam notandum, quia Archipresbyter debet stare à parte Diaconorum super Archidiaconum usque ad initium Lectionum, si Archiepiscopus defuerit. Si vero adfuerit, stabit à parte Presbyterorum super Presbyters, & Diaconi debent imponere antiphonas vicissim usque ad lectiones stando ad stadium. Et Primicerius Lectorum semper pronunciat Diaconibus Responsorium post hymnum & antiphonas, & psallendas, & responforium in Baptisteriis. Et si necesse fuerit, submissa voce percinit. Quo-

A tiescumque etiam Diaconus incipit Antiphonam in Psalmis vel in Canticis, praedictas Primicerius intonat eam cum Psalmo, semper incipiendo, sequentibus eum, qui ex sua parte Chori sunt. Et finito Psalmo semper dicit *Kyrie ter*. Et Primicerius Notariorum in psallendis similiter facit, incipiendo & intonando cum *Gloria* sua. Quia sicut rector navis regit & gubernat navem, ne pereat, sic Primicerius Lectorum regit Chorum, ne in aliquo dilabatur, vel desfluat. In ferialibus diebus & Notariis & Subdiaconus terminant Lectiones, quando legunt, & Officiarius Ebdomadarius semper cooperit Lectorum pannis sumtis de Camera Archiepiscopi, quia duo dantur in Pascha, & duo in Natale Domini. Et hoc fit tantum in Dominicis diebus & in praecipuis solemnitatibus vel festivitatibus. Sed Cicendelarius Ebdomadarius per totum anni circulum semper dat candelas in Lectionibus, quantum sufficit, quia proper has candelas dantur eis duodecim librae cerae ab Archiepiscopo, quae eodem modo dantur ab Ecclesia Sanctae Mariae, quae dicitur in Monte pro fieto Archiepiscopo.

A primo die Dominico Kalendorum Octubrium usque ad Ramos Palmarum cum Canticis cantatur *Dominus audivi, & Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum*, in tono magiori, & in Natale Domini usque ad Octavam, & in Epiphania similiter. Reliquo spatio Clamavi ad Dominum Deum, & *Benedictus es* in aestivali tono. In Septuagesima incipitur Eccliticum: hi sunt quinque Libri Mosis, Genesim, Exodi, Leviticum, Numeri, Deuteronomii. Sequitur Josue, idest Jesus Nave, & Ruth usque ad medium Quadragesimam. Deinde legitur

gitur Hieremias usque ad Sabbatum Olivae. Ab Octava Paschae legitur Actus Apostolorum, postea Apocalypsis, & septem Epistole Canonicae usque ad Octavam Pentecostes. Deinde legitur Liber Regum. Sequitur Paralipomenon, idest Liber generationum Adam, Seth, Enos, Cainan, & ceteri, usque ad primam Dominicam Augusti. Deinde legitur Salomon. Sunt Libri quatuor, Sapientia, Parabolae, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, usque ad primam Dominicam Septembris. Postea legitur Job, Tobias, Judith, Esther, Esdra, usque ad Dedicationem Ecclesiae. Deinde legitur Liber Machabaeorum. Deinde legitur Ezechiel. Sequitur Daniel, & minores Prophetae duodecim usque ad festivitatem Sancti Andreeae. Deinde legitur Esaias usque ad ebdomadam, in qua Homiliae legendae sunt ante Natale Domini. Ab Epiphania leguntur Epistole Pauli usque ad Septuagesimam. Et omnes hi Libri leguntur per totum annum, nisi quando leguntur Homiliae vel Sermones, & in tribus Festis, quando tres Passiones leguntur, videlicet in Festo Sanctorum Simonis & Judae, & Sanctae Caeciliae, & Sanctorum Grisanti, & Dariae. Magister autem Scholarum facit semper Puerum suum legere primam, quisque in sua ebdomada, excepto in Authentica, & in Resurrectione, & in secunda turma, & tertia de Natale Domini, & Epiphania, in qua Notarii legunt, & in secunda turma Parasceve, in qua minor Diaconus legit. Et Lector semper legit secundam, excepto in Authentica & in Resurrectione, & in Natale Domini, & in Epiphania, in secunda & tertia turma, in qua Notarii legunt, & in Parasceve, quando Presbyter minor legit. Et

A Notarius semper legit tertiam jussu Primicerii sui, excepto in Adventu, & in Natale Domini, & in Epiphania in secunda & tertia turma, & in Quadragesima, & in Resurrectione, in quibus Subdiaconi legunt. Similiter & in secunda turma Parasceve, in qua Archiepiscopus legit cum candela data pro ficto ab Ecclesia Sancti Victoris, quae dicitur Quadragesinta Martyrum, cum rubea planeta induitus, habens mythram in capite. Et Notarius semper canit primum Responsorium in Lectiones jussu Primicerii sui in diebus Dominicis, & in Quadragesima, & Festis; excepto in prima turma Natalis Domini, & Epiphaniae, & in Dominica de Coeco, & in quarta Feria & quinta Feria de Authentica, & sexta in prima turma, & in Dedicatione majoris Ecclesiae, in quibus Subdiaconi cantant. Et in secunda turma Parasceve, in qua canit Diaconus jussu Archidiaconi *Circumdederunt me;* & Lector semper canit Responsorium secundum inter Lectiones in Dominicis diebus & in Festis & in Quadragesima, excepto quando Magister Scholarum canit Responsorium *Cum faciant,* & in Parasceve, quando Presbyter canit jussu Archiepiscopi sui *Omnis amici mei,* quia puer Magistri Scholarum semper canit Responsoria in Ferialibus diebus inter Lectiones. Finitis Lectionibus, ultimus Diaconus a sede sua remotus, & in priorem locum veniens imponit Antiphonam in *Benedictus*, vel in *Canticō Deuteronomii*. Sabbato primo de Adventu Cicendelarius Ebdomadarius mittit duodecim phialas cum catenulis sumitis a Cimiliarca ante Chorum, & ponit vinum in eis usque ad summum. Similiter facit de Cicendelis, qui sunt in Chori corona, & i-

& idem facit in Sabbato de Carnavalis, mittendo aquam. Et ipsem et accedit omnes in Dominicis Quadragesimae tantum in Matutinis, & in aliis diebus Quadragesimae duos vicissim.

In Dominicis diebus de Adventu, & in Natale Domini, & in Octava, & in Epiphania septies canitur Antiphona ad Crucem hoc modo. Finito Cantico Deuteronomii Primicerius Lectorum factâ coronâ in corpore Ecclesiae, quasi in quarta parte ab introitu ejusdem, Ostiario Ebdomadario stante juxta illos cum Crucis argentea, & cum tribus candelis accensis, unâ illa in summo Crucis positâ. Sed & aliae duae Cruces sunt portatae ab Ostiariis observatoribus paululum praecedentes praedictam Crucem rectâ linea, omnes tamen separatae. Tunc Primicerius Lectorum cum suis incipit Antiphonam ad Crucem, cantataque semel Antiphonâ dicit *Kyrie* ter. & duae Cruces pernoventur paululum, & tercia Crux vadit in locum, ubi duae Cruces steterant. Tunc Lectors cantat iterum Antiphonam ex celsa voce, qua finita ter dicunt *Kyrie*. Post haec duae Crucis iterum pernoventur in illum locum, ut ante Archipresbyterum & Archidiaconom post descensionem illorum esse possint. Tertia autem Crux permovetur, ubi aliae duae steterunt. Itaque illis descendantibus, dum Lectors cantant Antiphonam, descendunt omnes Ordinarii absque Archiepiscopo usque ad medium Pulpiti, & ibi ordinantur ex una parte Presbyteri & Notarii, idest à Septemtrione. Alii similiter Diaconi & Subdiaconi ab Austro. Et Archiepiscopus vadit ad caput cancellorum Presbyterorum, Ebdomadario

A Diacono ducente eum, & sic cantant Antiphonam. Tunc Cicendelarius Ebdomadarius porrigit lampadem accensam Subdiacono Ebdomadario in Secretario, & praecedit eum usque ad phialas, & ille cum lampade accedit, eodem ostendente stupinos cum virga. Hoc factâ, statim sumit lampadem de manibus Subdiaconi, & portat in Secretarium, praecedens Subdiaconum per medium Chorum usque ad altare. Tunc Subdiaconus remanet post Altare, & Lectores veniunt in illum locum, ubi duae Cruces steterunt, & faciunt coronam, ut prius. Et duae Cruces vadunt usque ad introitum Chori, & tertia praecedit, ubi duae steterant, & Lectores canunt Antiphonas, & Ordinarii paululum ascendunt, & finitâ Antiphonâ à lectoribus, Ordinarii incipiunt eamdem. Tunc Primicerius Lectorum transit per medium illorum in Chorum majorem, & ibi ordinantur ad cancellos septemtrionales. Sed cantata Antiphonâ ab Ordinariis, sicut supra legitur, duae Cruces feruntur post Altare, ubi Subdiaconus, qui septimanam tenet, revestitus Altâ oculatâ excipit collectis cereis, & datis Ostiariis, reponuntur in loco suo. Et tertia Crux permovetur usque ad introitum Chori: cantata Antiphonâ per Ordinarios, Primicerius Lectorum incipit *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, & reierant eamdem Antiphonam. Illi finitâ dicit Primicerius Lectorum suis: *Pax vobis*. Et tertia Crux infertur post Altare. Tunc Subdiaconus sumit Candelam tertiae Crucis, scilicet illam, quae in summo est, & de ipsa accedit columnam ceream, super quam Cereus est, & duodecim Cereos, qui stant in tribunalis Ecclesiae. Inter ea Ar-

Archiepiscopus vadit ad stadium ductus per dextram à Diacono Ebdomadario, qui similiter duxerat eum ad caput cancellorum, excepto quando Archidiaconus cantat Responsorium post Hymnum, quia tunc dicit Archiepiscopum ad cancellos, & reducit tenendo ejus dexteram. Et Ordinarii ascendunt Chorum, qui est ab Austro, & ibi ordinantur secundum ordinem suum & dicunt: *Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen,* dicendo eamdem Antiphonam.

Nec praetereundum est, quia quando est Antiphona Crucis, incoepta tertia lectio Primitius Lectorum semper vadit cum Lectoribus de post sedentes Diaconos, exit ab ostio, quod est juxta Secretarium in hys malis Ecclesia. Ab aëstiva vero exit ab ostio septemtrionali, antecedente eos Ebdomadario Ostiario cum cruce argentea cum candela desuper accensa, & intrant per regias occidentales cantando semper psallendam secundam ejusdem diei, excepto in Natale Domini, quando cantant: *Hodie in Bethleem. Et in Epiphania in excelsis omnis creatura.* Et tunc Archiepiscopus vadit cum illo Archidiacono ducente tantum in his festis. Et quando sunt in loco, in quo incoeptrici sunt Antiphonam, ante Crucem dicit Archiepiscopus hanc Orationem in Natale Domini: *Insomnis, Domine. In Epiphania: Illumina, quae sumus, Domine, populum tuum.* Finita itaque tercia Ostiarius Ebdomadarius semper trahit Lectorium usque ad latus dexterum Altaris, ne Chorus impedit, & scabellum ejus similiter, excepto quando canitur Antiphona ad Crucem, quod idem Cuius, qui orationem porrigit, facit, & ultimus Diaconus semper im-

A ponit Antiphonam jubendo, vel in Canticō revertendo ad stadium, & Lectores praedicti stant in atrio Ecclesiae, donec finiatur Canticum. Eo cantato praedictus Primitius facta coronā cum suis in corpore Ecclesiae, quasi transducta pars Ecclesiae quarta ab introitu, Ostiario Ebdomadario stante ante illos cum Cruce argentea, & cum tribus candelis accensis, & unā illarum in summo Crucis positā. Sed aliae duae Cruces sunt portatae ab Ostiarii observatoriis paululum procedentes praedictam Crucem rectā lineā sed tamen omnes separatae. Tunc Primitius Lectorum incipit cum suis ante Crucem, cantatāque semel Antiphonā, dicunt ter *Kyrie*, & duae Cruces promoventur ad illum locum, ut ante Archipresbyterum & Archidiaconum post descensionem illorum esse possint. Tertia autem Crux promovetur, ubi duae steterant. Item illis cantantibus eamdem Antiphonam descendunt omnes absque Archiepiscopo ad medium Pulpiti, & ibi ordinantur ex una parte Presbyteri & Notarii ad Septemtrionem, alii scilicet Diaconi & Subdiaconi ab Austro, & Archiepiscopus vadit ad caput Cancellorum Presbyterorum, Septimanario Diacono ducente eum per dexteram, exceptis quinque Festivitatibus supradictis, in quibus Archidiaconus canit Responsorium post Hymnum, & dicit per dexteram eundem Archiepiscopum, & canitur secundo à Lectoribus Antiphona. Tertia Crux procedit usque ad illum locum, ubi duae steterant ante, illae autem transeunt ad introitum Chori. Tunc ordinati Sacerdotes & Levitae & Subdiaconi & Notarii cantant eamdem Antiphonam, & Primitius Lectorum transit cum suis per medium

dium illorum ad pedes diurni gradus, & facit Corum, ut prius. Cantat autem Antiphonā per Ordinarios, tertia Crux promovetur ad introitum Chori, ubi duae ante steterant. Illae autem feruntur post Altare, ubi Subdiaconus, qui septimanam tenet, reveritus Albā oculata excepit, collectis cereis & datis Ostiariis, reponuntur in loco suo. Tunc Lectoribus denuo cantantibus eamdem Antiphonam Ordinarii ascendunt Chorum. Finita Antiphonā dicit Primicerius Lectoribus suis: *Pax vobis*, illisque respondentibus *Amen*, tertia Crux infertur post Altare. Tunc Subdiaconus sumit candelam tertiae Crucis, scilicet de illa, quae in summo est, accendit ceream columnam, super quam est Cereus, & duodecim cereos, qui stant in tribunali Ecclesiae. Et tercia Crux fertur in Secretarium, & inter duas alias collocatur. Interea *Gloria diuina* per Ordinarios, dicunt eamdem Antiphonam. Finita autem Antiphonā Primicerius Lectorum ter dicit cum suis *Kyrie*. Archipresbyter vero, aut Archiepiscopus semper dicit primam Orationem secretam, & voce elata una cum *Spiritu Sancto in secula seculorum*. Deinde Archidiaconus semper imponit Antiphonam in *Cantamus*, aut in *Benedicite*, aut in *Miserere mei Deus*, ad cornu Altaris. Si sunt duae Orationes secretae, aliis Sacerdos subsequitur, aut Archiepiscopus. Deinde alii Diaconi, sicut sunt in ordine, ita imponunt Antiphonam, & cantato Hymno trium puerorum, dicitur *Oratio*, quia Sacerdos Ebdomadarius semper dicit Orationem in *Benedic tus*, & in *Miserere mei Deus*, parato sibi rotulo per minorem Custodem, qui jacet in tribunali, cum candela accensa data ab

A Ostiario Ebdomadario. Si verò Archiepiscopus adfuerit, paratus rotulus per rotularium suum, uno Subdiacono tenente cereum ab uno latere, Notario ab altero, & mox imposita Antiphonā in *Laudate*, Subdiaconus Ebdomadarius reveritus fert thuribulum accensum datum ab Ebdomadario Cicendelario ante Archiepiscopum & incensam. Tunc ipse Pontifex missa thure ab eo adolet super Altare, & ante Altare, & porrigit Diacono, qui imponit Antiphonam in *Laudate*. Quod si defuerit Pontifex, idem dat Diacono, qui Antiphonam imposuit, & ipse adolet circa Altare tantum, quia fasi non est adolere supra. Et ipsem vadit per circuitum Chori, incensum tribuendo ibidem adstantibus. Deinde reddit uni minorum duorum Custodum Ebdomadariorum, qui per singulas Ecclesiae partes omnibus fert odorem. Cantato *Laudate Dominum de coelis*, Pontifex aut Presbyter observator salutat, & imponit Psalmum directum, postea *Gloria in Excelsis Deo*. Deinde dicit *Gloria & honor Deo*. Post haec incipit Hymnum. Deinde venit Subdiaconus de Secretario reveritus cum candelabris accessis datis per manus Ebdomadarii Cicendelarii, praecedente eum uno Custode duorum minorum Ebdomadariorum in Dominicis & in festivis diebus. Et ponit ea ante Altare & discedit. Finito itaque Hymno dicitur *Kyrie*, duodecim vicibus. Et Presbyter salutat.

B

C

D

E

In Feriis vero, quibus Festum non habetur, excepto in Albis in Paschalibus, minor Lectorum semper canit Responsum gradale post *Kyrie*, praeter in Quatagesima, quando canitur, sicut infra legitur. In Dominicis vero diebus ac festis, post

duodecim *Kyrie*, Diaconus post salutationem Pontificis, aut Presbyteri Observatoris, imponit Antiphonam, & Primicerius Lectorum sumit eam sequentibus suis, & vicissim cantant eum Notariis usque in Baptisterio. Et duo Observatores Subdiaconi ferrunt Cerostantes ante Pontificem, seu Presbyteros, & Presbyter Observator complet Matutinum in majori Choro cum Observatore Diacono. In Baptisterio vero complet Presbyter & Diaconus Ebdomadario. In ferialibus autem diebus, in quibus festum non est, Septimanarius Diaconus semper canit Responsorium in Baptisterio, & imponit Antiphonam cum quatuor versibus. Et in quarta Feria, & in sexta Feria complet Psalmum cum extremo versu post *Glorianam*. Quum vero ab aestiva Ecclesia processio sit in hyemalem in Vesperis vel in Matutinis dicitur ter *Kyrie*, statim quum intraverit Ecclesiam per Primicerium Notariorum cum suis, & Primicerius Lectorum similiter cum suis. Et item incipiunt eamdem Antiphonam, vel Psallendam, Primicerius tamen Lectorum in primis, & vadunt ante Altare Majus, & ibi complent privatim, deinde in Baptisterio. Quotiescumque Ordinarii faciunt Officium in Ecclesia aestiva, minor Custodum semper debet portare pannum super Altare, & rofulum, & Cicendelarius Ebdomadarius similiter portat ignem in praedictam Ecclesiam. Sed minor Custos supradictus in diebus festis & in Dominicis ad Matutinum portat Albam. & Collectarrium, excepto in Paschalibus Dominicis, in quibus portat rofulum. Finito vero Matutino tantum Cicendelarius reportat semper in Ecclesia hyemali pannum Altaris, & consi-

Agnat Rotulario Ebdomadario. Ideo consignat Cicendelarius Ebdomadarius pannum Altaris Rotulario Ebdomadario in Ecclesia hyemali, quia impeditus est de Libro, quem dat Presbytero in Baptisterio, & de lumine, quod eidem tenet in Oratione, excepto in diebus Festis, in quibus finitur Matutinum in Ecclesia Sancti Johannis, quae dicitur ad Fontes, quia supradictus Cicendelarius finito Matutino ibi consignat pannum Altaris & Albam supradicto Rotulario, & ipsem extinguit Cereos & gubernat. Notandum est, quod Ostiarius Ebdomadarius consignat candelabra & Cereos extinctos Cicendelario Ebdomadario in Secretario a prima Dominica de Adventu usque in Ramos Olivarum. Ceteris vero diebus Cicendelarius Ebdomadarius tollit ab Altari in Baptisterio & gubernat. Quandocumque vero offertur super Altare hyemalis Ecclesiae, totum est quatuor Septimaniorum Custodum praeter aurum & incensum, quod est Archiepiscopi. Pallium vero, vel lineum, sive manutergium, si offertur, omnia sunt Altaris. Si vero Presbyteri Decumani Officium fecerint, & aliquid oblatum fuerit ante Altare vel super Altare, totum dividitur cum Ebdomadariis Custodibus praeter illa, quae sunt Altaris, & Archiepiscopi. Et quidquid in Solemnitatibus, aut in Dominico die, offertur super Altare in prima Missa, totum est Sacerdotis canentis Missam. Et iterum si candela offertur in manu Sacerdotis, melior uno Nymbo, dividitur inter Sacerdotem & Custodes. Praeterea sciendum, quia de omnibus candelis, quae offeruntur ante Altare, videlicet ante Crucem, Cicendelarius Ebdomadarius nullam debet habere partem, nisi de illis

469 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 470

illis quae dantur in Missa, & in Sabbatho de sera unam, si fuerit, & in Matutinis unam, si Ordinarii faciunt ibi Officium. Et hoc in Dominicis diebus, & in Natale Domini, & in Epiphania, & in Annunciatione, & Purificatione, & Assumptione Sanctae Mariae.

Incipit Ordo Missarum.

Ordo Dominicorum dierum, vel Solemnitatum sic incipit. Subdiaconus, cuius Septimana est, simul cum eo, qui observat, cooperit Altare, & Coronam auream suspendit, & quum in aestiva Ecclesia fit, Officium utriusque matris Ecclesiae, Altare cooperit. Finita Missa Decumanorum Ostiarius Ebdomadarius cum Subdiacono Ebdomadario querunt ab Archiepiscopo praeceptum sonandi signum in Dominicis diebus, & in Festis, & in Quadragesima. In quotidianis diebus Presbyter Ebdomadarius jubet sonandi signum, & post sonitum signi, quando Officium Missae celebratur in Ecclesia aestiva, unus duorum minorum Custodum Hebdonadiorum portat in Ecclesiam aestivam pannum Altaris & Missale & Albam & Amictum & Pluviale, ex quo Presbyter Hebdomadarius induit se, dum canit Tertiam. Et Cincendelarius Hebdomadarius portat Cereos, & Candelabra, & Thuribulum, & Incensum, & Casulam, unde colatur virum in sacrificio & Calicem, & Corporala, & Aquamanile, ex quo minor Cestos Hebdomadarius dicit agnum, & porrigit Presbytero, & Diacono & Subdiacono Hebdomadario. Et Hebdomadarius Subdiaconus cooperit Altare cum Observatore Subdiacono. Et Septimanarius Clavicularius portat Evangelium, & Terminus

narius Septimanarius portat Epistolam, & duo Custodes Observatores portant Calicem offerendae, & observant, sicut mos est. Congregatio Clero Archiepiscopus, si adfuerit, praecipit de Secunda, & unus minorum Custodum de Ebdomadariis pulsat signum in Choro cum tintinnabulo. Et Ostiarius Ebdomadarius sonat Secundam in Campanili, excepto in Dominicis Quadragesimae, in quibus Observator Ostiarius sonat. Archiepiscopus indutus pluviali vel casula, debet incipere Tertiam & finire. Qui si defuerit, Presbyter Ebdomadarius indutus pluviali praedictam Tertiam complet. Et Subdiaconus dicit Epistolam, & Puer Magistri Scholarum canit Responsorium. Et praedictus Subdiaconus dicit in fine Benedicamus Domino. Et notandum est, quotiescumque Ordinarii publice canunt Primam, Tertiam, aut Sextam, vel Nonam, aut Completorium, Presbyter Ebdomadarius debet stare a parte Diaconorum supra Archidiaconum, & debet incipere supra duas Horas cum Hymnis semper. Et sciendum est, quod Presbyter, & Diaconus, & Subdiaconus, & Magister Scholarum cum Pueris suis, omnes isti Ebdomadarii celebrant Missam majorem in Ecclesia Hyemali omni die per totius Anni circulum. Tertiâ vero hoc ordine finitâ, Archiepiscopus in Dominicis diebus, vel praecipuis solemnitatibus vadit in Secretarium cum ceteris Ordinibus, ubi induit se sacris vestibus. Notariis induentibus eum ad canendum Missam, & cum eo duo Diaconi, videlicet Ebdomadarius, & Observator, & tres Subdiaconi, id est cuius septimana est, & qui observant. Sed in Dominicis diebus de Adventu & de Quadragesima faciunt idem,

471 idem , videlicet tres Diaconi , & quinque Subdiaconi Ebdomadarii & Observatores . Et unus Diaconorum ponit Stolam super Planetam . Illo verò induito duo Diaconi per manus ducentes Archiepiscopum circumdant , ex quibus primus a dextris est , qui incipit post Secundam , quae fuit in Matutinis . Et canendo exeunt de Secretario , Subdiaconis praecedenti bus usque ad Altare cum thuribulo & candelabris accensis datis per manus Cicendelarii Ebdomadarii . Et statim Magister Scholarum dicit *Gloria Patri* , reiterando cum Pueris suis praedictam psallendam . Et statim praedictus Custos pulsat Tertiam in Choro , & Ostiarius Ebdomadarius cum Ostiariis Observatoribus personant in Campanili . Sed si Archiepiscopus defuerit , Presbyter Ebdomadarius exit de Secretario indutus sine processione cum supradictis Ordinibus , Cicendelario Ebdomadario præparante & dante thuribulum , & candelabris & Cereis accensis .

Sed hoc providendum est , quia in omnibus Ferialibus diebus Sacerdos cum Levitis & Subdiacono Ebdomadario exit de Secretario sine incenso & candelabro ad Missam canendam , Subdiacono portante sindonem tantum , & Magistro Scholarum Ebdomadario faciente Officium , & Subdiacono tenente & legente Epistolam in medio Chori , & Puer Magistri Scholarum canit *Alleluia* cum versu de *Domine Deus* , vel de *Domine refugium* , aut *Deus mani' este veniet in Adventu* , vel de *Resurrexit in Ferialibus post Pascha* , praedicto Puer stante cum eburneis tabulis , indutus Camisio in medio Choro . Et Diaconus legit Evangelium a dextra parte Altaris super aliquod stadium . Et si Festum est , in die illo Obser-

A vatores hoc faciunt . & Hebdomadarii pergunt ad Festum . Sed ut ad propositum redeamus , Archiepiscopus vadit ante Altare cum praedictis Ordinibus . Sed Subdiaconi prius faciunt incentum in modum Crucis ante ipsum Altare . Deinde Archiepiscopus facit Confessionem . Sed ad hoc adjiciendum , quia in Natale Domini , & in Epiphania & in Dominica in caput Quadragesimae , quae dicitur *Carmele rule* , & in Resurrectione , & in Pentecosten , & in Dedicatione Majoris Ecclesiae , Archiepiscopus induitur sacris vestibus cum omnibus Diaconis indutis Dalmaticis , cum omnibus Subdiaconis indutis Albis , & cum omnibus Presbyteris , Cardinalibus , & cum Primicerio Decumanorum , & Primicerio Lectorum , & Magistro Scholarum Ebdomadario , vestitis Pluvialibus , procedit ad Altare cum ipsis . Sed Diaconi prius faciunt incensum ante ipsum Altare . Deinde Archiepiscopus facit Confessionem , qua finita Levitae statim ascendunt ad cornua Altaris , & Subdiaconi vadunt post Altare . Quo facto Magister Scholarum incipit Ingressam , qua finita Archiepiscopus aut Presbyter Ebdomadarius dicit : *Dominus Vobiscum* . Sequitur *Gloria in excelsis Deo* , & Magister Scholarum canit totam *Gloriam* , excepto in præcipuis Solemnitatibus , quando canit tantum usque ad suscipe depreciationm nostram . a qua Lectores canunt excelsa voce usque in finem . Tunc Magister Scholarum dicit ter *Kyrie* cum Pueris suis . Sequitur *Oratione super Populum* , & Oratione facta dictus Archiepiscopus aut Presbyter transit post Altare & salutat , & Lector Terminarius Ebdomadarius , qui Secundam legerat in Matutinis , accepta Lecture de ambo- ne ,

ne, aut de Altari, quae per Clavi-
cularium Septimanarium ante posita
fuerat, revestitus cum Camisio ascen-
dit Pulpitum. & legit lectionem
omni die Dominicō, excepto in ali-
quo Festo, quando Terminarius, qui
intraturus est ebdomadām, legit, re-
motis quinque Festis idest in Natale
Domini & in Epiphania, & in
Resurrectione, & in Pentecosten, &
in Dedicatione majoris Ecclesiae. in
quibus major Subdiaconus legit. Sed
data benedictione, & illo legente,
Archiepiscopus sedet in Fuldione,
excepto in praedictis solemnitatibus,
quando sedet in tribunali cum Pre-
sbyteris & Diaconis majoris Ordinis.
Tunc Subdiaconi cum Levita, qui
legit Evangelium, revertuntur in Se-
cretarium cum thuribulo & candela-
bris, praecedente eos uno de minori-
bus Custodibus Ebdomadariis, ex-
cepto in praecipuis Festivitatibus, in
quibus unus duorum Majorum ex o-
rto Minorum facit idem. Et si for-
te acciderit, quod in sua Ebdomada
Festum evenerit, illi, qui futuri sunt
post eos, faciunt idem, quando in-
trant, & quando exeunt. Finita le-
ctione Puer Magistri Scholarum ac-
ceptis tabulis eburneis de Altari, vel
ambone, positis per Clavicularium
Ebdomadarium, vestitus Camisiolo a-
scendit Pulpitum, ut canat Psallen-
dam. Et hoc semper, excepto in
Quirquagesima, & in Dominicis die-
bus Quadragesimae, in quibus Lector-
es canunt, & in Annunciatione San-
ctae Mariae, quando duo Subdiaconi,
& totidem Notarii * cantat, si
Archiepiscopus adfuerit; si vero de-
fuerit, duo Notarii, & duo Lector-
es cantant. Et observa, quod Pue-
ri in Hyemali Ecclesia per totam
Missam stant in Choro cum Magi-
stro suo, in Aestiva ab initio Pro-

pheticae Lectionis usque ad Evangelium stant ad pedes graduum, & in Quadragesima in Feria, & in Vigilia Natalis Domini, & in Epiphania similiter. Et quo spatio in Choro Lector, qui legerat Lætionem, trans-
fit per Chorum a sinistra parte Altaris in Secretarium, & accepto Epistolari exit cum Subdiacono praecedens, & ferens Epistolam ante eum in manibus, ita ut pectori lacertos cum Libro non acclinet usque ad primum gradum Pulpiti. Et statim dat Librum Subdiacono. Et ille a-
scendit, & iste exspectat ex altera parte Pulpiti, donec ille Epistolam perficiat, & Librum de manibus ejus accipiat, & usque in Secretarium eum reducat.

Qua finita Notarius jussu Primi-
cerii sui tollit tabulas de Altari vel
de Ambone, indutus Camisio canit
Alleluja in Pulpito bis ante versum.
Et Magister Scholarum incipit, &
Lectores deinde canunt *Alleluja*, &
versum & *Alleluja* similiter. Post ver-
sum vero idem Notarius dicit *Alle-
luja*. Tunc Magister Scholarum canit
Melodias cum Pueris suis, tacenti-
bus Lectoribus. Et notandum, quia
Notarius semper canit *Alleluja* in Do-
minicis diebus, excepto in Natale
Domini, & in Epiphania, & in Re-
surrectione, & in Pentecosten, & in
Dedicatione majoris Ecclesiae, in
quibus Diaconi cantant, praecedentibus
eos Notariis, trahendo eos su-
per Pulpitum, & tenendo sursum o-
ram Camissi, ne iter Diaconi impe-
diat, excepto die *Carnavalis*, in
qua Pueri cantant. Deinde Diaconus
exit de Secretario indutus vestibus
sacris cum Evangelio, praecedentibus
Subdiaconis cum thuribulis & can-
delabris accensis. Et Lector sequitur
Diaconum usque ad exitum Chori.

Tunc

Tunc statim praecedit usque ad Pulpitum, quando Subdiaconus non vadit cum Cereis accensis ante Diaconum. Tunc Lector procedit de Secretario usque ad Pulpitum, & Subdiaconi revertuntur in Chorum, dando incensum Clericis & Laicis. Et Diaconus observator dicit ad cornu Altaris: *Parcite fabulis.* Et statim duo Custodes minores Ebdomadarii dicunt excelsa voce: *Silentium habete in Hyemali Ecclesia tantum;* in Aestiva vero duo minores Observatores eadem faciunt. Et Diaconus pronuntiat Lectionem Evangelii. Et praedicti Custodes rufus dicunt: *Silentium habete, excepto in solemni die,* quando duo Custodes Majores octo Minorum eadem dicunt, & in eisdem solemnibus recipiunt Offeracionem panis & vini de manu Diaconi & Subdiaconi, & Diaconis & Subdiaconis eundo & redeundo inseruiunt. Tunc inclinatur Diaconus adversus Archiepscopum jam stantem ad Altare pro benedictione, qui dicit: *Dominus sit in corde & in labiis tuis.* Et tum incipit legere Diaconus. Peracto Evangelio, si quae Festivitates sunt in sequenti Septimana, pronuntiat eas Diaconus in Pulpito, scriptas & porrectas a Claviculario Ebdomadario charta sumta de camera Archiepscopi. Finito Evangelio, praedictus Lector accipit oram Camisii Diaconi, & trahit eum per gradus omnes, & unus duorum minorum Custodum Septimanarium sumit Evangelium de manibus ejus in Ecclesia Hyemali semper; in Ecclesia vero Aestiva unus duorum minorum Custodum Observatorum eadem facit. Et Subdiaconi revertuntur in Secretarium. Et Diaconus accedit ad Altare, & osculatur illud. Interea Archiepscopus, aut Presbyter dicit D-

A minus vobiscum, & Chorus dicit ter Kyrie, & item salutat, & Primicerius Lectorum statim incipit Antiphonam post Evangelium cum suisstantibus circa eum in medium coronae. Et Archiepscopus, aut Presbyter revertitur ante Altare, & iterum salutat. Diaconus statim dicit: *Pacem habete,* & respondeat Clerus: *Ad te Domine.* Tunc Archiepscopus, aut Presbyter, & Diaconus osculantur Altare. Et iterum salutat, & dicit Orationem supra sindonem. Et Cincinnatus Ebdomadarius porrigit Subdiacono Ebdomadario panem & vinum sumtum de apotheca Archiepscopi, & aquam similiter.

B Subdiaconus imponit panem in patena, & vinum & aquam in calice, si Archiepscopus defuerit. Si vero adfuerit, ipsem ponit aquam in calice, Capellano porridente Subdiacono, & Subdiacono Archiepscopo. Sciendum est, quia in Dominicis diebus finita Antiphona, quae est post Evangelium, si Festum celebratur, septimanarii vadunt ad Festum, & Observatores, videlicet Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus canunt Missam incoepit. Magistro Observatore faciente Officium cum Pueris suis. Supradictus autem Subdiaconus cum magna reverentia portat praedictum panem in Patena, & Calicem cum vino de Secretario usque ad Altare, & porrigit Diacono, & Diaconus Archiepscopo, vel Presbytero. Tum Magister Scholarum canit Offerendam cum Pueris suis. Post haec Ordo Vetulorum & Vetularum offert Archiepscopo, vel Presbytero panem: sed masculi intrant Chorum, feminae vero morantur extra. Unusquisque illorum offert tres oblatas, & Presbyter porrigit Subdiacono, & vinum offert Diacono, & unus duo-

rum Custodum Ebdomadariorum suscipit illud de manu Diaconi, & ponit in Calice offensionis, & reddit urceolum illi Vetus, cuius est. Et alter junior Custos sumit similiter Oblatas de manu Subdiaconi in Ecclesia Hyemali tantum: in Ecclesia vero Aestiva duo Observatores minores eadem suscipiunt. Feminae vero eodem ordine offerunt extra Chorum. Archiepiscopus aut Presbyter revertitur ad Altare cum Diacono & Subdiacono. Pontifice verso ad Altare, Subdiaconus porrigit aquam manibus Archiepiscopo, Notariis duobus tenentibus manutergium ante eum, & cum eodem manutergio tenentibus ambas manicas illius. ne supradicta aqua madefiant. Et eodem modo abluitur post Communionem. Post haec Subdiaconus de Calice, ubi vinum Oblationum fusum est, per catiolam argenteam in Calicem aureum fundit, quem Diaconus, qui legit Evangelium, ablatum de Altari tenet in manibus, positoque ipso in Altari, denuo Archiepiscopus facta Cruce desuper dicit benedictionem. Et Cicendelarius Ebdomadarius venit de Secretario cum thuribulo accenso cum incenso, & dat Subdiacono. Et finito munere Offerendae, Subdiaconus porrigit Diacono, & Diaconus Archiepiscopo vel Presbytero, & facit incensum Domino super Altare in modum crucis. Et statim Diaconus sumit thuribulum de manu Archiepiscopi, vel Presbyteri, & portat, & adolet circa Altare. Deinde Subdiaconus suscipit de manu Diaconi, & portat incensum Clerico & Plebi circa Chorum tantum, & unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum suscipit de manu Subdiaconi, & consignat Cicendelario Ebdomadario in Secretario.

Tom. XI.

A Post haec Archiepiscopus vel Presbyter dicit: *Credo in unum, & Chorus dicit usque & Homo factus est,* & statim Magister Scholarum incipit cum Pueris suis, & dicit usque in finem, inclinatis semper Subdiaconibus post Altare, quoque flexus Archiepiscopus, vel Presbyter Oblationem suam per manus Angeli committat. Tunc vero erigens se, & illo osculante Altare, eriguntur. Diaconi vero tamdiu inclinati stant, quam Archiepiscopus, & cum eo erecti osculantur Altare. Deinde Missa peragatur ordine suo, Magistro Scholarum Officium canente cum Pueris suis usque in finem. Finita Missa unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum vadit in Campanile, & plane sonat tintinnabulum, ut omnis Civitas cognoscat Missam Majorem finitam. Et Ebdomadarius Subdiaconus cum Septimanario Cicendelario debent prandere cum Archiepiscopo per totius anni circulum. In Dominicis diebus & in Natale Domini & in Epiphania, ut supra dictum est, Cicendelarius debet habere de Camera Archiepiscopi unam Minam vini, de quo fit Sacrificium per totam ebdomadam.

De Vespertinis Horis.

IN hora vespertinali Ebdomadarius Subdiaconus cum Ebdomadario Ostiario debent ire ad Archiepiscopum quaerere licentiam sonandi Vespertas. Et ille praecipit, ut vinum tribuantur his duobus honeste. Sed Subdiaconus prius bibit, deinde Ostiarius. Et Ostiarius sonat, sicut ei praecipit. Et si Archiepiscopus adfuerit, praecipit de secunda, & tercua. Si vero defuerit, Diaconus Ebdomadarius praecipit de secunda, &

H h

Presby-

Presbyter de tertia. Et unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum semper praesto est ad pulsandum signum in Choro. Et Ostiarius in Campanili ad sonandum. Et antequam tertia sonetur, Cicendelarius Ebdomadarius accedit candelabra in Secretario, & unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum semper vestit Subdiaconem, & porrigit Pluviale Subdiacono, & Subdiaconus induit ex eo Presbyterum. Et ipse Subdiaconus vadit in Ecclesiam ad arcam, quae ibi posita est, & percutit eam cum manu, in qua Libri Veteris Testamenti & Novi positi sunt cum tabulis eburneis. Sed antequam tertia sonetur, ad sonitum arcae Puer Magistri Scholarum in Sabbatis & Dominicis diebus. & in praecepsibus solemnitatibus vestitus Camisiolo ascendit Pulpitum, & cantat *Confitemini*, leni voce caput & versum, & iterum caput. Et Magister Scholarum similiter cum Pueris suis leni voce in Sabbatis, & in Dominicis diebus tantum, & in Natale Domini, & in sequentibus Feriis, & in Epiphania, exceptis in Sabbatis Quadragesimae, & in Pascha usque ad Octavam. Et idem Magister semper stat extra cancellos ab initio *Confitemini* usque ad initium Hymni prope Pulpitum. Ad quod sonum arere, quod supra diximus, minor Custos Ebdomadarius pulsat tintinnabulum in Choro, & Ostiarius Ebdomadarius cum Observatoribus sonant in Campanili, & praedictus Subdiaconus revertitur in Secretarium & recipit candelabra accensa à Cicendelario Ebdomadario. Exit ante Presbyterum, & vadit post Altare, & Sacerdos secum orat versum in Orientem, dicendo privatim *Pater noster*, & *ne nos inducas in temptationem*.

A Respondet Subdiaconus, sed libera nō à malo. Presbyter dicit: *Adjutorium nostrum in nomine Domini*. Respondet Subdiaconus: *Qui fecit Coelum, & Terram*. Et hoc ordine Subdiaconus exit ad Vesperum per totum annum quotidie, excepto in quinque Feriis totius Quadragesimae, nam in septima Feria solus exit, & orat post Altare cum ipso sicut cum Presbytero. Archiepiscopus, vel Sacerdos stans retro Altare osculatur illud. Postea incipit Vespertas dicendo: *Dominus vobis cum*. Tunc Terminarius Lector Ebdomadarius canit Lucernarium in Sabbato, tantum caput & versum leni voce, & Magister Scholarum simili modo leri voce cum Pueris suis. Deinde Lector, qui incipit, & Chorus, qui sumit, omnes excelsa voce. In Dominicis autem diebus Terminarius Lector, qui habiturus est ebdomadam, eodem modo canit, excepto in Sabbato Sancto usque ad Octavam Resurrectionis. In quibus diebus canitur tantum *Alleluja* cum suo versu: *Dominus illuminatio mea*. In quotidianis vero diebus Puer Magistri Scholarum semper canit: *Dominus illuminatio mea* majori tono, stans in medio Chori, excepto in Ferialibus Quadragesimae, quando alio modo idem Puer canit in Pulpito. Sequitur *Dominus vobiscum*. Et Primicerius Lector incipit Antiphonam in Choro, Lectoribus stantibus circa eum in modum corona. Post haec Presbyter dicit ante Altare, *Dominus vobiscum*, & incioit Hymnum.

In Feriis, in quibus non canitur Antiphona in Choro, finito Lucernario, Presbyter revertitur ante Altare, & incioit Hymnum. Finito Hymno Notarius canit Responsorium omni die Dominico, excepto à prima Dominica de Adventu usque ad Nati-

Nativitatem Domini, & à Natale A Domini usque ad Octavam omni die, exceptis duobus diebus ante Octavam, in quibus Notarii cantant, & à Sexagesima usque ad Pascha, & à Pascha usque ad Octavam omni die, in quibus Subdiaconi cantant: Et errat quidam Regulus, similiter in loco suo. In Ferialibus verò diebus, idest quotidianis, cantat Lector Terminarius Ebdomadarius Responsorium semper, excepto in Sabbato & in Adventu & in Quadragesima, in quibus canit Clavicularius. Finito Responsorio, Diaconi imponunt Antiphonam per ordinem. Et notandum, quia antequam Vesperum incipiatur, minor Custos Ebdomadarius ponit rotulum Orationum super Altare, nisi sint propriae Orationes. Et Presbyter suscipit eumdem rotulum ab Altari, quando dicit Orationem. Orationem verò priorem dicit Presbyter Ebdomadarius, & dicta Oratione unus porrigit alteri, & portatur in Baptisterium. Sed scito, quia antequam ultimus Psalmus incipiatur, idest in *Exitu Israël*, Cicendelarius Ebdomadarius dat thuribulum accensum cum incenso Subdiacono in Secretario, & ille exit de Secretario, antecedente eum uno de minoribus Custodibus Ebdomadariis. Et dat Archiepiscopo, & Archiepiscopus adoleat incensum super Altare, & ante Altare. Et tunc Diaconus suscipit & facit incensum circa Altare, & postea dat Archiepiscopo, & circa Chorum tantum. Et si Archiepiscopus defuerit, dat Diacono, & ipse facit totum, ut supra legitur. Et hoc in solemnibus diebus, & in Dominicis diebus. In principio de *Magnificat* Cicendelarius Ebdomadarius porrigit Subdiacono, cuius Septimana est, candelabra accensa in Secretario,

B & ille ponit ea ante Altare, praecedente uno duorum minorum Custodum Ebdomadariorum. Et ille revertitur in Secretarium, & exuit se vestibus sacris. Presbyter Ebdomadarius dicit primam Orationem, & Observator dicit in *Magnificat*. Et ibi ante Altare Diaconus Observator dicit Psallendam. Et ibi privatim Presbyter & Diaconus Observator complent Vesperum. Et vadunt in Baptisterium, & in Dominicis diebus, & in solemnibus diebus, si Responsorium habetur, Notarius canit, excepto Domine ne *obliviscaris* bis, & ne derelinquas nos, & si ambulavero, quod canunt Diaconi jussu Archidiaconi. In Ferialibus verò diebus Diaconus Ebdomadarius semper canit Responsorium in Baptisterio, & Septimanarius Presbyter, & Diaconus Ebdomadarius semper complent Officium in Baptisterio. Subdiaconus Ebdomadarius, & Observator ferunt candelabra accensa ante Pontificem, seu Presbyterum in Baptisterio, & hoc in Dominicis diebus, seu in praecipuis Festivitatibus seu solemnitatibus. Finito Vespere Custos praedictus sumit rotulum de manu Presbyteri in Baptisterio, & gubernat, & Cicendelarius Ebdomadarius tollit cereos ab Altari & reponit. Sciendum est, quia in omni Sabbato Antiphona inchoata cantatur praeteriti Dominici diei, excepto si propria fuerit, & quando canitur Missa cum Vesperis, & omni die Dominico Custodes Ebdomadarii, excepto Cicendelario Ebdomadario, dant quatuor candelas Cimiliarchae, quas Ostiarius Ebdomadarius repraesentat, & ipse honorifice praebet ei potum. Et praeterea sciendum, quia in omni die Dominico Custodes Ebdomadarii similiter dant novem candelas Subdiacono Ebdomadario, siquidem ille derit

derit eis praenominatum condicium. Sed in Feriis Natalis Domini & Resurrectionis, quando Antiphona ad Crucem cantatur, Ostiarius Ebdomadarius de proprio singulariter dat novem candelas. Et quando omnes insimul praebet, ille Subdiaconus dat illi magnum prandium & honestum. In Natale & in Epiphania omnes Custodes insimul dant de communi praedictas candelas, quia communiter habent omnes illas, quae offeruntur ad Matutinum & Missam.

Incipit de Vigiliis Festivitatum, ubi Ordinarii canunt Psalmos.

IN Vigilia Sanctorum Protasii & Gervasi, & Sancti Laurentii, & in Ordinatione Sancti Ambrosii, & Sancti Stephani, & Depositione Sancti Ambrosii, Clerici istarum Ecclesiarum portant thesaurum de Secretario Sanctae Mariae, & Lampadam, excepto in Sancto Stephano, quando Observator Cicendelarius portat Lampadam. Similiter in Vigilia Sancti Naboris, Clerici ipsius Ecclesiae portant thesaurum tantum de supradicto Secretario, & tenent usque transacta festivitate Sancti Materni. In Vigiliis Sanctorum, quando Ordinarii canunt Psalmos, semper canunt Tertiam in Ecclesia Hyemali. Deinde proficiscuntur ad Festum cum Procesione, cantando cantus Letaniarum secundum diem, cui ipsa Ecclesia Festi ipsius data est. Si primo data est, incipiunt, *Domine Deus virtutum*. Si secundo, *Quem deprecamur*. Si tertio, *Dei Genitrix*. Et Primicerius Lectorum semper incipit Psallendam in Letaniis sequentibus suis. Sed praescindendum est, quia minor Custos Ebdomadarius ponit rotulum Letaniarum super Altare uniuscujusque dici, sicut

A competit. Deinde Presbyter tollit illum ante Processionem, & dicit Orationem. Sed si Archiepiscopus adfuerit, Rotularius ejus porrigit ei. Sed cum ad Ecclesiam, ubi Festum est, pervenerint, statim ut intrant Chorum, Primicerius Notariorum ter dicit *Kyrie*, suis sequentibus eum, & Primicerius Lectorum similiter cum suis. Sequitur *Agnus Dei*. *Gloria Patri*. Sicut erat. *Suscipe Deprecationem*. *Agnus Dei* ter *Kyrie* cantatur. Sed Archiepiscopus aut Presbyter incipit: *Deus in adjutorium meum intende*. Sequitur *Te Deum laudamus*. Deinde salutat. Postea incipit Psalterium, sicut mos est. Et si Lectiones habentur, Vita, vel Passio, Notarius legit iussu Primicerii sui, unam in *Quid gloriaris*, alteram in *Domine exaudi*. Notarius etiam Responsorium in *Quid gloriaris*, iussu Primicerii sui. Et Secundicerius semper canit Responsorium in *Domine exaudi*. Finitis Psalmis Archiepiscopus aut Presbyter Ebdomadarius canit Missam, sicut mos est. Terminarius Ebdomadarius legit Lectionem. Clavicularius Ebdomadarius canit *Cantus*, & Lucernarius ad Vespertas. Finita Missa canunt Vespertas, excepto si Festum venerit in Dominico, quo Psalmos & Missam cum ieiunio, post prandium versus Vesperum, & Vigiliam, & Antiphonam in Choro semper in Sabbatho, & in die Dominico ad Vespertas. Si vero Festum venerit in secunda Feria, canunt Psalmos & Missam tantum: in die Sabbathi, in die Dominico Vesperum & Vigiliam. Sed in Vigilia Sancti Ambrosii, & Sancti Martini canunt Psalmos & Missam & Vesperum, & Vigiliam, omnia insimul, excepto si venerit in secunda Feria, quando canitur, sicut supra legitur. Sed videndum, quia ante-

antequam Vesperum incipiatur, Cicendelarius Ebdomadarius accedit Cereos supra candelabra, candelà sumit à Presbytero ipsius Ecclesiae. Et dat in manu Subdiaconi Ebdomadarii, & vadit ad Altare, & ibi ponit ea, praecedente eum semper minore Custodum Ebdomadariorum. Et Cicendelarius Observator sumit Lampadam, & accedit cum candela accepta de manu Clerici vel Sacerdotis ipsius Ecclesiae, & porrigit Subdiacono Ebdomadario, praecedente eum Clerico ipsius Ecclesiae, & ostendente ei cum virga lychnum, quem accendere debet. Deinde praedictus Cicendelarius sumit lampadem de manu Subdiaconi, & extinguit, & commendat eam Presbytero ejusdem Ecclesiae. Et sic Vesperum finitur, sicut mos est. Et sciendum, quia in his omnibus festis, quando revertuntur, veniunt cum processione in Ecclesiam Hyemalem cum Psallenda, quae fuit in Vesperis intonata cum singulis versibus sui Psalmi, quam minor Notarius & minor Lector vicissim indicant, excepto in Vigilia Sancti Dionysii, quam finiunt ante Altare Sancti Ambrosii, & quando canunt Vesperum cum Vigilia. Sed in Vigilia Sancti Johannis Baptiste revertendo dicunt hunc Psalmum: *Deus, Deus mens respice cum sua Psallenda, id est Major Prophetis, usque ad Portam Orientalem. Deinde Benedictus Dominus Deus Israël, qui visitavit, usque in Ecclesiam Hyemalem.* Et quando appropinquant Ecclesiae Hyemali, Septimanarius Octavius cum Observatoribus sonant omnia tintinnabula, donec in Ecclesiam pervenerint. Et sciendum est, quia quando exeunt Ordines de praedictarum Ecclesiarum januis, Cicendelarius Ebdomadarius sumit candelabra de manibus Subdiaconorum, &

A extinguit. Postea verò praeparat ea illis accensa in Ecclesia Hyemali ad regias. Et minor Custos Ebdomadarius porrigit, & tenet semper Librum Sacerdoti ad Orationem. Sed si Archiepiscopus aderit, idem Custos porrigit Rotulario, & Rotularius Archiepiscopo.

B In Vigilia Sancti Stephani, & Depositione Sancti Ambrosii, & Sanctorum Protasii & Gervasii, & Petri & Pauli, & Nazarii & Celsi, & Sancti Laurentii, & Ordinatione Sancti Ambrosii, Archiepiscopus facit quatuor Cereos, habentes per singulos tres libras cereae & dimidiā. quos ille mittit Cimiliarchis praedictarum Ecclesiarum, duos quorum ipse Archiepiscopus accedit in principio Hymni ad Vigiliam. Sed in Depositione Sancti Ambrosii, accedit in principio Hymni ad Vespertas, cereos accedit in Missa maiori. Similiter etiam mittit tantum incensi eidem Cimiliarchae, quantum sufficit ad Officium ipsius Festi. In his omnibus Festis supra dictis omnibus Presbyteri & Diaconi Cardinales, & Primicerius Lectorum, & Magister Scholarum Ebdomadarius debent esse induiti Pluvialibus ad Vespertas in Vigiliis, & in Dedicazione majoris Ecclesiae, & Depositione Sancti Ambrosii ad Vespertas tantum, Clericis illorum Pluviales porrigitibus, cappasque suscipientibus, excepto Presbytero Ebdomadario, cui minor Custos Ebdomadarius porrigit Pluviale in Vesperis tantum Presbyteri Clerico cappam recipiente. Incoepit verò Vigilia & Hymno, Cimiliarcha illius Ecclesiae representat praedictos cereos Rotulario Pontificis, & candelam unam accensam, de qua Pontifex accedit cereos, sicuti mos est. Et si Lectiones legun-

leguntur in Vigilia, primam legit Notarius jussu Primicerii sui, secundam Subdiaconus, cuius septimana est. Et quando prima Lectio legitur, Presbyter ipsius Ecclesiae dat thuribulum accensum Pontifici, & ipse facit incensum supra Altare, & ante Altare. Deinde Levita, cuius vicis-
titudo est, facit circa Altare & circa Chorum. Similiter etiam fit de altero thuribulo cum incenso à Pontifice, & ejus ministris in ipsa hora. Simili etiam modo fit in secunda Lectio de thuribulis & incenso à Pontifice & ejus ministris. In Vigilia Sancti Laurentii, finitis Lecti-
nibus & Antiphona cum Psalmo, Archiepiscopus cum toto Clero vadit ad Ecclesiam Sancti Eustorgii. Cantato Responsorio intrat in Canonicam ipsius Ecclesiae, & ibi honori-
fice accipit potum cum toto Clero tribus vicibus datum à Canonicis ip-
sius Ecclesiae. In Vigilia Sancti Pro-
tafisi, & Sancti Nazarii, & Sancti Petri, & Sancti Laurentii, & in Ordinatione Sancti Ambrosii Magister Scholarum Ebdomadarius facit Letanias cum quatuor Pueris ante Alta-
re, ubi Festum celebratur. In Vigilia Sanctorum Protafisi, & Lauren-
tii, & Sancti Ambrosii Ordinatione duo minores Cicendelarii debent por-
tare thuribula de Festis in Secretario Hyemalis Ecclesiae. In Ordina-
tione Sancti Ambrosii, & Sancti Pe-
tri, & Sanctorum Nazarii & Celsi,
& Sancti Laurentii, & Sancti Sim-
pliciani, & Depositione Sancti Am-
brosii, & Sancti Stephani, sonato
signo Pontifex induitur sacris vesti-
bus quasi ad Missam canendam, &
omnes Diaconi Dalmaticas, & om-
nes Subdiaconi Albis, & Presbyteri
Cardinales, & Primicerius Decuma-
norum, & Primicerius Lectorum,

A & Magister Scholarum, qui habet ebdomadam, & ille, qui fert Te-
xtum Evangeliorum, & qui portat Crucem auream, & scuticam Sancti Ambrosii, omnes induti Pluvialibus. Tunc quatuor Cicendelarii debent thuribula accendere, & candelabra praeparare tanta, quot Subdiaconi fuerint induti Albis, & dare in ma-
nibus eorum. Sed sciendum est, quod minor Lectorum semper tantum portat Textum Evangeliorum in Sancti Ambrosii Ordinatione & Depositio-
ne, & in Sancti Laurentii, & in Sancti Stephani palam, & alter, qui sequitur, portat Librum. In ceteris verò Festivitatibus, in quibus palam portatur Textus Evangelii, major Custos octo minorum semper portat Textum, & alter, qui sequitur, portat Librum, praeter si praedicti faciunt ebdomadam, & alii, qui se-
quuntur, faciunt istud. Iterum duo minores Custodes semper in his Fe-
stivitatibus praedictis portant Missalem, & Epistolam, excepto si fa-
ciunt ebdomadam. Tunc reliqui, qui sequuntur, faciunt eadem. Et duo Custodes Observatores octo Minorum vadunt ante Pontificem cum flagellis praeparando viam. Sed si acciderit, quod duo majores octo Minorum fuerint Observatores, alii, qui se-
quuntur, faciunt hoc Officium ante Pontificem, quia illi majores portant Textum Evangelii. & Librum. Schola verò Sancti Ambrosii praece-
dit cum Cruce argentea. Deinde Cle-
rus minorum Presbyterorum sequi-
tur, Ostiario Observatore portante
Crucem ante Primicerium Decuma-
norum, ex qua postea accenditur pharus. Post hunc sequitur Primice-
rius Notariorum cum suis, & cum quatuor Magistris Scholarum. Dein-
de Subdiaconi cum thuribulis & ce-
reis

reis accensis. Post quos sequuntur Presbyteri Cardinales, ante quos Officiarius Ebdomadarius portat Crucem auream. Deinde sequuntur Diaconi, ante quos palam portatur Textus Evangelii. Item verò sequitur Archiepiscopus, ante quem sua Crux portatur à Notario. Postremo Primicerius Lectorum sequitur cum suis cāendo, eodem incipiente, sequentibus suis, vicissim canendo cum Notario & reliquo Choro. Sed tamen in Fīlo Sancti Petri omnes Diaconi portant Manibulum ductum per capitum, & Sacerdotes induiti Planeatis portant simili modo. Sed in Fīlo Sancti Protasii, Archiepiscopus cum Presbyteris & Diaconibus Cardinalibus. & ceteris induitis Pluvialibus, vadunt ad Monasterium Sancti Protasii in Urbe.

Et statim quum Processio venerit in Chorum, Presbyter Observator debet cantare Missam usque ad Alleluia. Et statim quum intrant Chorum, Puer Magistri Scholarum incipit Alleluia, deroſuſti. Et Diaconus Observator legit Evangelium, Subdiacono Observatore praecedente eum, & Cicendelario Observatore praebente incensum & candelabrum accensum. Finito Evangelio vadunt ad Sanctum Naborem. Et ibi Presbyter Observator secundus debet incoepisse Missam usque ad Alleluia. Et statim postquam Processio pervenerit in Chorum, Puer Magistri Scholarum canit Alleluia in Pulpito, & secundus Observator Diaconus canit Evangelium, praecedente eum. Subdiacono secundo Observatore. Finito Evangelio Archiepiscopus vestitus sicut ad canendum Missam, cum Diaconis & Subdiaconis induitis Dalmaticis & Albis, & cum Presbyteris Cardinalibus, & Primicerio Decu-

A manorum, & Magister Scholarum Ebdomadarius, & Primicerius Lectorum, & ille, qui portat Crucem auream, & Textum Evangeliorum, & qui fert Flagellum Sancti Ambrosii, omnes isti induiti Pluvialibus vadunt ad Ecclesiam Sancti Ambrosii. Scendum est, quod in Festivitatibus, quas supra diximus, excepto in Sancti Simpliciani, finita Ingressa, & Passione incopta, vel Depositione, Archiepiscopus ascendit in tribunal ad stadium, & Cimiliarcha illius Ecclesiae repraesentat duos cereos Rotulario cum una candela accensa, quos porrigit Archiepiscopo, qui quum eos accendit, Rotularius tenet candelam succensam, & Cimiliarcha tenet papyrus. Et illis accensis Archidiaconus tollit eos de manu Archiepiscopi, & Cimiliarcha de manu Archidiaconi, ponens illos post Altare, ut in Missa ardeant, & candela, unde accensi sunt, semper maneat Rotulario. In supradictis Festivitatibus minor Diaconus debet legere Lectionem, vel Depositionem, excepto in tribus Festis, in quibus Primicerius Lectorum legit, idest in Natali Sancti Petri & Sancti Protasii, & Sancti Nazarii. Et in his tribus Festis, minor Diaconus legit Epistolam, secundus canit Alleluia, tertius dicit Parcite fabulis ad cornu Altaris ante Evangelium. Et Archidiaconus legit Evangelium. Similiter in Nativitate Domini, & in Epiphania, & in Resurrectione, & in Pentecoste, & in Dedicatione, major Subdiaconus legit Lectionem vel Depositionem, secundus legit Epistolam, tertius canit Alleluia, quartus Parcite fabulis, & Archidiaconus legit Evangelium. Et quotiescumque legit Lectionem, vel Depositionem, aut cantat Epistolam, vel Alleluia, ante-

antequam ascendat Gradum, vadit & sumit pacem à Pontifice, osculando sibi os & manus. Similiter etiam facit, quando revertitur, & eodem modo faciunt in praecipuis solemnitatibus. Sciendum, quia in omnibus Festivitatibus supradictis vel Solemnitatibus duo majores Custodes octo minorum Custodum vicissim pergunt ante Diaconum, quando ascendit Gradum ad legendum Depositionem vel Lectionem, aut Epistolam, aut *Alleluja*. Et Notarius semper trahit eum sursum, & deorsum per Camisi oras. Et quando Diaconus canit *Alleluja*, Claviculiarius Ebdomadarius porrigit ei tabulas eburneas ad exitum Chori. Et quando Archidiaconus legit Evangelium, major Custos octo minorum-Custodum trahit eum sursum & deorsum per oram Camisi. Alter Custos, qui sequitur, dicit *Silentium habete*, & tertius similiter, stantes in terra ex utraque parte Pulpiti post *Parcite fabulis*, & sautationem. Et Diaconus, cujus vicissitudo est, ad cornu Altaris, dicit *Parcite fabulis*, antequam Diaconus salutet. Et duo minores Custodes praediti debent suscipere Evangelium de manu Diaconi juxta Gradum, & debent colligere Offerendam. Et omnes Presbyteri & Diaconi Cardinales, & Subdiaconi debent remanere vestiti usque ad finem Missae. Sed Archidiaconus tantum debet ministrare Pontifici usque ad finem Missae. Sciendum est rursus, in quibus Solemnitatibus ac Festivitatibus Evangelium in majori tono legatur, videlicet in Ordinatione Sancti Ambrosii, & in Nativitate Domini ad Missam in die. & Sancti Stephani, & Johannis Evangeli stae in Ecclesia Hyemali tantum. Deinde in Sabbato Sancto, & in Pascha in Hyemali Ecclesia, & Aestiva.

A va. In Albis ebdomada in Ecclesia Hyemali tantum. In Depositione Sancti Ambrosii ad Festum. In Vigiliis & Festa Pentecosten, & Sancti Protaesi, Sancti Petri, Sancti Nazarii, Sancti Laurentii, Sancti Simpliciani. In Dedicatione Majoris Ecclesiae in Hyemali Ecclesia tantum, & in Translatione Sancti Nazarii, ubi Corpus requiescit. Haec Evangelia ab Archidiacono leguntur, excepto in Februariis Paschae & Natalis Domini, quae Diaconus vicissim legit. In Vigiliis Pentecosten & Sabbato cum Dominico Ramis-Palmarum, & in Translatione Sancti Nazarii, in quibus Ebdomadarius Diaconus legit. In Sabbato Sancto Observator Diaconus in Ecclesia Hyemali tantum legit. Sed sciendum est, quod in omnibus Festivitatibus, quae à majori Ecclesia celebrantur, in Vesperis Presbyter Ebdomadarius induit se Pluviali, sicut inferius legitur. Eodem modo Diaconus Ebdomadarius debet indui in eisdem Officiis, Clero suo sibi serviente.

D

Incipit Ordo minorum Festorum, in Vespero qualiter fit agendum.

E

IN Vigilia Festivitatum, quas Ordinarii faciunt & celebrant, sonito Vespere, vadunt ad Festum Ordinarii, & Lectores, & Custodes, & Schola Sancti Ambrosii mares & feminae. Tunc Cicendelarius Ebdomadarius proriat duo candelabra & duos cereos. Et unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum debet portare Albam & Amictum & Pluviale. Presbyter vero illius Ecclesiae, ubi Festum celebrabitur, debet dare thuribulum & incensum Cicendelario, & unam candelam, unde accendat thuribulum & cereos. Diaconus vero Ebdoma-

domadarius debet praecipere de se-
cundâ sonandâ, & minor Custos su-
pradietus debet vestire Subdiaconi
de Amictu & Alba. Et idem simi-
liter debet porrigeat Pluviale eidem
Subdiacono, & Subdiaconus Presby-
tero Ebdomadario, Clerico recipien-
te Cappam Presbyteri. Et in Vigi-
liis idem Clericus portat Pluviale,
& recipit Cappam. Et Diaconus Eb-
domadarius similiter induit se Plu-
viale, Clerico suo sibi semper por-
rigente, & Cappam recipiente. Et
praedictus Cicendelarius dat candelab-
ra accensa in manu supradieti Sub-
diaconi, & Presbyter Ebdomadarius
praecipit de Tertiâ sonanda. Et sic
vadunt post Altare, Subdiacono praee-
rente cum candelabris accensis, praec-
edente quoque Custode praedicto.
Et ibi orant, sicut jam dictum est.
Finita Oratione, Sacerdos stans post
Altare deosculatur illud, & dicit:
Dominus vobiscum. Et Puer Magistri
Scholarum semper canit Lucernaria
minora, idest *Exortum est*, & *Time-*
te Dominum. Majora verò Lucerna-
ria Terminarius Lector Ebdomadari-
us canit. Finito Lucernario iterum
dicit *Dominus vobiscum.* Et Primice-
rius cum Lectoribus suis canit Anti-
phonam in Choro, sicut consuetudo
est. Deinde Presbyter vadit ante Al-
tare & salutat, & incipit Hymnum.
Statim praedictus Subdiaconus tollit
candelabrum ab Altari, & porrigit
praedicto Cicendelario, ut extinguat.
Tunc incipit Chorus Hymnum cum
pueris alternatim cum Choro, exce-
pto in Decollatione Sancti Johannis
Baptistae, & in minoribus dedicatio-
nibus, in quibus Responforium cum
infantibus non habetur. Finito Hym-
no Presbyter dicit: *Dominus vobiscum*,
& Lector Terminarius Ebdomadarius
canit Responforium excepto quando

A est Responforium cum Pueris. Fini-
to Responforio praedictus Cicendela-
rius dat thuribulum accensum cum
incenso Subdiacono, & Subdiaconus
Diacono Ebdomadario. Et ille facit
incensum circa Altare, & circa Cho-
rum. Et Presbyter illius Ecclesiae su-
scipit thuribulum de manu Diaconi.
In principio de *Magnificat* praedictus
Cicendelarius dat candelabra cum ce-
reis accensis Subdiacono, & ille po-
nit ante Altare, & faciunt Officium,
sicut moris est. Cicendelarius verò
sumit candelabrum ab Altari, & ex-
tinguit finito Vespere. Et omnes hi
Ordines debent honorifice habere fru-
ges & vinum ter.

C Qualiter Processo fit in ejdem.

D E N altero die sonito signo, con-
gregato Clero in Ecclesia majo-
ri, unus duorum minorum Custodum
Ebdomadiorum dat Pluviale Pre-
sbytero Ebdomadario, & portat ad
Festum Albam & Amictum Subdia-
cono. Tunc Presbyter Ebdomadarius
dicit ante Altare, *Dominus vobiscum.*
Et Diaconus incipit Psallendam, Pri-
micerio Lectorum praedicente, vel
indicante ei. Et post illum subse-
quente eum cum suis eamdem Anti-
phonam. Sic Ebdomadarii omnium
Ordinum specialiter vadunt ad praec-
dictum Festum, antecedente Schola
Sancti Ambrosii totâ cum Cruce ar-
gentea, Ostiario etiam Ebdomadario
praecedente Presbyterum, cujas Eb-
domada est, cum Cruce argentea vel
aurea. Et si pharus est in Festo, Os-
tiarius Observator portat Crucem
argenteam ad accendentum pharum.
Etiam Ebdomadarius Subdiaconus pa-
lam portat Calicem coopertum ma-
gnum. Et Cicendelarius Observator
portat Patenam cum manutergio vo-
lutam,

Iutam, sumtam de Camera Archiepiscopi, & Cazulam argenteam, & Fabiolum argenteum, & duas alas Textus Evangeliorum, & Vas aquarium, quod dicitur Aquamanile. Et Cicendelarius Ebdomadarius portat candelabrum unum cum cereo, & duo Corporalia. Et duo Observatores octo minorum Custodum portant Calicem Offerendarium, in quem colligitur vinum quod effertur. Et in introitu illius Ecclesiae, ubi Festum celebratur, Presbyter ejusdem Ecclesiae debet dare quinque candelas Crucis Vetulorum, alteri Crucis videlicet aureae, dat seotem: si argentea fuerit quinque, & Crucis Vetulorum tres. Et si pharus habetur, dat iterum septem Ostiario Observatori, ex quibus accenditur pharus; Cicendelario Ebdomadario dat thuribulum & incensum & unam candalam, unde cereum accendat. Hoc peracto Sacerdos paratus accedit ad Altare solus, Confessione ante aeta cum Subdiacono & Diacono Ebdomadariis. Tunc Magister Scholarum incipit Ingressam. Finita Ingressa, Sacerdos salutat, & postea incipit Gloria in excelsis Deo. Hac dicta & oratione finita super Populum, Lector ascendit Pulpitum, & legit Passionem, vel Translatum, vel Lectio nem. Et tantum hic valde notandum est. quia si Festum illud fuerit in Feria secundâ, & Passio, Terminarius Lector praecedentis Septimanae debet illam legere. Si in tertia Feria venerit, Clavicularius praecedentis Ebdomadae legit praedictam Passionem. Si vero in quarta Feria venerit, idem Terminarius praedictus lectorus est Passionem. Si vero in his tribus diebus duae Passiones tantum evenerint, una est Terminarii, altera Clavicularii, exceptis duode-

A cim Passionibus, quae sunt proprie Primicerii Lectorum, videlicet Sancti Martini, Sanctae Agnetis, & Sanctae Agathae, & Sancti Georgii, & Translationis Sancti Nazarii, & Sancti Petri, & Sancti Protasii, & Sancti Nazarii, & Sancte Teglae & Pelagiae, & in Depositione Sancti Dionysii & Naboris. Et sciendum est, quia his tribus diebus supradictis, idest Feria secunda, tertia, & quartâ, Terminarius Ebdomadarius debet cantare Alleluja, si Passio aedit, si vero in quarta Feria venerit Passio, Terminarius Ebdomadarius leget illam. Similiter in sexta Feria, & in septima Feria, & Clavicularius Ebdomadarius cantat Alleluja. Et in principio Passionis unus duorum minorum Custodum Observatorum dicit: Silentium habete, quando necessarium fuerit. Finita Legenda Puer Magistri Scholarum debet semper canere Psalmellum, excepto in Nativitate Sanctae Mariae, in qua duo Notarii, & duo Lectores canunt: Respice in Coelo. Hoc finito, Subdiaconus Ebdomadarius legit Epistolam praecedente Lectori, & portante Epistolam usque ad Gradum, & iterum exspectante & recipiente eamdem Epistolam, excepto in Depositione Sancti Ambrosii, & in Sancti Protasii, & in Sancti Petri, & in Sancti Nazarii & in Sancti Laurentii, & in Assumptione Sanctae Mariae, & in Ordinatione Sancti Ambrosii, & in Sancti Stephani, in quibus Diaconi semper legunt. Finita Epistolâ Lector ascendit Pulpitum, & cantat Alleluja, sicut supradiximus, exceptis his Festis principalibus, in quibus Diaconi cantant, idest in Depositione Sancti Ambrosii, Sancti Protasii, Sancti Petri, Sancti Nazarii, Sancti Laurentii, in

in Assumptione Sanctae Mariae, in Ordinatione Sancti Ambrosii, & Sancti Stephani. Finita *Alleluia* Diaconus ascendit Pulpitum cum Evangelio, praecedente eum Lectore, & trahente sursum per oram Camisi, & postea deorsum, eodem modo, quo legerat Passionem, vel aliud quoddam. In principalibus autem Festis Diaconus portat Textum Evangeliorum in Gradum, & Major Custodum octo minorum portat Evangelii Librum post eum. Et finito Evangelio sumit eumdem Librum de manibus ejus. Sed in aliis Festivitatibus unus duorum minorum Custodum sumit Evangelium post descenditum Diaconi. Deinde Diaconus accedit ad Altare & ministrat, sicut moris est, & sicut suora legitur. Ceteri verò complent Officium suum, sicut moris est, & eos decet. Praeterea sciendum est, quia Septimanarius Cicendelarius dicit in Secretarium Calicem, qui fuit in Missa. Finita Misa Pueri Magistri Scholarum dederent habere unum magnum panem, & singulas phialas vini.

Qualiter Officium Quadragesimale celebretur in Ecclesia Hyemali.

IN Quadragesima Altare Hyemalis Ecclesiae debet cooperiri cortinâ illa sericinâ, in qua continentur tres Historiae, prima Abrahae, secunda Joseph, tertia David, usque ad horam illam diei Parasceve, in qua dicit Diaconus: *inclinato capite emisit spiritum*. Et super cortinam ponitur pannus niger usque ad Ramos Palmarum; & Ostiarius Ebdomadarius ponit pannum nigrum super mensam Pulpiti. In Authentica autem ponit rubeum, & minor Custodum Ebdomadariorum ponit rotulum

A Letaniarum, & vespertinum super ambonem, quae Presbyter suscipit vel tollit, quum opportunum ei fuerit. Et praeterea sciendum, quia Archiepiscopus non utitur pallio, vel stolâ per totam Quadragesimam, nisi in Dominicis diebus, vel quando dat sacros Ordines usque in Goenâ Domini. Et Custos, qui solet Matutinum sonare, diu sonet Matutinum per totam Quadragesimam, & tamdiu quod Ostiarius Ebdomadarius sonet alterum tintinnabulum. Et postea idem Ostiarius sonet secundam & tertiam, sicuti consuevit. Et Archiepiscopus debet specialiter facere primam Ebdomadam Quadragesimae & ultimam, sicut mos est. Quod si defuerit, Presbyter Ebdomadarius pro eo fungitur Officio. Primam Lecturem legit Puer Magistri Scholarum, excepto in Authentica, quando Notarius legit, & secundaria similiter. Primum Responsorium cantat Notarius iussu Primicerii sui, secundum verò canit Lectio, incipiens à Secundicerio per ordinem usque ad ultimum, & sic per totam Quadragesimam. Tertiam legit Subdiaconus Ebdomadarius, excepto in Parasceven, in qua Pontifex legit. Et inter haec sciendum; quoties Subdiaconus legit, unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum emungit, vel emendat ei candelam in lectione. Finita tertia lectio ultimus Diaconus imponit Antiphonam in *Benedictus*, revertendo ad stadium, sicut consuevit. Et Archiepiscopus vel Presbyter dicit Orationem secretam, & Archidiaconus imponit Antiphonam in *Miserere mei Deus* ad cornu Altaris, aut in *Cantemus* in Dominicis diebus. Et Archiepiscopus dicit alteram Orationem secretam in Dominicis diebus, stans similiter ad stadium.

stadium. Sed si defuerit, Archipresbyter eadem facit. Et notandum, quia Archiepiscopus per totum annum non removetur à stadio suo ad Orationem dicendam, excepto in ferrialibus Quadragesimae, quando ante Altare dicit bis: *Dominus vobis cum*, & facit veniam. Et iterum Ostiarius Ebdomadarius dicit ad regias: *Ne quis Cathecumenus simplum usque ad medianam Quadragesimam per singulas Orationes, deinde duplum.* similiter. Et inter has Orationes Diaconus Ebdomadarius semper jacet ad cornu Altaris, orando Dominum flexo genu. Sed in Dominicis diebus Septimanarius Ostiarius, & duo Observatores Ostiarii dicunt ad regias singilatim: *Ne quis Cathecumenus per singulas Orationes.* Finitis Orationibus, antequam Sacerdos salutet, vel Pontifex, Primicerius Lectorum dicit leni voce cum Lectoribus suis Psalmum unum cum octo versibus cum Antiphona, incipiens à Beati immaulati, usque in Ramos Palmarum praeter diem Sabbati, & Dominicum. Tunc Cicendelarius Ebdomadarius fert thuribulum accensum cum incenso de Secretario in Chorum majorem, & dat illud Subdiacono, & Subdiaconus Archiepiscopo. Et Archiepiscopus adolet suavissimum incensum Domino super Altare, & ante Altare. Et Diaconus, qui imposuit Antiphonam in Laudibus, sumit thuribulum de manu Pontificis, & portat circa Altare adolendum incensum Domino, deinde Archiepiscopo, postremo circa Chorum. Hoc peracto unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum sumit praefatum thuribulum de manu Diaconi, & portat illud per totam Ecclesiam masculis & feminis. Deinde ille praebet thuribulum Cicendelario Ebd-

A madario, ut reponat, & sic persicat Officium Matutini, sicut ordo expostulat, ad honorem & laudem Dei. Sed finitis duodecim *Kyrie*, sextus Terminarius in prima Ebdomada canit Responsorium gradale leni voce caput & versum, & Chorus similiter. Septimus in secunda, octavus in tertia, nonus in quarta, decimus in quinta, summus Terminarius in Authentica. Quia in ceteris diebus quando canitur gradale, minor Lectorum semper canit illud leni voce, & tantum caput, & Chorus similiter, & Presbyter, & Diaconus. Observatores complent Matutinum in Choro majori privatim, & Ebdomadarii verò in Baptisterio.

De Matutino Defunctorum qualiter celebratur, & fit ab omni Ordine.

Finito Matutino diei. Ordinarii cantant in Ecclesia Sancti Stephani ad Fontes Matutinum Mortuorum cum tribus Lectoribus. Et Presbyter Ebdomadarius dicit Orationes. Lectors in Choro majori cum Primicerio suo eodem modo cantant. Et Custodes in Choro Sancti Ambrosii similiter cantant, & Presbyter Sancti Stephani ad Fontes dicit Orationes. Presbyteri verò Decumanorum extra Chorum, & Archipresbyter dicit Orationes omnes excelsa voce. Mane finitâ Missâ Decumanorum, unus duorum minorum Custodum pulsat in Choro ad Primam tintinnabulum, & Ostiarius in Campanili, & Presbyter Ebdomadarius incipit Primam & Hymnum. Et Subdiaconus Ebdomadarius dicit Epistolam, & Ostiarius cantat *Viam iniquitatis*. Et idem Subdiaconus in fine dicit: *Benedicamus Domino.* Et videndum est etiam, quia in Dominicis

501 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 502

nibus diebus unus duorum minorum Custodum Ebdomadariorum sonat Primam in Choro & in Campanili. In horâ Meridianâ Ostiarius cum Subdiacono Ebdomadario postulant licentiam ab Archiepiscopo sonandi signum. Si Archiepiscopus adfuerit, incipit Tertiam. Si defuerit, Presbyter Ebdomadarius pro eo incipit Tertiam. Subdiaconus Ebdomadarius dicit Epistolam. Similiter ad Sextam, & ad Nonam, & Puer Magistri Scholarum dicit Responsorium, Presbyter dicit Orationem, Subdiaconus semper dicit: *Benedicamus Domino in fine.* Tertiâ peractâ, statim major Clavicularius legit Lectionem Genesis in Pulpito in prima Ebdomada. In secunda Notarius praecepto Primicerii sui. In tertia Ebdomada secundus Clavicularius. In quarta Notarius. In quinta tertius Clavicularius. In prima Ebdomada si Responsorium habetur. Lector canit jussu Primicerii sui. Psalmellum verò canit semper Puer Magistri Scholarum, excepto in die Dominico, in quo canit Clavicularius Ebdomadarius. Finito Responsorio, vel Psalmello, minor Lector legit Proverbia in prima Ebdomada, secundus in secunda, tertius in tertia, quartus in quarta, quintus in quinta. In secunda Ebdomada Notarius canit, si Responsorium habetur. In tertia Lector. In quarta Notarius. In quinta Lector, omnes jussu Primicerii sui. Finito Genesi & Responsorio & Psalmello vel Proverbio, Presbyter ante Altare dicit: *Dominus vobiscum bis, & flectit genua.* Ostiarius ad regias Ecclesiae dicit, *Ne quis Cathecumenus simplum usque ad medium Quadragesimam, deinde duplum, & incipit Orationem primam Letaniarum, & sic per ordinem omni die.* Finita Oratione,

A facit finem more solito, dicendo *Benedicat & exaudiat &c.* Procedamus cum pace &c. Et sciendum, quia ad Tertiam & ad Sextam dicuntur illae Orationes, quae sunt in Matutinis in Baptisterio. Ad Nonam verò illae Orationes, quae sunt ad Vesperum in Baptisterio. Offertorio post Tertiam finito, statim incipitur Sexta. Finitâ Sextâ, unus duorum minorum Custodum pulsat in Choro Vesperum, & Ostiarius Ebdomadarius sonat in Campanili. Vespere sonito Nonna incipitur. Interim Sacerdos Ebdomadarius vadit in Secretarium ad vestiendum ad canendam Missam. Finitâ Nonnâ ille exit de Secretario, antecedente minore Subdiacono Custode, & vadit ante Altare cum Diacono & Subdiacono, & facit Confessionem. Sed sciendum est, quia in omnibus Sabbatis Quadragesimae Sacerdos de Secretario cum Levita exiunt induiti ad canendam Missam praecedente Subdiacono similiter. Et Magister Scholarum incipit Ingressam. Hac finitâ Sacerdos salutat, & dicit Orationem. Oratione verò habita supradictus Lector, vel Notarius ascendit gradum, & legit, & Sacerdos post Altare dat ei benedictionem. Finito Genesi & cantato Responsorio vel Psalmello, Lector Proverbia legit, sicut supra adnotatum est. Post hoc statim puer cantat Canticum. Diaconus exit de Secretario cum Evangelio, & Subdiaconus sequitur eum cum sindone, Lector praecedente, qui legerit, & Notario, & trahente sursum oram Carrisi, sicut jam dictum est. Et finito Canto Levita percutit caput Pueri canticis Canticum, hoc modo invitans eum ad prandium. Deinde legit Evangelium. Hoc finito urus cuorū minorum Custodum Ebdomadariorum susci-

suscipit Evangelium de manu Diaconi ad introitum Chori, & consignat illud Cicendelario Ebdomadario. Et Diaconus vadit ad Altare. Presbyter vero dicit *Dominus Vobiscum*, & Chorus respondet ter dicendo *Kyrie Eleison*. Et Presbyter iterum dicit *Dominus Vobiscum*, & Diaconus osculatur Altare, ac dicit *Pacem habete*. Et iterum Presbyter dicit *Dominus Vobiscum*. Deinde sequitur Oratio super sindonem. Interim Subdiaconus revertitur in Secretarium, & Cicendelarius Ebdomadarius porrigit vas panis, & ille porrigit super Patenam, & vinum similiter sumptum de Camera Pontificis, & aquam simili-
ter. Et ille ponit in Calice. Et si Archiepiscopus adfuerit, Capellani ejus dant aquam Subdiacono, & Subdiaconus Pontifici, & Pontifex ponit eam in Calice. Et sic Subdiaconus exit de Secretario, portando honorifice Calicem & Patenam cum manutergio, & porrigit Diacono, & Diaconus Archiepiscopo, vel Presbytero. Et posito Calice in Altari cum Patena & Oblata, sumit Oblationem Sacerdos Vetulorum, ut jam dictum est.

Et hoc facto Magister Scholarum incipit Offerendam. Cantata Offerenda Cicendelarius Ebdomadarius portat de Secretario in Chorum thuribulum accensum tantum cum prunis, si Archiepiscopus adfuerit, & porrigit Subdiacono. Tunc Pontifex ponit incensum super prunas, & incenso posito Diaconus tollit de manu Subdiaconi, & dat Archiepiscopo, & ille adolet super Altare incensum Domino tantum, & Diaconus sumit thuribulum ab Archiepiscopo, & dat prius incensum Archiepiscopo, deinde Altaris circa bases. Et Subdiaconus similiter sumit thuribulum a Dia-

A cono, & adolet his, qui in Choro sunt tantum. Et eodem modo unus duorum minorum Custodum suscipit idem thuribulum de manu Subdiaconi, & portat per Ecclesiam, dando masculis & feminis. Et ille consignat Cicendelario Ebdomadario in Secretario. Sic deinde Missa peragatur ordine suo. Sed si Archiepiscopus defuerit, Subdiaconus porrigit thuribulum accensum cum incen-
to Diacono, & Diaconus Presbytero, sicut supra diximus. Finita Missa Sacerdos vadit post Altare, & dicit *Dominus Vobiscum*. Et Puer Magistri Scholarum indutus Camisio super Pulpitum cantat *Dominus illuminatio mea*, caput & versum, & iterum caput simili-
ter, & Chorus eodem modo. Presbyter revertitur ante Altare. & salutato Clero incipit Hymnum. Et Clavicularius Ebdomadarius canit Responsorium in Choro, excepto quando canitur *Oravit Jacob*, quod canit Subdiaconus, & quartâ Feriâ de Authentica, in qua canit Primicerius Subdiaconorum, & in quinta & in sexta Feria, in qua Archidiaconus canit, primam Orationem dicit Ebdomadarius Presbyter, secundam Observator Presbyterorum. Oratione finita totus Chorus canit leni voce vel privatum *Qui habitat in adjutorio*, sicut Psalmum directum, & Sacerdos & Diaconus Observatores complent ibi privatum Vesperum cum duodecim *Kyrie*. Et Diaconus Ebdomadarius canit Responsorium in Baptisterio, & ponit Antiphonam. Finita Antiphona cum quatuor versibus Psalmi, & Antiphona incipit *Qui habitat in adjutorio* communiter. Et sic Presbyter Ebdomadarius cum Diacono complent vespertinum Officium. Et sciendum est, quod ante Tertiam cantatam minor Custodum Ebdomadario.

diorum ponit rotulum Letaniarum super Altare, primum in prima ebdomada, secundum in secunda, tertium in tertia. In quarta Feria, finitā Tertiā, Presbyter tollit rotulum ab Altari, & dicit Orationem ante Altare. Et Primicerius Lectorum incipit Letanias; & pergunt in Ecclesiam Astivam cum rotulo Presbyter, Cicendelarius Ebdomadarius cum pallio, & ponit illud super Altare. Et dum Letaniae sunt, Sacerdos & Levita Ebdomadarii jacent flexis genibus, ille ante Altare, & alter ad cornu Altaris. Sed dicta Oratione, & Sanctis interpellatis, revertuntur in Ecclesiam Hyemalem. Et praeditus Cicendelarius tollit pallium, quod posuerat in Altari & reportat in Secretarium. Finitis Letaniis, Presbyter Ebdomadarius vadit post Altare, & osculatur illud & dicit *Dominus vobiscum.* Et Lector aut Notarius ascendit Pulpitum & legit, sicut in ceteris diebus. Et eodem modo faciunt Letanias in sexta Feria. Et notandum, quia in quarta Feria ad Vesperum finita Oratione, quae est post *Magnificat*, Presbyter dicit *Dominus vobiscum.* Tunc major Diaconus vadit ad cornu Altaris, & cantat Responsorium ad cornu Altaris. Ibi sunt alia. Primicerio Lectorum indicante sibi & cantante si ei epus fuerit. Alter verò Diaconus subsequitur ad aliud Responsorium, tertius ad tertium simili modo. Post hoc dicit *Dominus vobiscum*, & Orationem: *Opitulare Deus inopibus.* In sexta Feria, finito *Genesi* & *Responsorio* & *Proverbio*, dicit Presbyter Orationem, sicut in ceteris diebus. Cantant Sextam, & Nonam. His finitis Sacerdos vadit post Altare, & dicit *Dominus vobiscum.* Et Lector legit *Lectionem Genesij*, sicut est consue-

A tudo. Tunc unus Lectorum cantat tractum in Pulpito iussu Primicerii sui. Tunc Magister sumit juxta gradum cum Pueris suis caput tantum. Postea Chorus & versum & caput. Et Tractu finito Lector Proverbia legit. Hoc finito, Presbyter post Altare dicit *Dominus vobiscum.* Tunc summus Terminarius cantat *Dirigatur* in pulpito cum versibus. Post hunc Presbyter ante Altare dicit: *Dominus vobiscum.* Incipit Hymnum, & post Hymnum Responsorium sequitur. Postea Lector legit Lectionem in Gradu. Hic verò quatuor minores Lectores semper debent Lectiones legere excepto illo, qui legit Proverbia, quia ille de minoribus est, & Ostiarus Ebdomadarius, & duo Observatores dicunt: *Ne quis Cathecumenus per singulas Orationes istarum Lectionum, & unus tantum ad Vesperum.* In Ferialibus dicit semel per singulas Orationes *Ne quis Cathecumenus*. & in Oratione, quae est in primo *Genesi*. similiter. In Dominicis autem tres dicunt in Vespere, excepto in Baptisterio usque in Ramos Palmarum. In hac etiam die finitis Lectionibus & Psalmis & Orationibus sive *Magnificat*, fit finis Vespertini Officii in Choro cum duodecim *Kyrie*. Finito Vespere & Missâ in aliis diebus Quadragesimae, unus duorum minorum Custodum Ebdomadarius vadit ad sonandum tintinnabulum, ut omnes sciant & cognoscant Missam esse finitam.

Incipit Officium Completorii, qualiter efficitur in Ecclesia Hyemali.

IN hora Completorii unus duorum minorum Custodum Ebdomadarij postulat licentiam a Presbytero Ebdomadario sonandi Completorium.

Et

Et ille statim sonat. Tunc Presbyter Ebdomadarius incipit Officium Completorii & Hymnos. Et Subdiaconus Ebdomadarius dicit Epistolam, & unus duorum minorum Custodum Ebdomadiorum dicit Responsorium in medio Chori, videlicet *Pax multa eum versu & Gloria*. In fine verò hujus Officii Subdiaconus dicit: *Benedicamus Domino*. (*) Si quid verò defuerit, heic non quaeras, quia quidquid Ordinis Ambrosiani quaeferis in hoc Libro, & in suo loco Deo annuente reperies.

Processio ab Ecclesia Sancti Laurentii in Ecclesiam Hyemalem.

Adnotandum est, quia in Quadragesima nulla Processio fit cum Cruce, nisi in Ramis Palmarum, excepto in sepelitione Mortuorum. Dominicā in Ramis Palmarum congregato Clero & Populo in Ecclesia Sancti Laurentii, Primicerius Notariorum incipit Hymnum: *Magnum salutis gaudium, usque ad Rex ecce tuus, Hierusalem*. Et ibi praestolantur adventum Pontificis, & illo intrante Ecclesiam, omnes excelsa voce dicunt: *Rex ecce tuus, Hierusalem*. Finito Hymno Pontifex in gradu facit sermonem ad Populum. Interea Presbyter & Diaconus & Subdiaconus Observatores privatum canunt ibi Missam. Finita Missa, & sermone, Pontifex benedicit Palmas & Olivas. Postea dicit: *Dominus vobiscum*. Tunc Diaconus Ebdomadarius incipit Psalmum, Primicerio Lectorum indicante, & eodem statim cum suis subsequente. Et sic exeunt Ecclesiam, Pontifice dante Palmas, & Primicerio Presbyterorum similiter dante suis. Tunc extra atrium Ecclesiae equus

BA albo nacco cooperitus stat praeparatus ad suscipiendum Dominum suum Pontificem, ut ei supersedeat. Ille verò equum ascendens, Ostiarius domesticus Magister porrigit sibi crucem crystallinam, ornatam palmis & foliis olivae. Ipse verò sumens & tenens in sinistra, signat Populum dextrâ. Et unus egregius Miles de genere Rhodenium, eleganter indutus, cum chirothecis in manibus de Camera Pontificis sumtis, dextrat & ducit eum per fraenum per medium viam curriariam usque ad Ecclesiam Sancti Ambrosii, ubi ejus sanctissimum Corpus quiescit, antecedente eum Schola Sancti Ambrosii cum Cruce argentea. Et Ostiarius Ebdomadarius portat Crucem auream ante Presbyterum Hebdomadarium. Quum autem pervenerint usque ad Portam Ticinensem, totus Clerus venit in Ecclesiam Hyemalem. Archiepiscopus verò sedens, Capellanis suis sequentibus eum, ducitur cum triumphali gloria ad Sanctum Ambrosium, turbâ multâ Populorum sequente & praecedente ipsum. Sed quum ille pervenerit ad locum, ubi Leprosus lavari solet ab ipso, Abbas Sancti Ambrosii debet esse ibi praeparatus & indutus Piviali cum Diaconibus suis, indutis Dalmaticis, & Subdiaconibus Albis. Et ibi Pontifex tribuit Abbatii magnum Ramum Palmarum, & honorabilem Troctam. Et statim praeditus Abbas cum Clero suo, cantando & psallendo praecedit eum usque ad praediastam Ecclesiam. Et Pontifex in atrio Ecclesiae descendit de equo, & praeparat se ad Missam canendam, serviente sibi Abate cum Clero suo usque ad finem Missae. Praediti veò Ordinarii canunt Missam in Ecclesia Hyemali. Finita Missa supradictus

(*) Haec in veteri Manuscripto non leguntur.

dictus Miles Rhodensis debet prandere cum Archiepiscopo cum suis servitoribus, cui dat etiam Aureum unum. Et Ostiarius Ebdomadarius, qui portavit Crucem auream in Procesione, debet prandere cum Archiepiscopo. In Authenticâ in Ecclesiâ Hymnali Altare cooperitur pallio rubeo, ablato nigro, qui est super Cortinam. Et minor Lectorum indicat in secunda Feriâ omnes Antiphonas, quae sunt in Psalmis ante Lectiones, primus Primicerio suo Antiphonam & Psalmum, secundariò Diacono Antiphonam tantum circumstantibus Psalmis. Similiter secundus Lector in tertia, tertius in quarta, quartus in quinta, quintus in sexta in prima turma, sextus in secunda turma. In Sabbato Sancto septimus & octavus & nonus per totum Matutinum. Primam & secundam in Authenticâ legit Notarius jussu Primicerii sui. Et primus Responsorium cantat similiter Notarius in secunda Feria & tertia jussu Primicerii. In quarta, & quinta, & in sexta. In prima turma Parasceve cantat Subdiaconus. In secunda turma cantat Diaconus jussu Archidiaconi sui. Secundum Responsorium cantat Presbyter jussu Archipresbyteri sui. In aliis verò diebus in Authenticâ Lector canit secundum Responsorium, Subdiaconus verò Ebdomadarius legit tertiam per totam Authenticam, excepto in secunda turma de Parasceve, in qua minor Diaconus legit primam Passionem, Clerico suo tenente sibi lumen. Et Presbyter minor secundam legit Passionem habens Stolam & Manipulum, Clerico suo ibidem tenente sibi lumen. Tertiam verò Passionem legit Pontifex indutus rubea Planetâ, habens Mythram in capite, Capellani tenentibus ex utraque parte candela-

Tom. XI.

A bra accensa, cum candela data ab Ecclesia Sancti Victoris, qui dicitur Quadraginta Martyrum pro fido. Finità Tertiâ non dicitur *Benedictus Dominus Deus Israël* per totam illam Ebdomadam, sed oratio secreta. Deinde peragitur Matutinum, sicuti mos est. Sed finito Hymno, & Responsorio gradali sequitur *Benedicat & exaudiat nos Deus. Amen.* Procedamus cum pace. Hoc finito, omnes Ordines in Choro majori incipiunt *In iniquitatibus Officium Mortuorum.* Et sic perficiunt Presbytero Ebdomadario dicente *Orationes*, vel Archiepiscopo. In hac Ebdomada Ambo vel Lectoriū cooperitur omni die, sicut solet in Dominicis diebus.

C Feriâ Secundâ in Autentica hora tertiat Pontifex cum Capellanis suis cum Presbytero Sancti Michaëlis in Domo, & Sancti Johannis ad Concam, & Sancti Alexandri, & Sancti Kalimeri, & Sancti Petri in Campo Laudenſi, & quatuor Presbyteris Sancti Laurentii, quorum est afferre thuribulum & incensum & Librum Orationum hujus Officii, & duo candelabra cum totidem cereis, & cum tribus hominibus vel pluribus illius progeniei, cuius fuit Leprosus, quem Sanctus Ambrosius divina ope mundavit, in Ecclesiam Sancti Salvatoris, quae modò Sancti Viti appellatur, convenire & coadunari debent. Iltis autem in unum collectis in ea

D Dem Basilica, tres illi vel plures sternunt se ante Altare flexis genibus, super quos Archiepiscopus dicit hanc Orationem: *Omnipotens semperne Deus, qui hos famulos tuos saeva corporis contagione obsecros ad hujus lavacri purgationem accedere permisisti, concede propitius, ut deposito squallore sordium, somento gratiae tuae valeant membrorum omnium & animarum consequi me-*

K k

dici-

dicinam, & nobis famulis tuis, qui eorum artus diluimus, tolerantiam ad perficiendum epus conseras & salutem. Per Dominum &c. Sequitur Kyrie ter. Benedicat & Exaudiat nos Deus. Amen. Hoc finito, illis jacentibus, Pontifex spargit super eos aquam sanctam & incensum. Post hoc statim sumit illum per manum, quem lavaturus est. Et sic dicit eum usque ad Balneum, antecedentibus cum Presbyteris Sancti Laurentii cum Libro & incenso & cereis & candelabris accessis. Et eundo ad Balneum, Presbyteri Sancti Michaëlis, & Sancti Kalimeri, & Petri in Campo Laurenti, cantent Psalmos, incipientes a Beati immaculati, usque ad omnis spiritus laudet Dominum. Et Presbyteri similiter Sancti Johannis ad Concavam, & Sancti Alexandri faciunt Letanias, eundam per eodem viam. Et similiter Presbyteri Sancti Laurentii canunt hanc Antiphonam usque ad Balneum. Sanctus Deus, qui sedes super Cherubim, solus invisibilis. Sanctus fortis, qui Archangeli Michaëlis orationem suscepisti. Sanctus immortalis, qui solus immaculatus es, Salvator, misericordia nobis. Oratio: Deus, qui Naaman Syrum septies in Jordane tinturus a leprae colluvione sanasti, respice propitius ad preces humilitatis nostrae, & septiformis Spiritus benedictionem super hos famulos tuos lurgus infunde, ut corporis, mentisque noritate recepta, te Salvatorem omni tempore benedicant. Per Dominum &c. Hac finita. Leprosus intrat Balneum. & Presbyter Sancti Michaëlis de Domo lavat sibi caput, & pectit. Hoc facto exiens de Balneo, statim induitur Camisia nova. & femorariis novis, & Serrabarrio de nova corrigia. & cingulo novo de nova corrigia similiter. His omnibus datis ab Archiepiscopo, &

A isto ita induito, sedere debet super scamnum, & Archiepiscopus accingit se manutergio, & flectitur ad pedes ejus, & lavat pedem ejus dexterum, & extergit manutergio. Et osculatur eumdem pedem. Deinde ter percutit sibi de calcaneo saper caput suum. Et statim ille surgit, ligans tibialia ad talum. Dicitur per manum ab Archiepiscopo in Ecclesiam Sancti Laurentii, praedictis Presbytiris canentibus eamdem psallendam, quam supra diximus, tintinnabulis etiam omnibus Sancti Laurentii sonantibus. Et ille cadit in faciem ante Altare Sancti Laurentii, Pontifice dicente super eum hanc Orationem: Deus, qui es, sicut omnipotentiā ita & misericordiā infinitus, adesto his famulis tuis, & quorum Corpora lavamus exterius, purificationem peccatorum interius exhibe. Absint morbi, cadant contagia, infirmitates procul recedant, ut Daemonum saevitia jam olim tua pietate reclūta corrumpere non valeat, quos tua pietas Sanctis intercedentibus reparavit. Post sequitur Kyrie, Kyrie, Kyrie. Deinde Benedicat & Exaudiat &c. Hoc finito, levat eum de terra, & osculatur eum. Ille vero se vestimentis suis vestit, & Archiepiscopus canit Missam, & ille est auditor. Sed finitā Missā Archiepiscopus dat praedicto Leproso Solidos triginta tres, & tres Denarios, ut dividat cum suis, qui eos habituri sunt. Et iste, qui latatur, specialiter illius loci est, qui vocatur Pons Serialis. Praedicti etiam Presbyteri debent honorifice prandere cum Archiepiscopo. Et generatio Scariorum debent calefacere Balneum usque in perpetuum. Et isti Scarii debent habere sex Denarios, & Serrabarum novum ab ipso Leproso. Sed si Archiepiscopus defuerit, Archipresbyter facit

513 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA. 514

facit praedictum Officium. Archiepiscopum verò facit condicium.

Ferià secundâ in Authentica sonito signo, & Feriâ finitâ minor Diaconus Albâ rubeâ indutus legit primam Lectionem de Job, & Secundicerius canit Responsoria omnia, quae in gradu canuntur Mortuorum in secunda Feria & tertia & quarta. Deinde secundus Diaconus legit Lectionem Tobiae. Tunc Presbyter Ebdomadarius vadit ante Altare, & dicit Orationem unam primi diei Letaniarum. Sequitur Benedicat & exaudiat nos Deus. Procedamus cum pace. His finitis cantant Sextam. Finitâ verò Sextâ sonant Vesperum sicut in ceteris diebus Quadragesimæ. Ecce sic statim incipiunt Nonam. Finitâ Nonâ Pontifex, vel Sacerdos vadit ante Altare, sicut consuevit, & dicit postea Orationem super Populum. Et tertius Diaconus ascendit Pulpitum Albâ rubeâ indutus. Et Arciepiscopus vadit post Altare, & dicit: Dominus vobis cum, & dat ei benedictionem. Supradictus verò Secundicerius canit Responsorium. Deinde quartus Diaconus legit lectionem Tobiae. Et sic alternatim omnes Diaconi legunt in tertiâ Feria, & quarta. Et Puer Magistri Scholarum canit Canticum. Et Diaconus legit Evangelium. Et sic deinceps Missa suo ordine peragitur. Deinde Vesperum incipitur, sicut solet, & Ebdomadarius Clavicularius canit Responsoria in Choro in secunda Feria & tertia. In quarta Feria canit Primicerius Subdiaconorum. In quinta & sexta Feria Archidiaconus, & major Diaconus imponit Antiphonam ad cornu Altaris. Sed finito Psalmo & Antiphonâ, Presbyter aut Pontifex dicit Orationem. Hac finita, & duodecim Kyrie, sequitur Benedicat & exaudiat

A nos &c. Et ibi ante Altare canitur Vesperum Mortuorum sine Magnificat in secundâ Feria & tertia & quarta. Deinde in die Paschæ ad Vesperum summus Terminarius cantat Lucernarium, & sumit Ebdomadarij cum summo Claviculario. Praetermissus etiam, quod in hac praedicta Quadragesima Ostiarius Ebdomadarius ponit pannum nigrum super mensam Pulpiti. In Authentica ponit rubrum. Et minor Custodum Ebdomadariorum ponit rotulum Letaniarum, & Vespertinum super Ambonem. Presbyter suscipit & tollit, quum opportunum ei fuerit. Et praeterea sciendum, quia Archiepiscopus non utitur Pallio, vel Stolâ per totam Quadragesimam, nisi in Dominicis diebus, vel quando dat sacros Ordines, usque in Coenam Domini.

B

C

D

E

De Feria Quinta in Authentica.

Cœnâ Domini, horâ tertiâ pulsetur tintinnabulum. Tunc descendat Dominus Archiepiscopus ad canendam Tertiâ. Finitâ autem Tertiâ Archiepiscopus post Altare dicit Dominus vobis cum. Et minor Diaconus ascendit Pulpitum, rubeâ Albâ indutus, & legit Lectionem Danielis Prophetæ in majori tono Evangeliorum: Erat vir habitans in Babylonie. Sequitur Puer Psallendam, Assurgentes testes iniqui. Item aliis Diaconus indutus rubeâ Albâ legit Lectionem Sapientiae in majori tono Evangeliorum: Dixerunt impii. Puer cantat: Qui edebat. Tertius Diaconus rubeâ Albâ indutus legit Evangelium privatim in Quadragesimali tono, ut tantum a circumstantibus possit audiri: Tunc abiit unus de Duodecim. Sequitur Oratio Concede nobis, omnipotens Deus. Sequitur Benedicat & exaudi-

Exaudiatur nos Deus. Completo autem Officio secundum morem tunc praeparentur a Ministris tres ampulae cum Oleo, una ad Oleum Chrismale, altera ad Oleum Cathecumenorum, tertia ad Oleum Infirmorum, & deferantur in Capellam, & Dominus Archiepiscopus provideat de Balsamo. Tunc Archiepiscopus procedat cum Cardinalibus, & Primicerio Presbyterorum, & ceteris Ordinibus ad regias Ecclesiae, & faciat sermonem Poenitentibus de poenitentia & conversione eorum. Hisque omnibus expletis Archiepiscopus cum Primicerio Presbyterorum canendo Antiphonam *Cor mundum crea in me Deus*, alternando cum versibus *Miserere mei Deus*, ducat Poenitentes in Ecclesiam cum virga Pastorali. Et prostrant se omnes in pavimento. Deinde Archiepiscopus dicit super eos Orationem *Deus humani generis*. Tunc Archiepiscopus levet eos cum ceteris Sacerdotibus, dando eis osculum reconciliationis. Et sic commendet eos Primicerio Presbyterorum. Tunc Pontifex procedat cum Subdiaconis & Notariis & duodecim Capellanis ad praedictam Capellam. Et posita tabula & manutergio, ac argenteo vase, sedeat & conficiat cum pollice balsamum, miscendo cum oleo. Interim Capellani canant Psalmos Beati immaculati usque ad omnis spiritus laudet Dominum. Postea refundat balsamum confectum in ampullam Chrismalem. Deinde commendat eam, & alias Subdiaconis. Tunc Archiepiscopus indutus Casula descendat, & Subdiaconus Ebdomadarius exit de Secretario revestitus cum candelabris accensis. Tunc Archiepiscopus indutus Casula incipit Vesperum. Clavicularius Ebdomadarius canit Lucernarium *Quoniam tu illuminas*, & ver-

Asum *Quoniam in te*. Sequitur Hymnus *Dicamus Domino*. Postea canit Archidiaconus indutus Pluviali Responsorium *Omnes vos scandalum*. Et Lector Ebdomadarius ascendat & legat Lecturem Jonae Prophetae *Fatum est verbum Domini super Jonam*. Puer canat Psallendam *Vigilate & orate*. Interim Pontifex in Secretarium ingredietur cum omnibus Sacerdotibus & Diaconis & Subdiaconis, & induat se sacris vestibus solemnni more. Finita praedicta Lecture exeat praecedente Subdiacono, qui lecturus est Epistolam, & eo ascidente accedat Pontifex ad Altare. Sed antequam incipiat, vadat post Altare, & dicat hanc Orationem plane, ut a circumstantibus possit audiri: *Concede nobis, omnipotens Deus, ut sicut in Passione tua*. Tunc dicat Dominus *vobiscum excelsa voce*. Et Subdiaconus legat Epistolam ad Corinthios primam *Convenientibus vobis in urum jam non est dominicanus Coenam manducare*. Canunt Lectores *Tanquam ad Latronem*. Sequitur Evangelium secundum Matthaeum *Prima die Azymorum*. Finito Evangelio statim incipiat Magister Scholarum intrando Chorum Ingressam *Coenae tuae*, & non dicatur *Pater habete*, aut *Kyrie*. Sequitur Oratione super Sindonem. Tunc Subdiaconi offerunt Panem azymum & fermentatum cum omnibus Calicibus & Patenis.

Postea Archiepiscopus incipit ad munus offerendum Sequitur Offertorium *Contumelias & terrores*. Sequitur Oratione super Oblatam. Finita Oratione non dicat Dominus *vobiscum*. Tunc Subdiaconi ascendant ad praedictam Capellam, & cum magna reverentia deferant suora dictas ampullas, & major offratur Diacono

ampullam Chrisimalem, & Diaconus ponat eam super Altare. Tunc Pontifex incipiat Confessionem principalis Chrismatis, & dicat lenta voce exorcismum: *Exorcizo te, Creatura Olei, per Deum Patrem Omnipotentem.* Hac finita dicat excelsa voce *Dominus vobiscum.* Sequitur benedictio Chrismae, *Dominus vobiscum, & cum spiritu tuo. Suis sum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum & justum est, aequum & salutare, nos tibi semper habere & ubique gratias agere, dominator Domine Deus, Rex undus, auctor unguenti &c.* Finita benedictione summo honore procuretur, usque dum altera offeratur, ut prior. Et primo faciat ei exorcismum, benedicatque eam quasi Læctionem legens. Exorcismus Olei Cathecumenorum. *Exorcizo te, Creatura Olei, in nomine Dei Patris.* Sequitur *Dominus vobiscum.* Benedictio Olei: *Deus Sacramenti hujus inventor atque dispositor.* His itaque peractis eodem ordine & decore, quo sunt oblatae in Ecclesiam, redeant ambae simul in Sacra-rium, & tota Missa peragatur ordine suo. Et antequam dicatur Secreta per quem haec omnia dona creas, *Domine, benedic Oleum pro Infirmis, Diacono tenente, his verbis, ut tantum a circumstantibus possit audiri exorcismus Olei: Exorcizo te, immundissime Spiritus, & non peragatur conclusio, sed statim sequatur eadem voce benedictio: Emitte Domine Spiritum Paraclitum de Coelo.* Hac finita & Oleum reportetur, & in loco suo conservetur: *Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas, per infinita secula seculorum. Amen.* Confessio: *Hoc Corpus, quod pro vobis tradetur. Missa vero ordine suo agatur, usque dum Diaconus dicit: Offerte*

A *vobis pacem, & tamen non dicat, & Archiepiscopus non det pacem ministris. Transitorium: Tristis est anima mea usque ad mortem.* Tunc Archiepiscopus communicet cum Clero & Populo. Sic Missa compleatur secundum morem. Postea vadat post Altare, & dicat *Dominus vobiscum.* Sequitur Antiphona: *Illi Patrifamilias. Psalmus Deus in adjutorium.* Sequitur Oratio, & sic Vesperum compleatur. Et Pontifex vadat in Sacrarium, ubi praecipiat Subdiaconi, ut diligenter custodiant Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini. Similiter autem praecipiat duabus Notariis, ut Chrisma & Oleum cum magna cautela distribuant. His rite peractis Presbyteri omnes & Diaconi & Subdiaconi & Magister Scholarum & Primicerius Lectorum cum duobus Lectoribus Ebdomadariis, & cum illo, qui canit *Tamquam ad latronem,* vadunt in domum Archiepiscopi ad reficiendum cum magno honore. Expleto convivio Subdiaconi pergunt ad Ecclesiam Aenam ad lavandum Chorum, & honorifice debent habere vinum ab Archiepiscopo: Interea verò Archiepiscopus lavat Presbyteris & Diaconis & Magistro Scholarum, & Primicerio Lectorum cum magna reverentia singulis singulos pedes, hisce canentibus hanc Antiphonam: *Postquam surrexit Dominus a coena.* Oratio post mandatum: *Adesto, Domine, officio servitutis nostrae, qui pedes lavare dignatus es tuis Discipulis.* Ne despicias, Domine Jesu Christe, opera manuum tuarum, quae nobis retinenda donasti. Et sicut heic exteriora abluntur inquinamenta, ita omnium nostrorum interiora larentur peccata; *Qui vivis &c.* His finitis pro caritate bibit cum eis Archiepiscopus, & Presbyteri-

sbyteris, & Diaconis, & Magistro Scholarum, & Primicerio Lectorum duodenos Denarios tribuit.

In die Parasceve post cantatam Tertiam Presbyter vel Archiepiscopus vadit post Altare, & dicit *Dominus vobiscum*. Et minor Diaconus indutus rubeâ Albâ ascendit Pulpitum & dicit lectionem Esaiæ Prophetæ in majori tono Evangelio rum: *Si quis captivum duxerit gigantem*. Sequitur Psallendam summus Terminarius: Foderunt manus meas cum suis versibus. Sequitur Oratio: *Deus, qui nobis Filium tuum Crucis patibulum*. Secundus Diaconus rubeâ Albâ indutus legit lectionem Esaiæ Prophetæ in majori tono Evangeliorum: *Ecce leo ad populum manum meam*. Cantatur Episcopale, aut Sacerdotale, sive Diaconile jussu Archiepiscopi: *Tenebrae factae sunt cum suo versu*. Hoc cantato Diaconus Ebdomadarius legat ita Evangelium. Dicat Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum. Respondeatur: *Gloria tibi, Domine*. Et non dicat in capite Evangelii in illo tempore, sed Mane *facto*. Sed quando legitur *Emisit spiritum, statim Cicendelarius* Ebdomadarius debet extinguere ignem. Et Subdiaconi discooperiunt Altare. Et scito, quia post lectum hoc Evangelium, non dicitur *Dominus vobiscum*, nec Deus in adjutorium intende, usque ad horam Sabbati, quia Diaconus benedicit Cereum; quia ille in primis dicit *Dominus vobiscum*. Postea sequitur benedictio Cerei, nec lumen debet esse in Ecclesia usque ad horam diei Sabbati, quia Diaconus dicit: *Ecce iam ignis columna*; nec Altare coopertum usque ab Baptismum incoptum. Sed hoc Evangelio lecto dicat Presbyter,

A *Benedictus Dominus, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen*. Sequitur Oratio: *Deus, qui pro redemtione nostra accepisti*. Hac finita tunc subjungit Presbyter: *Benedic & exaudi nos Deus. Amen. Procedamus cum pace. In nomine Christi. Benedicamus Domino. Deo gratias*. Tunc pergunt in Secretarium, & Subdiaconi honeste praeparant Crucem supra stadium, & dicit Sacerdos: *Benedictus Dominus. Oratio: Immensa pietas Dei, qui latronem &c. Alia: Deus, qui Unigeniti Domini nostri Jesus Christi*. Tunc egrediuntur de Secretario in Camisio portando honorifice Crucem in medio Ecclesiae, adorante Archiepiscopo prius cum omni Clero, Subdiaconis canentibus hanc Antiphonam: *Crucem tuam adoramus, Domine*. Alia: *Adoramus Crucem tuam. Beati immaculati, usque ad Legem pone*. Adorata verò Cruce revertuntur in Secretarium, Subdiaconis reportantibus honorifice Crucem, & cantando hanc Antiphonam: *Laudamus te, Christe*. Inter haec omnia, quae Crucis efferuntur, sunt Subdiaconorum. Et quum venerint in Secretarium, dicit Sacerdos: *Benedictus Dominus, qui vivit*. Sequitur Oratio: *Deus, qui humano generi ad imitandum*. Deinde dicit Sacerdos: *Benedicamus Domino. Benedic & exaudi nos Deus*. Dicit Diaconus: *Procedamus cum pace. In nomine Christi. Crucem verò adorata ab Archiepiscopo, & toto Clero, Archiepiscopus communicat se in Secretario cum omnibus Presbyteris & Diaconis & Subdiaconis*. Tunc Custodes iterum portant Crucem de Secretario in medio Ecclesiae ad adorandum Plebi, cantantes Antiphonam: *Crucem tuam*. Secundo: *Adoramus Crucem. Tertio: Laudamus te Christe, alternando cum versi-*

versibus Beati immigrulati. Et quid-
quid ad Crucem effertur, totum est
Custodum. Deinde praedicti Custodes
cum magna reverentia debent lavare
Chorum Hymalis Ecclesie, & po-
stea honorifice cum Archiepiscopo
debent prandere. Item ad Vesperum
sonito signo ligneo, idest paene o-
ctavà horà, dicit Presbyter Benedi-
ctus Dominus. Et minimus Lector le-
git Lectionem Danielis: *Tunc Na-
bucodonosor.* Tunc hi tres quasi ex
uno ore dicentes Hymnum. Deinde
versus cum Pueris. Incopto verò
Benedictus es, Ebdomadarius Magister
Scholarum, vel Observator, si minor
fuerit Ebdomadarius, stans subitus
gradum cum parte quadam Puerorum
in finem uniuscujusque versus dicit
Amen usque quoniam eripuit nos.
Hunc versum, qui sequitur, debet
dicere Magister Scholarum solus, qui
dixit primum *Quoniam eripuit nos,*
usque ad *Confitebor.* Tunc statim
Chorus incipiat excelsa voce versum
hunc: *Confitebor Domino.* Sequitur
minor Lector Lectionem Danielis
Prophetæ: *Tunc Nabucodonosor,* can-
zante Lectori jussu Primicerii: *Subra-
dorsum meum.* Deinde legitur Evan-
gelium a quarto Diacono cum rubea
Alba induito in Quadragesimali tono
privatin, ut tantum a circumstanti-
bus possit audiri: *Quum sero factum
esset.* Et tamen non salutat, quum
legit. Et quamvis dicat: *Sequentia
Sandi Evangelii secundum Matthaeum,*
nullus respondet: *Gloria tibi Domine.*
Hoc finito, dicit Presbyter: *Benedi-
ctus Dominus, qui vivit.* Deinde in-
cipit Hymnum: *Dicamus Domino,* si-
ne *Gloria tibi Domine.* Hoc finito,
subiungit Presbyter: *Benedictus Domi-
nus, qui vivit,* Responsorium Ar-
chidiaconile: *Animae impiorum.* Hoc
finito sequitur Antiphona: *Divise-*

A runt sibi. Psalmus: *Deus Deus meus
respice.* Sequitur Oratio: *Largire
sensibus nostris.* Hac finita sequitur
Responsorium Diaconile: *Eram quasi
Agnus innocens.* Secundo Hierusalem.
Tertio *Velum Tempti scissum est.* His
finitis sequitur: *Solemnies.* Archipre-
sbyter dicit *Solemnies* super Ambonem
a parte dextera Chori. Presbyteri
verò vicissim dicunt Orationem Ar-
chiepiscopo semper jacente ante Al-
tare.

B*De Sabbato Sancto.*

C Abbato in Parasceve Cicendela-
rius Ebdomadarius sonito signo
tubae ad Matutinum, debet porrare
in Secretarium de Ecclesia Aestiva
unum Ferletum plenum oleo, accen-
sum, ut Lectores videant quidquid
in obscuro Matutino dicendum est.
Et istud Ferletum debet esse illius
Lectoris, qui in postremo indicave-
rit Officium. Et in hoc Matutino
nec *Gloria* nec *Kyrie* dicitur. In
Sabbato Sancto, ut & in Natale
Domini, sonito signo ad Matutinum,
Ostiarius Observator vadit ad domum
Vicecomes, qui vadit ante Archie-
piscopum, & vocat eum ferendo ce-
reum accensum in candelabro, & sic
ducit eum ad Ecclesiam, ubi major
Chorus facit Officium usque in cor-
pus ejusdem, stans ante eum, donec
Orationem perficiat. Finita vero O-
ratione praedictus Ostiarius dat ce-
reum servo illius, & recedit. Et
propter hoc obsequium Vicecomes
dat quatuor Ostiariis Agnum unum
in Resurrectione, & quatuor Panes
de cambio. & Sextarium vini, &
in Natale Domini Scamariam unam
optimam, & totidem Panes & Vi-
num. In eodem Sabbato horà sextâ
sonito signo tubae, congregato Clero
in

D**E**

in Ecclesia Aestiva, & cantata Ter-
tiâ, Archiepiscopus, vel Presbyter
retro Altaris dicit: *Benedictus Domi-
nus, qui vivit.* Et minimus Lector
ascendit Pulpitum, & legit Lectionem
libri Genesis: *Noë vir justus.*
Puer canit Psallendam: *Exurge Do-
mine.* Mox minor Diaconus legit
hoc Evangelium privatim in Qua-
dragesimali tono, ut tantum a cir-
cumstantibus possit audiri, indutus
rubeâ Albâ: *Altera die, quae est.*
Sequitur Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium operum tuo-
rum.* Hac Oratione finita Archiepiscopus subjungit: *Benedictus Domi-
nus, qui vivit & regnat.* Benedicat
& exaudiat nos Deus. Procedamus &c.
Tunc Sacerdos Ecclesiae Sancti Se-
pulcri debet cereum unius librae
portare ab Ecclesia sua accensum
novo igne & benedictum, in Eccle-
siam Hyemalem, & ponere ante Al-
tare Sanctae Mariae pro ficto. Ex
quo Cicendelarius Ebdomadarius de-
bet habere candelam accensam in
Secretario Ecclesiae Aestivae. Post
haec tres Diaconi induti Dalmaticis
debent ire super Tribunam Ecclesiac
Aestivae, duobus portantibus duos
cereos sine lumine. Et unus Subdia-
conus Ebdomadarius debet portare
rotulum similiter indutus Albâ, &
debet tenere ipsum rotulum ante
Diaconum, donec legerit, & bene-
dixerit ceram & ignem. Et hac be-
nedictione finita, statim Cicendelar-
ius Observator accedit lampadem
de novo igne benedicto, & sic Sub-
diaconus Observator portat eam in
Tribunam, & accedit Cereum, qui
est super Candelabrum magnum im-
positum per manus Cicendelarii Eb-
domadarii, datum de Camera Archie-
piscopi. Et tunc duo Diaconi de
circumstantibus accendent cereos, quos

A tenent cum Cantaris de igne, qui
est super candelabrum majus. Tunc
dicit Diaconus excelsa voce: *Ecce
jam ignis columna resplendet.* Hac fi-
nita Archiepiscopus statim dicit: *Do-
minus vobis cum.* Sequitur secundus
Lector Lectionem Libri Genesis: *In
principio creavit Deus.* Postea canit
Lector: *Tui sunt Coeli.* Sequitur O-
ratio: *Deus, incommutabilis virtus,
lumen aeternum.* Tertius Lector legit
Lectionem Libri Genesis: *Tentavit
Deus Abraham.* Postea Puer: *Immo-
Domino.* Sequitur Oratio: *Deus, fi-
delium pater summe, qui in toto orbe.*
Quartus Lector legit Lectionem Li-
bri Exodi. *In diebus illis locutus est
Dominus ad Moysen & Aaron.* Sequi-
tur Canticum trium puerorum. Sed
tamen unus Puerorum solus cantat
priorem versum in Pulpito, ceteri
tamen cum eo stantes. Sequitur haec
Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus,
multiplica in honorem nominis tui.*
Quintus Lector Lectionem legit
Libri Exodi: *In diebus illis armati
ascenderunt.* Sequitur Canticum, quod
D cantat quartus Clavicularius cum
versibus suis: *Tunc cantabat Moyses.*
Sequitur haec Oratio: *Deus, celitudo
humilium, & fortitudo rectorum.* Se-
ximus Lector legit Lectionem Esiae
Prophetæ. Sequitur haec Oratio:
*Omnipotens sempiterne Deus, spes uni-
uersi Mundi.* Septimus Lector legit Le-
ctionem Esiae Prophetæ: *Levamini
mundi.* Puer canit Canticum: *Sicut
cervus.* Sequitur haec Oratio: *Omnipotens
sempiterne Dens, respice propi-
tius ad devotionem Populi &c.*

E Hoc finito statim Archiepiscopus
induit sacras Veste, sicut ad canen-
dam Missam, & Diaconi Dalmaticis,
& Subdiaconi cum Albis. Tamen
Observator Subdiaconus Ebdomada-
rius portat thuribulum accensum cum
incen-

incenso, & duo Diaconi portant duo Candelabra, quae vocantur Cantara cum cereis desuper accensis, quos habuerant in benedictione cerae. Tunc etiam Magister Scholarum procedit cum Pueris suis, cantando hanc Antiphonam: *Exsurge, quare obdormis,* usque ad regias Baptismalis Ecclesiae. Et ibi juxta extra Ecclesiam Archiepiscopus exuit Stolam & Dalmaticam & Planetam, & induit se paludamento baptismali, & praecingit se manutergio cum cingulo, nexus veniente a sinistro latere in similitudinem ensis, & similiter nexus sandaliorum facit juxta calcaneum in similitudinem calcarium, habens myrram in capite, ut ostendatur quod sit Rex & Pontifex. Et sic incedit ad Fontes, antecedente Magistro Scholarum cum Pueris suis cantando hanc Antiphonam: *Exsurge, quare,* praecedente eos Subdiacono Observatore cum lampade accensa. Qui accendit duos magnos Cereos stantes super cancellos, & duodecim phialas vitreas, quae pendent super Fontes, praecedentibus etiam duobus Diaconis induitis Dalmaticis, cum Cantariis, & Cercis accensis, qui fuerunt in benedictione cerae dati de Camera Archiepiscopi, quos iidem Diaconi debent habere post benedictionem fontis. Illi vero, qui sunt super Cancello, sunt Sacerdotis illius Ecclesiae baptismalis. Archiepiscopus incipit benedictionem, & adjurationem aquae. Post haec Cimiliarcha afflens cum Chrismate & cocleari argenteo, porrigit Archiepiscopo coclear vacuum, & Cimiliarcha tenente Chrisma, Archiepiscopus fundit ipsum Chrisma in Fontibus cum praedicto cocleari in modum Crucis, dicens: *Sit Fons iste sacer, sanctificatus, & persolidus in nomine Patris &*

Tom. XI.

A *Fili & Spiritus Sancti. Amen.* Sic tribus vicibus fundit Chrisma dicendo: *Sit Fons iste.* His ita gestis statim Archiepiscopus vadit ad alteram partem Fontium, idest ad Orientem, & duo Cardinales, idest minor Presbyter, & minor Diaconus intrant Fontes. Et tres Custodes Observatores de octo minoribus quaerunt tres pueros per Ecclesiam eundo, si possint invenire, qui vocentur, unus Petrus, secundus Paulus, tertius Johannes. Et porrigeret debent Cardinalibus, qui sunt in Fontibus, & ipsi tenentibus pueros, Archiepiscopus interrogat eos: *Quid petitis?* Respondent: *Baptizari.* Item interrogat: *Creditis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem coeli & terrae?* Respondent: *Credimus.* Interrogat: *Et in Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum, natum & passum?* Respondent: *Credimus.* Interrogat: *Creditis in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam?* Respondent: *Credimus.* Et statim subiungit dicens: *Baptizate eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Et statim baptizant, dicendo nomina eorum: *Baptizo te.* Prima mersio: *In nomine Patris.* Secunda mersio: *Et Filii.* Tertia mersio: *Et Spiritus Sancti. Amen.* Archiepiscopus flebit genua sua contra Orientem. Tunc Primicerius Lectorum statim subinfert Letanias, & post Letanias Archiepiscopus surgens chrismat praedictos baptizatos in frontibus in modum Crucis, dicendo hanc Orationem: *Deus Pater Omnipotens Domini nostri Iesu Christi, qui vos regeneravit ex aqua & Spiritu Sancto. Praedicti Custodes debent suscipere praedictos pueros baptizatos de manibus patrum suorum,*

L 1

suorum, qui eos traxerunt de Fonte, & duo Custodes majores de octo minoribus debent esse praeparati, unus cum vase aquae, alter cum manutergio sumto de camera Archiepiscopi. Et tunc Archiepiscopus lavat pedes pueris tribus praedictis, & extergit eos cum manutergio & osculatur. Et tunc imponit calcaneos unius uulque super caput suum.

His rite peractis Ostiarius Ebdomadarius cum Observatoribus omnia tintinnabula sonare deberet. Deinde Archiepiscopus ascendit equum, & vadit ad Ecclesiam Sancti Ambrosii, ubi sanctum Corpus ejus requiecit, & ibi canit Missam de Confessoribus in honore suo, quia in hoc die migravit ex hoc seculo. Inter haec Magistri de Domo, qui vocantur Domestici, debent habere praeparatum Vas megnun, plenum aquâ calidâ juxta Fontes, in qua praedicti Cardinales, quum exeunt de Fonte, debent lavari in eodem Vase. Interim vero Diaconi Ebdomadarii debent ponere Calices & Patenas & thesaurum & cetera ornamenta Altaris super Altare in Ecclesiam Aestivam, Custodibus Ebdomadariis adjvantibus, & minor de Custodibus Ebdomadarius debet custodire haec omnia usque ad Missam finitam. Deinde ficità Missâ Archiepiscopus revertitur ad Fontes indutus Pluviali, & dicit hanc Orationem: *Celebratis & perficitis.* Sequitur Dominus Vobisum, & Responsorium, quod Archiepiscopus debet cantare excelsa voce ad cornu Altaris: *Sacri Fontis,* & versus similiter. Sequitur Processio à Fontibus in Ecclesiam Hyemalem, antecedente Schola Sancti Ambrosii cum Cruce argentea; & Ostiarius Ebdomadarius debet esse similiter cum Cruce aurea. Psallenda *Alleluja, Alleluja, Alleluja.*

A Versus Beati quorum cum ceteris versibus. Dum Psallentia cantatur, Presbyter Observator debet esse vestitus & praeparatus ad canendam Missam in Ecclesia Hyemali. Et hoc finito praedictus Presbyter dicit Orationem super Populum. Et statim Secundicerius ascendit Pulpitum, & legit Lectionem Actuum Apostolorum: *In diebus illis apertens Petrus os suum, dixit: Viri Israëlitae.* Et notandum, quia sicut iste praecedit in Lectione, omnes alii sequuntur vicissim legendō, unus in Ecclesia Aestiva, alter in Hyemali, usque ad Octavam Paschæ omni die, excepto in Pascha in Ecclesia Aestiva, quando Subdiaconus legit. Et tamen eodem die legit Lector in Hyemali Ecclesia. Finita Lectione Notarius cantat *Alleluja.* Versus in Ecclesiis. Epistola Paulus servus Christi. Alter vero Notarius subsequitur cantando *Alleluja de Domine regnum.* Versus, *Intrate.* Finito Evangelio Archiepiscopus indurus, sicut in die solemni, cum Clero suo, & cum Cruce aurea, antecedente Schola Sancti Ambrosii, vadit in Ecclesiam Aestivam cantando has Psallendas: *Redemit eos Deus, alleluja. Vidi aquam, alleluja.* Intonuit de coelo Dominus. Tum Archiepiscopus accedit ad Altare, & deosculatur Altare. & sic pergit in Tribunam ad stadium suum, & dicit ter: *Christus Dominus surrexit.* Et Chorus respondet excelsa voce: *Deo gratias.* Deinde revertitur ad Altare. & incipit Missam. Subdiaconus cantat *Alleluia* cum versu *Venite, exultemus.* Alter Subdiaconus cantat *Alleluja, Alleluja de surrexit.* In eadem Missa non dicitur *Gloria in excelsis Deo,* nec *Credo in unum.* Sed pax publice cunctis datur. Ad Vesperum Primerius Lectorum indutus Pluviali cantit

nit Responsorium. Missa finita, omnia ornamenta Altaris & vasa sacra & sacrificia & thesaurus Ecclesiae debet dimitti super idem Altare usque in alteram diem. Et scito, quia major Ostiarius & major Cicendelarius debent consignare & dare ad custodiendum Magistris de Domo, & ipsi debent custodire usque ad Matutinum. Eadem horâ praedicti Magistri debent reconsignare & dare omnia supradicta praedicto Ostiario & Cicendelario. Et sciendum praeterea, quod illi duo Custodes, qui porrexerunt aquam & manutergium Episcopo ad Fontes ad lavandum pedes puerorum, & ad extergendum eosdem, & tres Observatores, qui dederunt pueros Cardinalibus in Fontibus, & Ostiarius Ebdomadarius, qui in Processione portavit Crucem auream, omnes isti honorifice debent prandere cum Archiepiscopo.

De Die Paschae.

N die sancto Paschae Resurrectionis sonito signo, & Tertiâ cantatâ, Presbyter Observator canit Missam in Ecclesia Hyemali cum Diacono & Subdiacono Observatore. Pueri Magistri Scholarum canunt ambas *Alleluia*. Sed finito Evangelio, congregato Clero in Ecclesia Hyemali, Archiepiscopus indutus sacris vestibus, sicut ad Missam celebrandam cum Diaconis indutis Dalmaticis, & Subdiaconis indutis Albis, cum thuribulo & candelabris accensis, datis & porrectis à quatuor Cicendelariis, & cum Presbyteris Cardinalibus indutis Pluvialibus, & cum Primicerio Lectorum induto Pluviali, cum tabulis eburneis & columna virgulta intus cum foliis, & Magister Scholarum quatuor, & Ostiarius Ebdoma-

A darius, qui portat Crucem auream, & qui fert Scuticam Sancti Ambrosii; omnes isti induiti Pluvialibus, & Primicerius Presbyterorum induitus Planetâ, omnes isti praecedunt Arcam Testamenti, in qua sunt Libri veteris Testamenti & novi. Quam coopertam pallio portant duodecim Sacerdotes centeni Ordinis induiti tantum Camisio & Stola. Ante quam etiam & juxta Primicerius Presbyterorum fert thuribulum accensum cum incenso dato de Camera Pontificis. Et in capitibus hujus Arcae duo Lectores portant duas Cruces. Et hoc ordine procedunt ad Ecclesiam Aëslivam. Et ibi in Choro Archiepiscopus cum toto Clero cum magna reverentia inclinato capite transit sub Arcam. Sciendum est, quia in hac solemnitate, & in Pentecosten, & in Dedicatione majoris Ecclesiae, & in Natale Domini, & in Epiphania, major Custos osto minorum Custodum semper portat Textum Evangeliorum, & alter, qui sequitur, portat Librum. Praeterea si quando praedicti faciunt Ebdomadam, & alii, qui sequuntur faciunt istud. In sancta dicta solemnitate, Officio incepto, Cicendelarius Ebdomadarius porrigit panem azymum Subdiacono Ebdomadario, receptum de manubio Archiepiscopi, vel Camera ejus. Et ille dat quatuor Archipresbytero, & quatuor Archidiacono, Presbyteris & Diaconis Cardinalibus; & Primicerio Subdiaconorum & Presbyterorum & Notariorum & Lectorum, & Subdiacono, & Cicendelario Ebdomadariis, & Vicecomiti, & quatuor Magistris Scholarum, binos per unumquemque. Et quando dat, dicit omnibus per unumquemque: *Christus Dominus resurrexit*. Et respondent: *Deo gratias*, & osculantur il-

lum & panem. Similiter dat omnibus Subdiaconis, & quatuor Claviculariis, & Secundicerio, & summo Terminario, & duobus Lectoribus, qui portant duas Cruces in capitibus Arcae, & tribus Cicendelariis, singulis singulos. Et quando dat, dicunt & faciunt, sicut superius dictum est. In ultimo verò Officii Paschae canit *Alleluia*. Transitorium verò canit Chorus, Magistro Lectorum incipiente, reiterando cum *Gloria*. In eadem Pascha ad Vespertas Archiepiscopus induitur, sicut ad Missam, cum Diaconis indutis Dalmaticis, & Subdiacenis Albis, & cum Presbyteris Cardinalibus & Primicerio Lectorum, & Magistro Scholiarum Ebdomadario, indutis Pluvialibus. Et Diaconi portant Candela bra accensa. Incepto Hymno Archiepiscopus & Diaconi exeunt, & induuntur Pluvialibus. Et Subdiaconi similiter exiunt se. Sed unus Subdiaconus Ebdomadarius manet vestitus, sicut erat prius. Et sic vespientur in Epiphania, & in Carnevalis die Dominico ad Vespertas. Et sciendum, quia sic procedunt vestiti per totam Ebdomadam Paschae ab Ecclesia Hyemali in Ecclesiam Aestivam. Notandum est, quod in Albarum Feriis ad Missam pro baptizatis in Ecclesia Hyemali non canitur *Gloria in excelsis Deo*. Similiter sciendum est, quia in Feriis Natalis Domini non canitur in Ecclesia Hyemali *Gloria in excelsis Deo* ad Missam majorem, excepto in Natale Innocentum, aut quem Archiepiscopus ibi canit Missam. In Depositione Sancti Ambrosii Archieniscopus vadit cum Processione ab Ecclesia Aestiva usque ad Ecclesiam Sancti Ambrosii, indutus, sicut superius legitur, cum toto Clero hujus Ur-

A bis. Et statim quum exierit de Ecclesia Sancti Georgii, habens virgam Pastoralem in manu, incipit hanc Antiphonam excelsa voce versus Meridiem: *Dic ut nunc Judaei*. Et Primicerius Lectorum statim sequitur, subsequentibus suis. Sabbato in Albis ad Vesperum, quando Archiepiscopus cum Clero vadit de Ecclesia Aestiva in Ecclesiam Sancti Johannis Baptiste, facit signum Crucis super Fontes, & statim minor Ostiarus aperit Fontes, ut mos est. Et alter Ostiarus aperit Fontes in die Sabbathi post Pentecosten. Et duo minores Presbyteri de Centenario numero debent discooperire capita puerorum, stantes in valva Ecclesiae Sancti Johannis, dicentes: *Benedic vos Dominus de Sion & videatis quae bona sunt Hierusalem omnibus diebus vitae vestrae*.

De Diebus Letaniarum.

N primo Die Letaniarum, duo maiores Custodes octo minorum debent adquirere cinerem mundum & cribratum, quem Presbyter Ebdomadarius debet sarcificare. Et si isti duo praedicti Custodes fortè fuerint Ebdomadarii, alii duo, qui sequuntur, adquirere debent cinerem, & cetera officia facere. Benedictio cineris: *Omnipotens & misericors Deus*. Finita benedictione, & incepitis Letaniis unus praedictorum Custodum porrigit cinerem Archiepiscopo, quem ipse imponit in modum Crucis super capita majorum Clericorum & Primicerii Presbyterorum & Archidiaconi. Dein Primicerius Presbyterorum ponit cinerem super capita Presbyterorum & Clericorum sibi subditarum. De cetero verò Laicis & Mulieribus etiam,

prae-

praedicto Custode semper portante & porridente cinerem usque ad Sanctum Simplicianum. Et idem Custos cum socio suo semper porrigit Evangelium Levitae. & libro Evangelio resumit, & imponit Altari & dicit: *Silentium habete.* in Ecclesia Sancti Ambrosii. & Sancti Laurentii, & Sancti Nazarii. Antiphona *Parcite fabulis* post salutationem. Et in his tribus diebus Ebdomadarii majores Ostiarii vicissim portant Crucem auream ante Presbyteros & Diaconos Cardinales, & unus illorum semper debet prandere cum Archiepiscopo. In tertio vero die duo. Et illi duo, qui sunt post illos, qui portant cinerem, debent portare unam Crucem ante Notarios, & prandere debent cum ipsis. Et duo minores similiter Ebdomadarii portant Crucem vicissim ante Primicerium Presbyterorum, unus quorum in die tertio cum ipso prandebit, & dabit duodecim Denarios. Similiter duo minores Ostiarii vicissim portant Crucem ante Vicecomitem, & unus in die tertio tantum prandebit cum ipso. Notandum etiam, quia Archiepiscopus in his duabus sumit Evangelium ab omnibus Altaribus, ante quae orat, & dat Subdiacono prius missum semper in Altari ab eodem Subdiacono. Et similiter omnes Subdiaconi vicissim portant Evangelium & baculum Sancti Ambrosii per omnes Ecclesias, & Ordinarioli etiam vicissim portant Albam rubeam & baculum. Cicendelarii quoque vicissim portant Pallium, & cooperiunt Altaria, excepto Ebdomadario. Et secundum, quia Secundicerius legit primam Lectionem, & Lector Responsorium. Deinde Notarius legit secundam Lectionem, & Lector Responsorium. Et sic vicissim cantant

& legunt usque ad ultimum, exceptis quatuor Lectionibus Primicerii Lectorum, videlicet ad Sanctum Victimatum ad Corpus, & ad Sanctum Stephanum, & ad Sanctum Eustorgium, & ad Sanctum Georgium. Et Diaconi similiter vicissim legunt Evangelia. Et Rotularius Archiepiscopi semper portat rotulum, & ministret Archiepiscopo. Sed si Archiepiscopus defuerit, Ostiarius, qui portat Crucem auream, fert ipsum rotulum, & ponit super singula Altaria, a quibus Sacerdos ausert, & dicit Orationes. Et Capellanus Sancti Michaëlis de Domo porrigit Archiepiscopo Cannellam uam, & duas Oblatas, & Primicerius Decumanorum duos Denarios, quos Archiepiscopus ponit cum Cannela per singulas Ecclesias super Altare & dicit: *Requiem aeternam dona ei, Domine, & lux perpetua luceat ei. Anima ejus requiescat in pace.* Et Diaconus, qui in aliqua Ecclesia lectorus est Evangelium, vadit cum Archiepiscopo per singula Altaria ad Orationem cum Subdiacono, qui portat Evangelium & fustem. In eisdem diebus omnia de quotidiano ad Matutinum & ad Vesperum, excepto Responsum proprio ad Vespertas in primo die & in secundo. Finitis Lectionibus non dicitur *Benedicat & exaudiat nos Deus* in primo die, aut in secundo, sed tantum Missa incipitur & canitur sine Officio, excepto Cantico. In die vero tertio finiuntur cum *Benedicat & exaudiat nos Deus*. Ad Vespertas finito Cantico *Magnificat*, & Oratione, sequitur decem vicibus *Kyrie. Benedicat & exaudiat nos Deus.*

De Vigilia Pentecostes.

IN Vigiliis Pentecosten quatuor minores Lectores debent legere quatuor Lectiones & Lectores debent cantare Psallendam: *Tui sunt Coeli, & Benedictus Dominus jussu Primicerii sui.* In eadem Vigilia Sarcitectus emundat Fontes. Et duo minores Ostiarii trahunt aquam cum hydria & fune sumta ab Archiepiscopo, & Archiepiscopus ducit ad Fontes. Et quatuor Ostiarii debent habere octo Panes, & quatuor frusta Casei, & unum Starium vini. Et duo majores Ostiarii debent ligare quadraginta & unam tabulas cereas sumtas à Cimiliarcha, in modum Crucis super Fontes cum filo sumto à Monacha ipsius Ecclesiae Sancti Stephani. Et super tabulas ponunt Copallos cereos tredecim cum candelis intus positis, quas duo minores Ostiarii accendent. Et hoc fit, quando Archiepiscopus accedit ad Fontes ad sanctificandum aquam. Pro quo Officio Judicatum est factum in loco Casoreto, ex quo quatuor praedicti Ostiarii cum Capellano ejusdem Ecclesiae, & cum Sarcitecto mundatore Fontium, & Rector honeste insimul reficiuntur. Cantato Cantico, & dicta Oratione, Archiepiscopus vadit in Secretarium, & induit se paludamento Baptismali, & praecingit se manutergio cum cingulo, nexus veniente à sinistro latere in similitudinem * ensi. Et similiter nexum sandaliorum facit juxta calcaneum in similitudinem calcarium. Et sic incedit ad Fontes sine Processione, habens mythram in capite, antecedente Subdiacono Ebdomadario, ducente eum. Eodem modo facit consecrationem Fontium, & Condicium, & cetera,

A quae convenient, sicut in Sabbato Sancto, excepto quod in Sabbato Sancto baptizantur tres pueri, in hoc tantum duo. Sed sciendum est, antequam Chrisma mittatur in aquam, duo majores Ostiarii debent colligere praedictas tabulas & copallos, & debent consignare Cimiliarchae. Et ille similiter debet dividere cum Presbyteris & Diaconis Cardinalibus pariter, & aequaliter tabulas. Sed Archipresbyter & Archidiaconus debent habere duplum. Finito Baptismo à minore Presbytero & Diacono Cardinali, Archiepiscopus induit se sacris vestibus cum Diaconis & Subdiaconis ad canendam Missam. & ibi ante Altare, quod est juxta Fontium, salutat, & Diaconus Ebdomadarius incipit hanc Psallendam: *Dominus regit me, Primicerio Lectorum subsemando cum suis, & sic vadit in Ecclesiam Hyemalem ad canendam Missam, antecedente Schola Sancti Ambrosii cum Cruce argentea, & Ostiario Ebdomadario ante Presbyteros Cardinales cum Cruce aurea.* Sed sciendum est, quod in hoc die Archiepiscopus debet dare tabulas cereas hoc modo: Primicerio Subdiaconorum, & Primicerio Presbyterorum, & Notariorum, & Lectorum, & quatuor Magistris Scholarum binas. Sed Subdiaconis, & Notariis, & Lectibus, & Custodibus, & Veglionibus, maribus & feminis singulas. Sed duabus majoribus Custodibus, & majori Veglionum & majori Vetularum binas. Sciendum est, quia duo minores Custodes debent portare tabulas sumtas de Camera Pontificis ad Monasterium Sancti Ambrosii sex, & ad Monasterium Sancti Victoris, & Sancti Vincentii, & Sancti Simpliciani, & Sancti Dionysii quaternas. Alii duo, qui sequuntur, similiter portant tabulas

tabulas sumtas de supradicta Camera ad Monasterium Majus sex, & ad Monasterium Novum, & ad Monasterium Dithei & Lantasi, & Gismonis, & Sanctae Radegundae similiter quaternas.

De Dominica Pentecosten.

IN Pentecosten sonito signo & Terram cantata Presbyter Observator cantat Missam in Ecclesia Hyemali. Finita Ingressa Lectio legit Lectionem Aetuum Apostolorum: Petrus & Jobannes ascendebant. Versus in Alleluja: Emitte Spiritum tuum. Observator Diaconus legit Evangelium in majori tono: *In novissimo die magno.* Finito Evangelio Archiepiscopus induitus sacris vestibus quasi ad canendum Missam cum Diaconis induitis Dalmaticis, & Subdiaconis induitis Albis. & cum omnibus Presbyteris Cardinalibus & cum Primicerio Presbyterorum & Lectorum, & Magistro Scholarum Ebdomadario, & qui portat Textum Evangelii, & qui fert Crucem auream, omnibus istis induitis Pluvialibus, procedit in Ecclesiam Aestivam. Finita Ingressa, major Subdiaconus legit Lectionem Aetuum Apostolorum: *Dum complerentur dies,* & dum haec Lectio legitur, Archiepiscopus sedens in tribunal accendit duos cereos, sicut legitur, & agitur in Natale Domini.

De Letaniis Sancti Gregorii.

IN festivitate Sancti Marci Archiepiscopus cum omni Clero suo finito Evangelio majoris Missae in Ecclesia Sancti Naboris, ante ipsum Altare incipit Processionem usque ad Sanctum Victorem, qui dicitur ad Corpus. Antiphona: *Domine Deus vir-*

Atutum, peccavimus ante te, Deus. Misericordia omnium; qui fecisti magnalia. Circumdederunt nos mala. Si tecumsem praecepta. Iniquitates nostras agnoscamus. Vide Domine afflictionem; Liberator noster. Sequitur Lectio in Ecclesia Sancti Victoris. Deinde sequitur Oratio: *O omnipotens sempiterne Deus,* cui sine fine. Responsorium: *Te deprecamur, Domine.* Versus: *Domine exaudi.* Antiphona ab Ecclesia Sancti Victoris in Ecclesia Sancti Gregorii medietate viam: *Domine, inclina aurem tuam.* *Exsurge, libera Deus.* Cor nostrum conturbatum est. Domine Deus mirabilis. Sequitur Letanias Oratio: *Infirmitatem nostram.* Responsorium. *Te Domine.* Versus; *Vita nostra in dolore.* C Sequitur, *Agnus Dei.*

De Inventione Sanctae Crucis.

IN Inventione Sanctae Crucis Observator Cicendelarius portat Crucem auream gemmatam involutam manutergio ad Sanctam Mariam ad Circulum, ubi festum celebratur. Et ibi ponit ante Altare super quodlibet stadium. Et statim Presbyter osculatur eam, qui cantaturus est Missam, quando accedit ad Altare. Deinde ceteri similiter. Et ipsemet Custos portat eamdem Crucem ad Sanctum Petrum in Vinea cum Subdiacono & Diacono Observatore. Et ibi Subdiaconus expoliat se Cappa, & Camisio tantum induitus portat Crucem honorifice usque ad Majus Monasterium, tintinnabulis ejus semper sonantibus.

De Natali Sancti Victoris.

IN Natali Sancti Victoris, Procesio fit de Ecclesia Aestiva ad Sanctum Victorem Coelum Aureum. id est

dest ad Sanctum Satyrum, ubi ejus Corpus requiescit. Et ibi Presbyter Observator debet cantare Missam usque ad Epistolam: *Affecutus es.* Statim quum Processio venerit in Chorum, Puer Magistri Scholarum incipit *Alleluia. Deposuisti.* Et Observator Diaconus dicit Evangelium, praecedente eum Observatore Subdiacono cum cereo & incenso. Finito Evangelio Diaconus Ebdomadarius incipit Psallentiam, & vadit ad Sanctum Vitoorem, qui dicitur ad Corpus. In vigiliis Translationis Sancti Nazarii 2d Vesperum finita Oratione post *Magnificat*, Diaconus incipit Psallendam in Ecclesia Sancti Celsi, & canendo vadunt usque ad Sanctum Nazarium, qui dicitur *ad Corpus*. In altero die, sonito signo, Archiepiscopus cum toto Clero vadit ad Sanctam Euphemiam sine Processione. Et ibi Diaconus incipit Psallendam, praecedente Schola Sancti Ambrosii cum Crucifixu argentea, & Ostiarius Ebdomadarius cum Crucifixu aurea usque ad Sanctum Celsum in eadem Ecclesia S. Celsi. Presbyter Observator debet prius incoepisse Missam usque ad *Alleluia*, quam Puer Magistri Scholarum canit statim, quum fuerit Processio in Choro: *Deposuisti.* Et ibi dicitur Evangelium: *Simile est Regnum Coelorum thesauro*, ab Observatore Diacono in quotidiano tono, in Ecclesia Sancti Nazarii in majori tono. Finito Evangelio Clerici de Barzanone deferunt Archiepiscopo Cereum unum ponderis unius librae. Et Cicendelarius Ebdomadarius, & Observator porrigit duo Candelabra accensa, sumpta a Cimiliarcha Subdiacono Ebdomadario, & Observatori indutis Albis. Post hanc Archiepiscopum habens virgam Pastoralem in manibus, ad Ulmum incipit hanc An-

A tiphonam excelsa voce: *Ad Dominum meum clamavi.* In Vigiliis Translationis Sancti Victoris ad Vesperum finita Oratione post *Magnificat* Ordinarii procedunt ad Ecclesiam Sancti Naboris, & statim postquam sunt extra Ecclesiam, Cicendelarius Ebdomadarius tollit candelabra de manibus Subdiaconorum, & extinguit. In altera verò Ecclesia ad Regias dat eadem accensa. Et eodem modo fit in Translatione Sancti Nazarii in Vigiliis. In altero die, sonito signo, totus Clerus procedit ad Sanctum Vitoorem ad Ulmum, ubi Presbyter Observator facit Missam & Lector legit Passionem incipiens ibi, ubi dicitur: *Post dies sex.* Finito Evangelio Diaconus incipit Psallendam usque ad Sanctum Vitoorem ad Corpus, duobus Subdiaconis Ebdomadario & Observatore, indutis Albis, ferentibus duos cereos accensos porrigatos a duobus Cicendelariis Observatore & Ebdomadario, sumtos a Cimiliarcha. Et finito Evangelio, Cerrei sunt illorum, qui ferunt eos.

De Assumptione Sanctae Mariae.

Non Assumptione Sanctae Mariae Presbyter Observator canit Missam in Ecclesia Hyemali. Lector legit Letationem Libri Sapientiae: *In omnibus requiem.* Subdiaconus Ebdomadarius Epistolam, Observator Diaconus legit Evangelium: *Intravit Dominus in quoddam Castellum.* Finito Evangelio Archiepiscopus cum toto Clero vadit ad Ecclesiam Sancti Simpliciani indutus, sicut legitur. Finita Psallentia in atrio ejusdem Ecclesiae Presbyter Observator debet cantasse Missam usque ad Epistolam super Altare Sancti Johannis de Dedicatione minori. Post haec statim quum intrat

541 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 542

trat Chorum Sancti Johannis, Puer Magistri Scholarum canit Alleluja cum versu: *Templum Domini.* Observator Diaconus legit Evangelium: *Egressus Dominus Jesus perambulabat Jerico.* Finito Evangelio procedit ad Altare Sancti Simpliciani. In primo Sabbato mensis Octubris, Ebdomadarii canunt Psallendam in Ecclesia Hyemali, & in Psallenda dicunt Orationes illas, quae sunt in ferialibus in Baptisterio, incipientes ab illis, quae sunt in Dominicis diebus in Matutinis. Et Notarius canit primum Responsorium: *Tua est.* Postea Secundicerius canit secundum: *Domine misere nobis.* Et Presbyter, & Diaconus, & Subdiaconus canunt Missam ipsius diei; quod Officium fit pro Exaltatione Sanctae Crucis, secundum Judicatum Tadonis sapientis, quod instituit pro remedio animae sae. Item canunt Vesperum hujusmodi in Hyemali Ecclesia, & dicunt Orationes, quae sunt in Exaltatione Sanctae Crucis. Antiphonam in Choro ad Vesperum Demoretur. Hymnum; *Deus Creator omnium.* Responsorium: *Agnus Dei Christus.* Versum: *Christus factus.* Antiphonam: *Crucem tuam.* Versum: *Deus misericors.* Antiphonam: *Adoramus Crucem.* Versum: *Abhacit pavimento anima mea.* Laudamus te. Psallendam: *O Crux benedicta.* Finito Vespero totus Chorus major honorifice debet habere fruges & vinum ab illo, qui tenet Judicatum de praedicto Tadone. In altero die, sonito signo, omnes majoris Ordinis vadunt ad Sanctum Ambrosium sine Processione, Ostiarius Ebdomadarius cum Cruce aurea, & Observator cum Cruce argentea, & unus minorum Custodum portat Pluviale, & Presbyter induitus Pluviali. Diaconus Ebdomadarius incipit ibi Psallendam.

Tom. XI.

A usque in Ecclesiam Aestivam: *Septies in die. Domine, Deus virtutum. Extollite signum. Crucem tuam. Adoramus Crucem. Laudamus te, Christe.* Et Observatores faciunt Missam in Ecclesia Aestiva de Dominicis. Finito Evangelio Ebdomadarius vadit in Ecclesiam Hyemalem, & Ostiarius Observator debet accendere super Crucem quinque candelas, & Schola Sancti Ambrosii totidem. Psallenda: *Sub tuam misericordiam. Sub tuam protectionem. O Crux benedicta. Ingressa: O Crux illa. Psallenda: Agnus Dei, Christe. Epistola: Hoc sentite in vobis. Versus in Alleluja. Venite, & audite. Evangelium: Factum est, quum haec verba diceret Dominus Jesus, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit. Antiphona post Evangelium: In manus tuas, Domine. Offertorium: Nos autem gloriari. Confractorium: Laudamus te. Transitorium: Sicut missus es.*

D *De Sabbato ante Dedicationem Majoris Ecclesiae.*

E N Sabbato ante Dedicationem Majoris Ecclesiae finita Oratione in Baptisterio Diaconus incipit: *Templum Domini.* Psallenda usque ad regias Hyemalis Ecclesiae. Archiepiscopus autem ibi quum ad illas per venerit, statim genua ante illas flet, & Ostiarius Ebdomadarius stat introsum clausis regiis. Similiter duo Ostiarii Observatores stant in aliis duabus minoribus januis clausis, & Oratione peracta Archiepiscopus surgit, & pulsat virgâ suâ Pastorali praedictas regias sic dicendo: *Tollite portas principis vestri, & elevamini portae aeternales, & introibit Rex gloriae.* Tunc praedictus Ostiarius respondet: *Quis est iste Rex gloriae?*

M m

Archie-

Archiepiscopus respondet: Dominus fortis & potens, Dominus potens in proelio. Et iterum percutit praedictas regias, & dicit: Tollite portas principis vestri, & elevamini portae aeternales, & introibit Rex gloriae. Et Custos respondet: Quis est iste Rex gloriae? Archiepiscopus subiungit: Dominus virtutum ipse est Rex gloriae. Et iterum percutit praefatas regias. Et statim praedictus Custos aperit, & ceteri similiter. Et Primicerius Lectorum incipit hanc Psallendam excelsa voce: Intrate portas eius. Hac finita Primicerius Notariorum incipit sequentibus suis: Sicut erat. Finito Vespere Archiepiscopus dat omnibus vinum & fruges honorifice. Et notandum quia duo minores Officiarii in hoc Sabbato debent portare Lectorium, & scabellum ejus de Ecclesia Aestiva in Hyemalem. Similiter & faciunt in Sabbato Sancto ab Hyemali in Aestivam. In altero die sonito signo, congregato Clero in Ecclesia Aestiva, Observatores faciunt ibi Missam de minori Dedicatione. Epistola: Dei sumus adjutores. Versus in Alleluja. Templum Domini. Evangelium: Quum intrasset Dominus Jesus Hierosolymam, commota est universa Civitas, dicens. Finito Evangelio Archiepiscopus procedit in Ecclesiam Hyemalem cum toto Clero eodem modo, sicut pergit de Hyemali in Aestivam in die Resurrectionis. Ferriâ secundâ post Dedicationem Ecclesiae instituit Dominus Olricus bonaë memoriae Archiepiscopus Commemorationem & Officium fieri omnium fidelium Defunctorum in Ecclesia Mediolanensi pro animae suaे remedio, quod hoc ordine celebratur. Finito itaque supradictâ diei Matutino omnia tintinnabula Ecclesiae pulsantur, & Matutinum Defun-

A torum publice cantatur. Simili etiam modo facto mane Missa ubique Defunctorum tantum voce excelsa celebratur. His verbis finitis, & sonito signo, univerlus Clerus Urbis convenit in Eccleham Aestivam cum Praelule suo, ut vadat cum Procesione in Eccleham Hyemalem. Psallenda: Dei genitrix. Sicut promisisti. Exsurge, libera. Ascendant ad te. Christe, tuus. Miserere nobis. Non est aliud. Ne oblioscaris. Deus, qui conteris. Liberasti. Sub tuam misericordiam. Sub tuam protectionem. Rubrum, quem. Ingressa: Requiem aeternam. Te decet. Item Lætio Libri Macchabaeorum: In diebus illis vir fortis. Psallenda: De prouina. Epistola: Sicut portavimus. Cantus: Domine exaudi. Evangelium: Nemo petit venire.

De Vigilia Natalis Domini.

Non Vigilia Natalis Domini quatuor Cicendelarii debent luscipere de Camera Archiepiscopi quatuor fusculi lini, de quibus duo minores Cicendelarii debent facere duas lampadas: de residuis vero habent inter se ad opus lychnorum cicendelorum illorum, in quibus oleum ponitur de Camera Archiepiscopi. Similiter etiam minor Cicendelarius habet duodecim Denarios de eadem Camera in opus plumbinorum, qui per totum annum sunt necessarii in supradictis cicendelis. Et iidem Cicendelarii minores ponunt cicendelos per partes Ecclesiae, sicut mos est, cum catenulis eorum sumtis a Cimiliarcha, & ponunt vinum in phialis, & in grossis cicendelis sumtum de Camera praedita. Et item oleum ponunt in praeditis cicendelis sumtum de Camera eadem. Sed major Cicendelarius

D

E

rius

545 DISSESSATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA: 546

rius debet praeparare & accendere maxime illos, qui sunt positi in Chori corona. Alter verò praeparat lucernam de oleo sumto de Camera Domini Archiepiscopi, ex qua Lectiones leguntur. Ideo minores praeparant ferletos & phialas, ita ut Subdiaconi possint eas accendere in Matutinis. Postea omnes insimul praeparant stellam, & accendunt. Et notandum est, quod quatuor minores Lectores legunt quatuor Lectiones ad Officium ante Missam. Et pueri Magistri Scholarum canunt Canticum & Psalmellos, excepto *Tui sunt Coeli*, in hac Vigilia, & *Benedictus* in Vigiliis Epiphaniae, & iterum *Tui sunt*. & *Benedictus* in Sabbato Pentecosten, quos Lectores canunt iussu Primicerii sui. Finita majori, omnes duodecim Custodes debent in domo prandere cum Archiepiscopo; similiter & in Vigilia Epiphaniae. Horà verò undecimè Ostiarius Ebdomadarius, & alii duo minores sonant Diligentium iussu Archiepiscopi. Congregato Clero in Ecclesia Hyemali Diaconus incipit *Laudabilis laudabis* ante Altare. Clerus sublequitur; *Benedictus es, Domine, totum.* Tunc Ebdomadarius Cicendelarius dat thuribulum accensum cum incenso Subdiacono, & Subdiaconus Diacono. Diaconus verò adolet circa Altare. Finito *Benedictus es*, Archiepiscopus vel Presbyter Ebdomadarius dicit hanc Orationem: *Vide, quae sumus, Domine.* Hac finita Capellanus Sancti Michaëlis in Domo repraesentat Archiepiscopo duas cannellas cum totidem oblatis, Primicerio verò Decumanorum Denarios duos, quos Archiepiscopus, aut Presbyter ponit super Altare cum cannellis & oblatis, & dicit: *Requiem aeternam dona ei, Domine, & lux perpetua luceat ei.*

A Anima ejus requiescat in pace. Amen. Tunc Subdiaconus tollit thuribulum de manu Diaconi. Et statim pergunt ad Ecclesiam Fontium, quae dicitur Sancti Stephani, & ibi ante Altare ejus per omnia faciunt, sicut fecerant ante Altare Sanctae Mariae. Dicunt hanc Orationem: *Ad aures.* Deinde statim revertuntur in Secretarium. Et Cimiliarcha honorifice dat omnibus vinum, duobus minoribus Custodibus eis propinanibus. Post haec pergunt ad Sanctum Joannem, qui dicitur ad Fontes, & faciunt idem, & idem dicunt, cum hac Oratione: *Exaudi nos, misericors Deus.* Postremo vadunt ad Sanctum Michaëlem in Domo, & dicunt hanc Orationem: *Os nostrum, Domine, gaudio, Subdiacono Ebdomadario semper praecedente eos cum thuribulo accenso, & eunte super cimiteria cum Septimanali Cicendelario, ac dicente: Requiem aeternam. Et illo respondente: Et lux perpetua luceat eis.* Respondeat Subdiaconus: *Animae istorum requiescant in pace.* Et cannellae, quae sunt super Altare Sanctae Mariae, sunt quatuor Cicendeliorum, Denarii verò Decumanorum. Et sciendum est, quia hoc Diligentium eodem modo fit in Epiphania, & eodem ordine.

E In sero verò Subdiaconus Ebdomadarius dat vinum cum frugibus octo Custodibus majoribus, & duobus minoribus Ebdomadariis, & ligna ad ignem per totam noctem, quantum sufficiunt. Deinde dant eis prandium unum optimum, quando voluerint. Similiter Subdiaconus, cuius Ebdomada fuerit in Epiphania, faciet idem. Sonito signo Matutino, quatuor Cicendelarii accendunt insimul Stellam, & major accedit coronam, quae est in Choro. Incepto Matu-

tino, & Benedictus es, Cicendelarius porrigit duos cereos Rotulario Archiepiscopi, & unam candelam accensam. Et ille dat Archiepiscopo cereos, ut accendat, illo Subdiacono tenente candelam, & Custode tenente papyrus. Tunc statim Archidiaconus sumit cereos de manu Archiepiscopi, prius osculando manus ejus, deinde os, Archiepiscopo dicente: *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis*, illo respondentem *Deo gratias*. Et Cicendelarius Ebdomadarius suscipit eos de manu Archidiaconi, & ponit ante Altare, & isti per totam Ebdomatam ante Altare ad Matutinum; deinde feruntur in Camera, unde exierant. Et postquam accederit, statim Archiepiscopus donat poma citrina duo Archipresbytero, & duo Archidiacono, singula Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, & Primicerio Subdiaconorum, & Primicerio Decumanorum, & Primicerio Notariorum, & Lectorum, & Magistro Scholarum Ebdomadario. Et quando haec donat Archiepiscopus dicit: *Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis*. Et ipsi respondent: *Deo gratias*. Et osculantur sibi manus & os. Sciendum est, quia minimus Lector indicat primam turmam ad Matutinum, secundus secundam, tertius tertiam, quartus in Sancti Stephani, quintus in Sancti Johannis, sextus in Natale Innocentium, septimus in Sancti Jacobi, octavus in octava Domini. Nonus similiter indicat in Epiphania ad Matutinum primam turmam, decimus secundam, summus Terminarius tertiam. Et illi Lectores, qui annuntiant ultimas Antiphonas in turmis, vadunt in Secretarium vocare eos, qui lecturi sunt primam, & ipsi exeunt in singulis turmis,

A praecedente eos secundo Cicendelario cum lucerna accensa usque ad Ambonem. Et ibi deponit lucernam in apto loco, ut bene possit videri a legentibus, & ibi juxta moratur, ut eam praeparet cum forcipibus suis, ut non impedit legentes. Nec praeter undum est, quod Subdiaconi duo vicissim in singulis turmis cum lampadibus accendant cicendelos, accensis & porrectis a duobus minoribus Cicendelariis in Secretario. In prima turma accidunt ferletos, qui stant in parietibus, praecedentibus eos praedictis Cicendelariis, & ostendentibus eis lychnum cum virga in singulis parietibus. In secunda turma accidunt phialas in parietibus eodem modo. In tertia turma phialas, quae stant ante Chorum eodem modo. Et ibi statim postquam ita accenderint, praedicti Cicendelarii tollunt lampadas de manibus illorum, praecedentes eos usque in Secretarium, & ibi extingunt eas in oleo sumto de Camera Archiepiscopi. Et haec omnia agunt in Epiphania eodem ordine, excepto quia poma non dantur. Finito Matutino Archiepiscopus induitur Pontificali more ad canendum Missam cum Diacono & Subdiacono Ebdomadario in rote, & Cimiliarcha debet esse Officiator Missae. Ingressa: *Laetare nunc sterilis*. Post Ingressam Archiepiscopus salutat & dicit: *Gloria in excelsis Deo*. Post Orationem dictam Subdiaconus legit Epistolam in latere Altaris: *Postquam venit plenitudo*. Versus in Alleluja: *Domine Deus meus*. Evangelium similiter in latere Altaris in quotidiano tono: *Erat lux vera, quae*. Antiphona post Evangelium: *Gaudemus omnes*. Offertorium: *Spiritus Domini super me*. Finita Oratione, super sindonem Cimiliarcha offert panem & vinum,

vinum, sicut Schola Sancti Ambro-
fi. Confractorium: *Quis est iste, qui
venit.* Transitorum: *Hic est Salva-
tor, quem.* Sed finitā Missā, duo
minores Cicendelarii extingunt om-
nes cicendelos, quibus Archiepisco-
pus oleum impendit. exceptis illis,
qui necessarii sunt in die. Mane so-
nito signo, omnes Presbyteri, &
Diaconi Cardinales induiti Pluviali-
bus vadunt ad Curiam Domni Ar-
chiepiscopi. Et ille singillatim susci-
pit eos dicendo: *Puer natus est nobis,
& Filius datus est nobis.* Hi sic re-
spondent: *Deo gratias,* osculantes ei
manus & os, demum residentes.
Et hoc peracto videntibus cūctis,
dat Vicecomiti Ferulam. & Chiro-
thecas, & duas Chirothecas Ostiario,
qui est domesticus Magister. Et si-
militer dat Chirothecas, & unum
bonum cereum illi, qui in ipso die
impositurus est mensae suae prius fer-
culum, id est Sodigam quae fertur
a Sancti Ambrosii Abbe. Et hic
est de cognatione T-zonis de Cano-
bio. Et scito, quia haec talis rece-
ptio, & talia dona similiter fuit in
die Paschae, excepto quod in osculo
dicitur: *Christus Dominus resurrexit.*

Deinde cum istis omnibus desen-
dit in Chorum ad canendam Ter-
tiam. Finitā Tertiā vadit in Serre-
tarium, & induit se sacris vestibus
quasi ad canendam Missam, cum
Diaconis indutis Dalmaticis, & Sub-
diaconis indutis Albis, & cum om-
nibus Presbyteris Cardinalibus, &
cum Primicerio Decumanorum &
Lectorum, & Magistris Scholarum
quatuor, omnibus indutis Pluviali-
bus. Et unus Diaconorum ponit Sto-
lam super Planetam. Illo vero indu-
to, duo Diaconi per manus ducentes
Archiepiscopum circumdant, ex qui-
bus primus a dextris est, qui inci-

A pit Psallendam secundam, quae fuit
in Matutinis. Et canendo exeunt de
Secretario, Subdiaconis praecedenti-
bus usque ad Altare cum thuribulis
& candelabris accensis datis per ma-
nus quatuor Cicendeliorum. Et statim
Magister Scholarum dicit: *Glo-
ria Patri,* reiterando cum Pueris suis
praedictam Psallendam. Et statim
praedictus Custos pulsat Tertiam in
Choro. Et Ostiarius Ebdomadarius
cum Ostiariis Observatoribus perso-
nat in Campanili. Major Subdiaco-
nus legit Lectionem in hac solemniti-
tate, & in Epiphania, & in Domini-
nica in caput Quadragesimae & in
Pascha Resurrectionis, & in Pente-
costen, & in Dedicatione majoris Ec-
clesiae. Et dum haec Lectione legi-
tur, Observator Ostiarius represe-
ntat Rotulario Archiepiscopi duos cereos
lumtos de Camera ejus, & candela-
lam unam accensam, quos ponit in
manibus Archiepiscopi. Qui dum eos
accendit, Rotularius tenet candalam
succensam. Et ex altera parte praedictus
Ostiarius sustinet papyrus. Et
illis accensis Archidiaconus lumen eos
de manibus Archiepiscopi, & idem
Custos de manu Archidiaconi, & po-
nit super Crucem, qui finitā Missā
dantur Cimiliarchae. Et hoc totum
fit in hac Solemnitate, & in Epiph-
ania, & in Resurrectione, & in Pen-
tecosten, & in Dedicatione majoris
Ecclesiae. Et sciendum est, quia in
quinque his supra dictis Solemnitati-
bus Archiepiscopus sedet in Tribuna-
li Ecclesiae ad Missam majorem ab i-
nitio Lectionis usque ad melodias fi-
nitas. Et in supradictis Solemnitati-
bus minor Diaconus legit Epistolam,
secundus canit *Alleluja*, tertius dicit:
Parcite fabulis, ad cornu Altaris ante
Evangelium. Archidiaconus legit E-
vangelium in majori tono, aliis Fe-
stis

stis verò in quotidiano tono. Simili-
ter in Sabbato Sancto, & in Feriali-
bus Paschae legitur in majori tono
in Ecclesia Hyemali, in Aestiva verò
in quotidiano tono, excepto in Sab-
bato Sancto, quia legitur in majori
tono in utrisque matris Ecclesiae.
Praevidendum est, quod in Epiphania
festum lectum Evangelium debet
Diaconus, qui legit Evangelium in
Pulpito, adnunciare Pascha, Primicerio
Lectorum apud eum stante, &
sibi indicante, sic dicendo: *Noverit
caritas vestra, Fratres carissimi, quod
annuente Dei & Domini nostri Iesu
Christi misericordia tali & tali die
Pascha Domini celebramus.* In eadem
die Epiphaniae ad Vesperum Archie-
piscopus induitur sicut ad Missam
canendam cum Diacono & Subdiacono
iudutis Albis & Dalmaticis, &
cum omnibus Presbyteris Cardinali-
bus, & Primicerio Decumanorum,
& Lectorum, & Magistro Scholarum,
qui tenet Ebdomadam, vestitis
cum Pluvialibus. Et exeunt taliter
de Secretario, praecedentibus Subdia-
conis cum thuribulis & candelabris
usque in Chorum. Et ibi ad stadium
suum incipit Vesperum, sicut mos
est, Subdiaconis flantibus post Alta-
re, & Diaconis ad cornu Altaris.
Tunc Primicerius Lectorum paululum
semotus à loco suo infra Chorum
incipit Antiphonam in Choro, Le-
ctoribus circumstantibus in modum
coronae, ipso meditante manu &
voce descensionem Antiphonae & a-
scensionem: Simili modo finitā An-
tiphonā Magister Scholarum vicissim
cantat eamdem cum Pueris suis,
meditando super ab altera parte Cho-
ri. Deinde Primicerius intonat eam-
dem cum *Gloria*. Postremo Magister
similiter cum *Sicut erat*. Hac An-
tiphonā finitā salutat Archiepisco-

A pus, & Magister pergit in medium
Chori cum Pueris suis ad canendum
Hymnum vicissim cum Choro, & re-
spondendo cum meditatione de *Per-
veniamus*. Interea Archiepiscopus e-
xuit se sacris vestibus suis, & induit
se Pluviali. Et Diaconi revertuntur
in Secretarium, antecedentibus Sub-
diaconis cum thuribulis, & exunt
se vestibus suis, excepto Subdiacono
Ebdomadario, qui manet vestitus ad
ferendum incensum post Responso-
rium, & in *Magnificat*, candelabra
accensa. Sed Diaconi revertuntur in
Chorum induti Pluvialibus. Finito
Vespere habere debet torus Chorus
vinum & fruges cum Archiepiscopo.

B

C

D

E

De Purificatione Sanctae Mariae.

In Vigilia Purificationis Sanctae
Mariae, Archiepiscopus hoc mó-
do dat candelas, Archiprestero
quatuor, Archidiacono quatuor; Pre-
sbyteris, & Diaconis Cardinalibus,
& Primicerio Subdiaconorum, &
Notariorum, & Primicerio Lecto-
rum, & Magistris Scholarum binas;
Subdiaconis, Notariis, Lectoribus,
Custodibus, Veglōnibus maribus &
feminis, singulas. Sed duobus majo-
ribus Custodibus, & majori Veglō-
num & Vetularum dantur binae.
Pro Cruce aurea septem. Pro Cruce
argentea septem. Pro Cruce Vetulo-
rum quinque. Altero die sonito si-
gno Pontifex cum Clero sine Proces-
sione vadit ad Ecclesiam Sanctae
Mariae, quae dicitur de Bertrade.
Et duo minores Presbyteri Decuma-
norū, qui fecerant Baptismum in
Sabbato Sancto, portant Ideam ad
praedictam Ecclesiam cum scala. Et
Legatus Primicerii quaerit duas cor-
rigias, quas ponat in Idea, & liget
super scalam. Et Presbyteri illius
Ecclē-

553 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 554

Ecclesiae praeparant librum, & a- quam, & incensum cum thuribulo, cum quibus benedicit candelas, & benedictis candelis Archiepiscopus dat candelas quimodo res Primicerio De cumanorum qas ille iterum dat Sacerdotibus suis. Et omnis Clerus accedit candelas. Archiepiscopus vero incipit Psallentiam dicendo: *Dominus vobis cum*, & Diaconus Ebdomadarius incipit Psallentiam. Prima Crux Vetulorum praecedit omnes cum cannelis quinque sursum accensis, & Ostiarius Observator similiter portat Crucem ante Primicerium Decumanorum cum septem cannelis accensis. Et Septimanarius Ostiarius portat Crucem auream ante Sacerdotes & Levitas. Et duo Presbyteri, quos praediximus, induit Planetis portant Ideam post Lectores usque ad Ecclesiam Hyemalem, & tertius & quartus Observator Ostiarius sonant tintinnabula. Dominicā in caput Quadragesimae ad Massam maiorem quatuor Pueri canunt *Alleluia* in Pulpito bis ante versum, & Chorus similiter. Completo versu Lectores dicunt *Alleluia* duo de Sandorum. Postea quatuor infantes cantant melodias de Sandorum in gradu, & in Choro *Alleluia*. In eodem die ad Vespertas Archiepiscopus induit se cum ceteris Ordinibus, sicut legitur in Epiphania, & agitur ad Vesperum. Primā Ebdomadā post cantatum quinquagesimum psalmum, dicit Presbyter: *Dominus vobiscum*. Item Diaconus dicit leni voce: *Procedant Competentes*, simplum, in alia Ebdomada duplum. Item Ostiarius Ebdomadarius ad regiam: *Ne quis Cathecumenus*, ad Vesperam similiter. Dominicā de Samaritana post Evangelium lectum dicit Diaconus: *Qui vult nomina sua dare, jam offerat*, Sabato primo

A post Scrutinium dicit Presbyter Ebdomadarius ad Altare: *Dominus vobiscum*. Item dicit Diaconus excelsa voce ad cornu Altaris: *Superius vos Fideles. Orate, Competentes, cervicem fletite*. Tunc infantes admoniti ab Acolythis, ut caput inclinent. Rursus dicit Diaconus excelsa voce: *Erigite vos ad Dominum. Pariter date Deo honorem*. Et respondent Clerici: *Amen*. Et dicit Diaconus excelsa voce: *Huiusmodi vos ad benedictionem*. Dicta benedictione rursus dicit Diaconus excelsa voce: *Procedant Competentes, & respondent Acolyti similiter*. Tunc egredientur soras. Ita eo ordine faciendum est per singula scrutinia, & in Dominicis diebus post Evangelium lectum usque in Dominicā in Ramis Palmarum. Item in alia ebdomada per singulas ferias ad Matutinum, vel ad Vesperum dicit Diaconus leni voce: *Procedant Cathecumeni simplum*, in alia Ebdomada duplum: *Procedant Cathecumeni. Cathecumeni procedant*. Et respondent Acolyti de foris cancellis similiter. Item feria sexta per singulas Lectiones, & Dominicis diebus per singulas Orationes vociferantur Ostiarii tribus vicibus: *Ne quis Cathecumenus* per singulas regias. Transactā mediā Quadragesimā addunt praedicti Ostiarii; *Ne quis Cathecumenus. Ne quis Eccl* usque in Ramis Palmarum. In primo die Quadragesimae Archiepiscopus cum toto Clero vadit ad Ecclesiam Sancti Ambrosii cum Processione, cantando Antiphonas & Responsoria cum suis versibus primi diei Letaniarum; & faciunt Letanias in Ecclesia Sancti Georgii. Finito Responsorio in Ecclesia Sancti Ambrosii: *Rogamus te, Domine, Archiepiscopus salutat*. Et Diaconus incipit, usque in Vita mea. Et vadunt super Sepul-

555

Sepulcrum Domini Jordanis Archiepiscopi, & ibi faciunt Officium, sicut mos est. Pro quo Officio totus Clerus hujus Urbis habet conditum. Postea Chorus majoris Ecclesiae revertitur in Ecclesiam Hyemalem cum supradicto Psallentio.

De Dominica de Samaritana.

Dominicâ de Samaritana, sonito signo, Ostiarius Ebdomadarius debet quaerere vasculum à Cimiliarcha, & debet implere aquâ. Et Presbyter Observator sanctificet ipsam aquam. Et Tertiâ incoepâ Ostiarius praeditus portat praedictam aquam ad stadium Archiepiscopi, & Presbyter porrigit aspergitorium in manus Archiepiscopi, & Archiepiscopus aspergit aquam circa Altare tantum. Deinde Presbyter accipit aspergitorium de manu Archiepiscopi, & ipse aspergit, circa Chorum, & per totam Ecclesiam ad Populum. Et Custos Ebdomadarius, qui vocatur de foris, tenet Pluviale collectum retro, ne madeat. Expleta verò Tertiâ, Archiepiscopus vadit in Secretarium, ut paret se ad Missam cum tribus Diaconis, & quinque Subdiaconis. Diaconus Ebdomadarius legit Evangelium. Observator facit Letanias. Ter verò Diaconus dicit: *Parcite fabulis.* Subdiaconus verò Ebdomadarius legit Epistolam, & portat, & tenet cereum accensum cum thuribulo. Alius item Observator portat rotulum ad Letanias faciendum. Alii portant candelabra. Item Tertiâ finitâ, Lector ascendit pulpitum, & legit Sermonem Sancti Ambrosii ad exhortandam Plebem, donec Archiepiscopus accedit ad Altare. Et in Dominica de Abraham, & de Coeco, & de Lazaro simili-

A ter. Et hoc facto Subdiaconus ponit rotulum super Altare, & Archiepiscopus porrigit illum Diacono ad Letanias faciendas, quem ille sumens osculatur manus ejus. Et secundum, quia si Archiepiscopus adfuerit, Presbyter, cuius ebdomada est, benedit aquam, & portat aspergendo circa Chorum, sicut jam supra dictum est. Si autem defuerit, Observator facit hoc ipsum, & Observator Ostiarius sonat secundam. Ad Tertiam verò sonandam Ebdomadarius & omnes Observatores sonant.

De Scrutinio primo, secundo & tertio.

Cl N Sabbato secundo de Quadragesima duo minores Custodes Septimanarii, qui vocantur de foris, debent quaerere Cilicum ab Archiepiscopo, & debent portare in medio Ecclesiae, & facere Chrismon super illud decurrere; & duo Custodes minores, qui vocantur de foris, debent custodire Ecclesiam, quando mysterium agitur. Et in Sabbato usque ad horam, qua Diaconus interrogat Subdiaconum, ad ostium Ecclesiae de fide puerorum, & in Dominicis diebus usque ad Evangelium lectum. In eodem Sabbato finita maiore Missa Presbyter, qui Missam cantavit, vadit ubi cinis est cilio aspersus, & benedit Cinerem: *Exorcizo te, Cinis.* Tunc vadunt duo Subdiaconi cum Diacono Ebdomadario ad ostium Ecclesiae, ubi pueri stant. Subdiaconi de foris, & Diaconi de intus. Tunc Diaconus interrogat Subdiaconos dicens: *Quid petunt?* Respondent: *Fidem.* Interrogat: *Merentur a parentibus nis?* Respondent: *Merentur.* Item interrogat: *Abrenunciant Diabolo, & pompis ejus?* Respondent: *Abrenunciant.*

ciant. Et Diaconus dicit: *Memores estote verborum vestrorum, ut a vobis numquam abscedant.* Respondent: *Memores erimus.* Tunc vadunt ad osium, ubi puellae stant, & similiiter dicit, Primicerio Lectorum semper indicante. Omnes pariter masculi & feminae intrant in Ecclesiam, & vadunt ubi Chrismon est. Et stant ex una parte masculi, ex altera parte feminae, masculi a Meridie, & feminae ab Aquilone. Tunc ordinantur a Lestore circa figuram Chrismon in modum coronae. A tribus autem figurae lateribus unus Cardinalis, & duo Decumani Presbyteri parati veniunt, ubi Chrismon est, & unanimiter dicunt: *Pater noster.* Finita Oratione exsufflant in modum Crucis, & dicunt: *Exsufflo te, Cinis cilicio aspersus, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Deinde hi & alii, qui sunt ingressuri, orant extra coronam ante Altare, dicentes: *Confitemini Dominum.* Facta Confessione & absolutione, statim incipiunt: *Pater noster, & Credo in Deum.* Deinde: *Omnipotens Domine, Verbum Dei, usque ad securus aggrediar.* Statim major Presbyter tollit Librum Evangeliorum, & deosculatur illum, & desert in circuitu puerorum, signando semper, & dicendo exorcismum Sancti Ambrosii: *Adjuro te, praecedente eos Notario, porrigit Librum, intrando & suscipiente exeando.* Et ceteri Presbyteri sequuntur, & duo ex ipsis Presbyteris, aut tres ex singulis partibus faciunt signum Crucis in frontibus puerorum tribus aut quatuor, & dicunt: *Signo te signo Crucis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Amen. Tunc tres Diaconi, Lestore praecedente, & totidem Subdiaconi induti Albis, vadunt de so-

A ris circuitum puerorum, similiter agnando & dicendo semper exorcismum Sancti Ambrosii. In primo Scrutinio signat Ebdomadarius Sacerdos cum tribus Levitis Cardinalibus, & tribus Subdiaconis, cum sex Presbyteris centeni numeri tribus vicibus. In secundo totidem Ordinarii cum Presbyteris duodecim sex vicibus. In tertio Archiepiscopus cum Primicerio Presbyterorum cum omnibus Presbyteris & Diaconis Cardinalibus, cum omnibus Subdiaconis, & cum centenis Presbyteris novem vicibus. Finito signaculo Competentes vadunt ante Altare extra cancellos, & Presbyter Ebdomadarius retro Altare dicit: *Dominus vobiscum.* Et respondent Clerici omnes: *Et cum spiritu tuo.* Et Diaconus ad cornu Altaris dicit excelsa voce: *Superius vos, Fideles. Orate, Competentes. Cervicem fletite. Erigite vos ad Dominum, & pariter date Deo honorem.* Et omnis Chorus: *Amen.* Et dicit Diaconus: *Humiliate vos ad benedictionem.* Tunc admonendi sunt Cathecumeni ab Acolythis, ut caput inclinent. Tunc Presbyter dicit Orationem: *Exaudi Domine supplicationem.* Dicta Oratione dicit Diaconus excelsa voce: *Procedant Competentes.* Et duo Acolyti ex utraque parte Altaris dicunt similiter: *Procedant Competentes.* His omnibus peractis, pueri procedunt, & Subdiaconus exit de Secretario cum candelabris accensis, & Vespere incipitur. In omni scrutinio minor Notarius^{*} procedit cum virga Presbyterum Cardinalem vel Pontificem cum Presbyteris Decumanis, praeparando iter circa Chrismon, ita ut minor Notarius incipiat praetere in priori signaculo ter, in secundo minor Notarius, & secundus sex vicibus, in tertio minor Notarius, & secundus

& tertius novem vicibus. Similiter Lectores precedunt Diaconum, & Subdiaconi incipientes ab ultimo eodem modo.

De Sabbatho de Lazaro.

IN Sabbatho de Lazaro omnes pueri masculi & feminae sunt scribendi. Et post interrogationem Diaconi duo Presbyteri cum camisio & orario stant ad ostia, ubi Cathecumeni sunt intraturi, & duo Ostiarii minores tenent oleum sanctificatum, & perungunt pueros in pretore, & dicunt: *Ego te linio oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro in vitam aeternam.* Tunc signandi sunt infantes, ut mos est. Archiepiscopus, & omnes Presbyteri Cardinales, & Primicerius Presbyterorum cum centenis Presbyteris Decumanis debent signare, praecedentibus eos tribus minoribus Notariis. Et omnes Diaconi & Subdiaconi extra similiter debent signare, praecedentibus eos tribus minoribus Lectoribus.

De traditione Symboli.

Siendum est, quia in traditione Symboli omnia tintinnabula sunt sonanda finita Missa, & cuncta ostia claudenda. Tamen nullus expellendus, nisi Cathecumeni. Et Presbyter Ebdomadarius cum orario & capna retro Altare salutat, & Diaconi per ordinem cum orario dicunt has voces: *Si quis Cathecumenus, procedat. Si quis Judeus, procedat. Si quis Paganus, procedat. Si quis Haereticus, procedat.* Cujus cura non est, procedat. Et Acolyti semper similiter. Et Diaconi antequam dicant has voces, & postea per singulas vices osculentur Altere. His dictis cantatur: *Venite*

A filii. Deinde Archiepiscopus vadit in Secretarium ad se parandum, nec non Primicerius cum ejus Lectoribus, induant se Planetis, & veniunt tollere licentiam ab Archiepiscopo ad apriendas januas pueris, & pergendo orant in tribus locis, semel in Choro, deinde juxta gradum, tertio juxta regias. Et tunc aperient valvas pueris & dicunt: *Ingredimini filii in donum Domini. Audite patrem vestrum docentem vos viam scientiae.* Et reverendo sacerdote orant in tribus locis; & semper portat Primicerius tabulas & colurna virgulta intus cum foliis. Tunc incipit Symbolum Archiepiscopus, praeparato sibi stadio in tribunalis; qui si defuerit, Presbyter Ebdomadarius idem recitat paratus ad Altare. & conversus ad Occidentem, & dicit: *Regenerandis in majore tono Evangeliorum.* Sequitur: *Signate vos, & audite Symbolum. Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Et sic totum cantetur. Item: *Signate vos, & audite Symbolum. Credo in Deum.* *Signate vos, & audite Symbolum. Credo in Deum.* Et semper Acolyti debent admonere mulieres, ut signent pueros in frontibus per singulas vices. Finito *Credo in Deum Patrem* hoc modo tribus vicibus, tunc debet dici *Credo in Deum*, in quotidiano tono Evangeliorum. & *Tractatum ejusdem* in majori tono Evangeliorum. Finito textu & tractatu, tunc Archiepiscopus dicit excelsa voce: *Accipitis dilectissimi Symbolum in majori tono Evangeliorum.* Tradito Symbolo Archiepiscopus vel Presbyter Ebdomadarius & Diaconus & duo Custodes Ebdomadarii dicunt ea, quae dixerunt in ceteris diebus Sabbatorum. Archiepiscodus autem descendit de tribunalis ad Altare. Vel si defuerit, Sacerdos Ebdomadarius idem recitat.

Con-

561 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 562

Conversus ad Orientem dicit. *Dominus vobiscum.* Lector autem Clavicularius, cuius ebdomada est, ascendit gradum, ut cantet Lucernarium: *Quoniam tu illuminas.* Et respondet Chorus: *Et cum spiritu tuo.* Sabbato in ramis Olivarum Archiepiscopus dat palmas omnibus Ordinibus Ecclesiae majoris hoc modo. Archipresbytero magnum ramum Palmae, ex quo tribuit ceteris Presbyteris sibi subjectis. Archidiacono similiter unum, ex quo ille dat Diaconis suis. Primicerio Subdiaconorum unum, ex quo tribuit subditis suis. Primicerio Notariorum unum, ex quo dat ille suis. Item Notario, qui est domesticus Magister, unum, ex quo ille ornat chrystillinam Crucem. Primicerio Lectorum unum. Lectoribus; Custodiis verò, & Veglōnibus & Veglanis singula folia. Sed duobus Custodibus majoribus, & duobus Veglōnibus majoribus duo folia per singulos. Primicerio Presbyterorum in immensum ramum unum, ex quo dat omnibus sibi subjectis. Sed in mane ad Sanctum Laurentium debet Archiepiscopus habere multas olivas, ex quibus det omnibus illas potentibus.

Expositio Exceptati.

Beatitudinem & felicitatem Sanctorum exspectans, & praemium futurum, & non moriturum sperans, statui ordinem Exceptati Officii tam de Psalmis cum Antiphonis, quam de Homeliis, & de Vesperis, & Matutinis, & Missis Dominicalibus, seu Psalterio, ubi incipiatur post Epiphaniam, haec tenus a multis dubitatum, secundum morem & institutionem Mediolanensis Ecclesiae posteris per futurum compendiose perstringere, & evidenter patefacere. Igitur primi

A diei ordinem incipiamus. Dies Nativitatis Domini si venerit in die Dominico, Matutina & Vesperae Dominicanales in quinta Ebdomada debent cantari, & in secunda Feria sextae septimanæ Homelia: *Fuit Johannes in deserto,* legi. In tertia autem & quarta & quinta & sexta Sermones consequuntur; in Sabbato Christi generatio. In sexta Feria quintae ebdomadae legitur *Magnificat.* In Sabbato: *Exsurgens Maria.* In Dominico *Missus est.* Ad Missam verò in Ecclesia Hyemali Evangelium: *Exsurgens Maria,* ad festum quidem *Missus est.* In sexta Ebdomada Missae Dominicanales, & Matutina, & Vesperae de Exceptato, sicut fit in Manuali. Et Letaniae in eadem Ebdomada fient tribus diebus. Si Psalterium finitur in quinta Ebdomada, Psalmi cum Antiphonis in sexta Ebdomada dicentur, & dividentur hoc modo. In secunda Feria quatuor. In tertia similiter quatuor. In quarta quinque. In quinta etiam quinque. In sexta *Domine exaudi,* & tres *Confitemini.* In Sabbato verò *Cantemus Domino gloriose,* & *Beati immaculati,* sicut in ceteris diebus Sabbati. Si autem Psalterium perficietur in sexta Septimana, & Ebdomadas ab Epiphania usque ad ramos Palmerum sunt pares, Psalterium incipietur in quinta Ebdomada cum Antiphonis Exceptati, sicut sunt in suis Psalmis, & sic perficietur in sexta Ebdomada. Et si Ebdomadas ab Epiphania usque ad ramos Palmerum sunt disparates, in sexta Ebdomada dicatur de Exceptato, & dividatur, sicut supra legitur. Item etiam videndum est, quod si Ebdomadas post Epiphaniam usque ad ramos Olivarum sunt aequales, sequenti Ebdomada post festum Epiphaniorum incipiatur. Si verò non

N n 2
aequa-

acquales fuerint, inchoatur *Annuntiatio Dno.* Hoc autem sciendum est, quia quotiens Nativitas est in die Dominico, semper oportet Dominicam post Natalem celebrari post Epiphaniam. Ego autem propositum non praetermittens opus, secundi diei cursum Officii prosequens, sic incipit. Si Nativitatis dies Domini evenerit in secunda Feria, in quinta Ebdomada Matutina & Vespereae Dominicorum cantabuntur. Sed in secunda Feria illius Ebdomadae, quae est ante Nativitatem legetur Homelia: *Fuit Johannes*; in tertia & quarta & quinta & sexta & septima Sermones, qui sequuntur. In sexta Feria quintae Hebdomadae legitur *Magnificat*, in Sabbato *Exsurgens Maria*, in Dominica *Missus est*. Ad Missam vero in Ecclesia Hyemali Evangelium *Exsurgens Maria*, ad festum autem *Missus est*. In sexta Ebdomada Letaniae secundâ & tertîâ & quartâ Feriâ celebrauntur. In eadem denique Ebdomada Missae Dominicanæ cantentur. Matutina & Vespereae Exceptati fient, sicut in Manuati, excepto die Sabbati, quando Dominicci praeteriti Officia celebrantur. Si autem Psalterium finitum fuerit in quinta Ebdomada, debent Psalmi dici cum Antiphonis in sexta Ebdomada, & ita dividii. In secunda Feria quatuor, in tertia quatuor, in quarta quinque, in quinta quinque, in sexta *Domine exaudi*, & duo *Confitemini*. In Sabbato *Cantamus* cum *Beati immaculati*. Si autem finem fecerit Psalterium in sexta Ebdomada, & Ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt pares, dicetur quaeque Antiphona in suo Psalmo incipiendo a primo Psalmo Psalterii usque in finem. Et si Ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt disparres, in

A supradicta Ebdomada dicatur de Exceptato, & dividatur, sicut supra lo-
gitur. In Sabbato ante Natalem Do-
mini celebrabitur Officium, videlicet Lectiones cum Psalmellis. Missa ve-
rò & Evangelium de praeterito die
Dominico cantatur: *Qui regis*. Ve-
speræ quoque fient praeteriti Domini-
cni diei. Maturinum vero de Vigiliis
Natalis Domini. Sed si quid de-
fuerit, suppleatur de praeterito Do-
minico: *Gloria in excelsis Deo*, &
Hymnum plane: *Splendor paternae*.
Ad Missam vero Ingressa: *Credite*.
Psallenda: *Prope est*. Versus in Alle-
luja: *Venite*. Evangelium: *Christi ge-
neratio*, in quotidiano tono. Anti-
phona post Evangelium, & Offerto-
rium, & Confractorium, & Transi-
torium de praeterito Dominico. Ad
Vesperas Antiphona in Choro: *Hie-
rusalem surge, sta*. Responsorium &
Psallenda de Vigilia Natalis Domini,
& Oratio similiter. Psalmi vero diei
Dominici transacti. Notandum est,
quod si Ebdomadae post Epiphaniam
usque ad ramos Olivarum numero
sunt aequales, Psalterium incipietur
post festum Epiphaniae. Si non sunt
pares, sumet initium *Annuntiate Den*.
Scitote etiam, festum Sanctae Mariae
fieri in secunda Dominica ante Na-
tivitatem Domini.

E Recolendo superiora, & addendo,
dicamus de die tertio. Si contigerit,
Nativitatem Domini in tertia Feria
venire, Matutina, & Vespereae Do-
minicorum dierum cantentur in eb-
domada, quae est ante quintam Do-
minicam. In secunda Feria, quae est
ante festum Beatae Mariae legatur
Homilia: *Fuit Johannes in deserto*.
In tertia, quarta, & quinta Feria
Sermones, qui sequuntur. In sexta
vero *Magnificat*. In Sabbato: *Exsur-
gens Maria*. In die Dominico *Missus
est*.

est. In ebdomada, quae est ante festum Sanctae Mariae, Missae Dominicanales cantentur. Matutina vero & Vesperae de Exceptato similiter, sicut in Manuali habetur, cantentur, excepto Sabbato, quando canitur de praeterito die Dominico. In eadem etiam septimana Letaniae fiant per tres dies suprascriptos. Si autem Psalterium finitur in sexta Feria, quae est ante Dominicam quintam in ebdomada, quae fit ante festivitatem Beatae Mariae, dicantur Psalmi cum Antiphonis, & dividantur sic. In secunda Feria tres, in quarta quatuor, in quinta quatuor, in sexta quatuor, in die Sabbati *Cantemus, & Beati immaculati.* In Vigilia Natalis Domini *Domine exaudi, & tres Confitemini.* Si vero Psalterium finitur ante festum Sanctae Mariae, & ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt pares, quaeque Antiphona dicatur in suo Psalmo a *Beatus vir,* usque ad finem Psalterii. *Domine exaudi* dicetur cum tribus *Confitemini* cum suis Antiphonis in Vigilia Natalis Domini, in qua Vigilia totum Officium dicitur, sicut habetur in Libro Manuali. Et si ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt disparates, in supradicta ebdomada dicatur de Exceptato, & dividatur, sicut supra legitur. Notandum denique est, quia si ebdomadae ab Epiphania usque ad Ramos sunt numero pares, altero die post Epiphaniorum diem incipiatur Liber Psalmorum. Si autem sunt disparates, incipiatur *Annunciate Deo.* Omissis ac descriptis tribus ordinibus dierum, quartae lucis sermonem adoriamur. Quandocumque dies Nativitatis Domini nostri Iesu Christi acciderit in die Mercurii, Matutina, & Missae, & Vesperae Domini-

A cales cantentur in ebdomada, quae est ante sextam Dominicam. Et in die Lunae, quae est ante festum Virginis Mariae, legatur: *Fuit Johannes in deserto.* In tertia & quarta & quinta & sexta Feria Sermones, qui sequuntur, & in eadem ebdomada legetur *Magnificat.* In Sabbato *Exsurgens Maria.* Ad festum vero *Missus est,* & Letaniae in eadem celebrentur septimana. Si autem Liber Psalmorum finierit in sexta Feria, quae est ante quintam Dominicam, incipiatur Psalterium in ebdomada, quae est ante festum Sanctae Mariae. Et debet dici unaquaque Antiphona in suo Psalmo usque *Annunciate Deo.* Aliae vero, quae remanent, dividantur in secunda & tertia Feria post festivitatem Beatae Mariae Annunciationis. In Sabbato ante Annunciationem cantetur *Cantemus cum Beati immaculati.* Si autem Psalterium finitum fuerit in septimana, quae est ante Annunciationem, & ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt pares, debet quaeque Antiphona dici in suo Psalmo, incipiendo a *Beatus vir,* usque ad finem Psalterii. *Domine exaudi* cum tribus *Confitemini* in Vigilia Natalis Domini. Et si ebdomadae ab Epiphania usque ad ramos Olivarum sunt disparates, in supradicta ebdomada dicatur & dividatur, sicut supra legitur. Si vero ebdomadae sunt pares ab Epiphania usque ad Palmas, & Psalterium finitur ante Annunciationem, in secunda Feria post Annunciationem incipiatur a *Beatus vir.* Post Epiphaniam vero initietur *Diligam te.* Sin veniunt aequales, dicetur, in eadem Feria *Annunciate Deo.* Si Psalterium finitur ante Annunciationem, & post Epiphaniam, *Deus judicium tuum,* &

similiter in eadem feria dicentur Responsoria cum Antiphonis, quae sunt in *Miserere mei, Deus*, & in *Laudate, & in Baptisterio de Exceptato*. Et ad Vesperam similiter, & Missa, quae canitur in Ecclesia Hyemali in transacto die Domini o. Notandum etiam, quia quotiescumque Nativitas Domini fuerit in die Mercurii, necesse est, Dominicam post Natalem Domini celebrari in sequenti Dominica, quae venit post festivitatem Sancti Jacobi. Sciendum est, quod si solemnitas Epiphaniae venerit in secunda Feria, oportet antecedente Sabbato celebrare Officia in sexta hora, videlicet *Lectiones* cum *Psallendis* & *Missa de Vigilia Epiphaniae* tantum in decima hora. Vesperum de Festivitate Sancti Jacobi. In altera die, videlicet die Dominicano; Matutinum & Missae & Vesperum de prima Dominica post Natalem Domini. Vesperum finitum statim sequitur Vesperum de Vigilia Epiphaniae tantum, & Antiphona in Choro: *Hierusalem surge, & Psallenda: Virgo Verbum.*

Locuti, sicut Dominus dedit, de quarti diei Officio, ad quintum, sicut idem Dominus administraverit, transseamus. Quum voluerit Deus Nativitatis suae diem in quintam feriam venire, Matutina & Vesperae & Missae Dominicorum dierum cantentur in Ebdomada, quae est ante celebritatem Beatae Dei Genitricis Mariae. Et in secunda feria in eadem Septimana legantur Homeliae: *Fuit Joannes in deserto*. In tertia vespere, & quarta, & quinta Sermones, qui sequuntur, exceptis duobus, qui legentur in secunda & tertia Feria post festum Sanctae Mariae. In Sexta vespere supra dicta Ebdomada ante festum Sanctae Mariae legitur *Magnificat*.

A In Sabbato *Exsurgens Maria*. In die Dominico *Missus est*. Ad Missam verò in Hyemali Ecclesia *Exsurgens Maria*. Ad festum quidem *Missus est*. In secunda, & tertia, & quarta feria ante Natalem Domini, Matutina, & Vesperae de Exceptato. Psalmi & Antiphonae dividantur in tres partes, & Missa praeteriti Dominicis diei, quae canitur in Ecclesia Hyemali, cantetur, & Letaniae fiant. Si Psalterium fuerit perfidum in sexta Feria ante Sanctam Mariam, vel dimidiatum, & ebdomadae sunt zequates usque ad Palmas cum ebdomada, in qua est Epiphania, alia die post Epiphaniam incipiatur *Beati quorum*. Sin autem, incipiatur *Adversus stetit*. Debita persolventes promissa, sexti diei ordinationem percurramus. Quando Nativitatis dies Domini in sexta Feria venerit, debent cantari Matutina & Missa & Vesperae Dominicales in ebdomada, quae est ante festum Sanctae Mariae. In sexta autem Feria ejusdem ebdomadae debet legi *Magnificat*, in die Dominicano *Missus est*, ad Missam verò in Hyemali Ecclesia *Evangelium Exsurgens Maria*, ad festum *Missus est*. In secunda autem Feria post Festum Beatae Mariae debent legi: *Fuit Johannes in deserto*. In tertia, & quarta Sermones, qui sequuntur. In Vigilia Natalis Domini, *Christi generatio*. Sed in secunda, & tertia & quarta Feria post festum Sanctae Mariae Matutina & Vesperae de Exceptato fiant, & Psalmi dividantur hoc ordine. In secunda Feria sex, in tertia sex, in quarta sex, in Vigilia Natalis Domini *Domine exaudi*, & tres *Confitemini*. Et Missa de transacto die Dominicano, quae canitur in Ecclesia Hyemali, & Letaniae fiant. Si *Psalmorum Liber* finitus fuerit ante festum Sanctae

Sanctae Mariae, aut dimidius, & ebdomadae sunt pares usque ad Ramos Olivarum ab ebdomada Epiphaniae, alio die post Epiphaniam incipiatur: *Sicut cervus.* Sed si inaequales venerint, incipietur: *Bonum est.* Veritatem imitando & falsitatem exsecrando, ordinem sex dierum digessimus. Quid de septimo dicendum, videamus. Si dies Natalis Domini contigerit in die Sabbati, debent cantari Matutina, * Matutina, Missae, & Vesperae Dominicales in ebdomada, quae est ante festum Sanctae Mariae. In sexta feria in eadem ebdomada debet legi Homilia *Magnificat.* In Sabbato *Exsurgens Maria.* In die Dominicano *Missus est.* Sed in Ecclesia Hyemali ad Missam Evangelium *Exsurgens Maria.* Ad festum autem *Missus est.* In secunda Feria post festum Sanctae Mariae erit Homilia *Fuit Iohannes.* In tertia, & quarta, & quinta, Sermones, qui sequuntur. In Vigilia Natalis Domini, *Christi generatio.* In secunda vero Feria, & tertia, & quarta ejusdem ebdomadae Letaniae fiant. Si Psalterium finitur in sexta Feria ante festum Sanctae Mariae, dicentur Psalmi cum Antiphona in ebdomada, quae est ante Natalem Domini, qui dividuntur ita. In secunda feria quatuor, in tercia quatuor, in quarta quinque, in sexta quinque, in Vigilia Nativitatis: *Domine exaudi cum tribus Confitemini.* Si autem Psalterium finem fecerit in ebdomada, quae est ante Natalem, quaeque Antiphona dicitur in proprio Psalmo a *Beatus vir* usque in finem Libri Psalmorum. Sed in Vigilia Nativitatis fiet totum Officium, sicut est in Manuali. Si autem ebdomadae fuerint aequales ab ebdomada, in qua est Epiphania usque ad Palmarum ramos, alio die

A post Epiphaniam incipiatur: *Quid gloriaris.* Sin autem, *Domine exaudi incheetur.* Si a me, & propter me Opulculum, hoc perfecisset, utique arrogantis esset. Sed quia de se nemo debet presumere, misericordiam divinam omnibus praeserre convenit, & anticipare. Quapropter meis viribus diffidens, auxilio & consilio reverentium atque prudentium Sacerdotum haec, quae digesti de statu & ordine Sanctae Mediolanensis Ecclesiae, collata sunt. Nomen vero Auditoris hujus Operis scire cupiens, computa capitales literas per ordinem Feriarum incipiendo a B. Capituli I. usque in finem nomen perfectum reperies.

Incipit Ordo, qualiter Denarii omnium Festivitatum dividuntur.

C **Q** uando tres Solidi dantur pro Feste inter omnes, sex Denarii dantur Sacerdoti, sex Diacono, quatuor Subdiacono, tres Primicerio Lectorum, tres Magistro Scholarum, quatuor duobus Lectoribus, quinque Custodibus, quinque Scholae Sancti Ambrosii. Quando tres Solidi dantur Ebdomadariis tantum sine Custodibus, & Schola Sancti Ambrosii, VIII. Presbytero, VIII. Diacono, VI. Subdiacono, IV. Primicerio Lectorum, IV. Magistro Scholarum, VI. duabus Lectoribus. Quando quatuor Solidi dantur omnibus Ordinibus, tres dividuntur Solidi, sicut praedictum est, scilicet VI. Custodibus, VI. Scholae Sancti Ambrosii. Quum vero quatuor Solidi & Denarii quatuor dantur sine Custodibus & Veglionibus, dividuntur hoc modo: XII. Presbytero, XII. Diacono, VIII Subdiacono, VI. Primicerio Lectorum VI. Magistro Scholarum, VIII. duabus Lectoribus.

Lectoribus. Quando quatuor Solidi A dantur Ebdomadariis tantum sine Custodibus & Schola Sancti Ambrosii, ita dividuntur: XVI. Presbytero, XVI. Diacono, XII. Subdiacono, VIII. Primicerio Lectorum, & VIII. Magistro Scholarum; Lectoribus Ebdomadariis dantur XII. Quando dantur octo Solidi, & Denarii octo, Septimanariis tanum sine Custodibus & Schola Sancti Ambrosii, ita dividuntur: XXIV. Presbytero, XXIV. Diacono, XVI. Subdiacono, XII. Primicerio Lectorum, XII. Magistro Scholarum, XVI. duobus Lectoribus Ebdomadariis. Quando decem Solidi dantur omnibus Septimanariis, & Custodibus, & Scholae Sancti Ambrosii, sic dividuntur: XX. Denarii Presbytero, XX. Diacono, XIV. Subdiacono, X. Primicerio Lectorum, X. Magistro Scholarum, XXIV. duobus Lectoribus, XX. Custodibus, XII. Scholae Sancti Ambrosii. Quando duodecim Solidi dantur Septimanalibus sine Custodibus & Schola Sancti Ambrosii, dividuntur hoc modo: Solidi III. Presbytero, & III. Solidi Diacono, Subdiacono XXIV. Denarii, Primicerio Lectorum Denarii XVIII. Quando dantur Solidi decem & septem Septimanalibus, cum duobus Subdiaconibus Observatoribus sine Custodibus & Schola Sancti Ambrosii, sicut fit in Feste Sancti Augustini, & in Dedicatione Sanctae Radecundae, dividuntur taliter: Solidi III. Presbytero, III. Diacono, & XXIV Denarii Subdiacono, Primicerio Lectorum XVIII, Magistro Scholarum XVIII. XXIII, duobus Lectoribus: Solidi IV. duobus Subdiaconibus Observatoribus praedictis. Quatuor Custodes, quorum septimana est, quotidie debent habere de Geneva Pontificis duos Panes,

B quales dantur Servitoribus ejus, & unam Libram carnis vel pisium vel caseum, secundum quod competit diei, & unum Rasum Vini, quae sunt tres partes Sextarii. In Dominicis diebus, & in Natale Domini, & in Epiphania Ebdomadarius Subdiaconus cum Septimanario Cicendelario debent prandere eum Archiepiscopo per totum anni circulum. Et idem Cicendelarius debet habere omni Dominico die de apotheca Pontificis unam Minam Vini, de quo fit sacrificium per totam ebdomadam. De Decimis Alldiorum Stiliconis Comitis, Coci Archiepiscopi Veglonus omni die Dominico tribuunt quinque Panes de cambio de Sycale, & sextus illi remanet, & quinque paniciae scutellae de cambio similiter, & sexta illi remanet pro paratione cibi, qui præparatur in Hospitali eorundem Veglonus, & eis serviendo omnia necessaria tribuunt. Similiter quinque Libras carnis, & duo Sextaria puri vini. Idem quoque in tertia Feria in Albis, & in tertio die Letaniarum, & in tertia Feria de Authentica dant. Sed pro carne dant inter duas & duos scutellam Fabarum. Idem autem faciunt in singulis Dominicis Quadragesimae. Et Archiepiscopus tunc dat eis per unumquemque horum dierum Libram Olei, & Pisces XI. quorum unus est Gocorum. In tempore verò comedendae carnis Archiepiscopus omni die Dominico Arietem unum viridem aut siccum dat eis. Illae verò comediones, quae dantur ab Archiepiscopo, & quas Coci tribuunt, ab eisdem Cocis præparantur in proprio Hospitali Veglonus cum omnibus necessariis tribuendo. Et ibidem Veglones edere debent. Post comedionem verò intrant Ecclesiam Hyemalem,

lem, canendo *Kyrie*, *Kyrie*, & in Ecclesia Pater noster dicunt. In Natale Domini, & in Sancti Stephani, & in Epiphania, & in Resurrectione, & in Pentecosten, & in Sancti Protasii, & Sancti Laurentii, & in Dedicatione Ecclesiae, & in Depositione Sancti Ambrosii, Archiepiscopus dat omnibus Veglōnibus māribus & feminis, XX. panes, X. de Secale, & totidem de Frumento, & unum Arietem viridem aut siccum, & duo Staria de Vino. In Ordinatione Sancti Ambrosii, ad ejusdem Ecclesiam pauperibus dat Archiepiscopus pro eleemosyna centum panes inter Secalam & Frumentum. Ex quibus dantur viginti Veglōnibus, & Baffam unam, quam mediam Veglōnes habere debent. Si verò in sexta Feria festum praedictum venerit, Archiepiscopus tantum tribuit Casei, quantum Baffa sub aestimatione valeret, cujus medietas est Veglōnum, altera pauperum. Omnes Festivitates, quas Archiepiscopus facit, de quibus infra dicemus, dat Solidos IV. & Denarios IV. Ebdomadariis sine Custodibus, & Schola Sancti Ambrosii. Et Ostiarius, qui portat Crucem auream, semper debet prandere cum Pontifice. Et Cicendelarius Ebdomadarius debet habere unam Cannatam Vini pro unoquoque Feso. Sed Custodes debent habere de his Festis per unamquamque IV. Panes, & Libram unam Casei, & unum Sextarium Vini. Et Schola Sancti Ambrosii, māres & feminae, Panes V. de Siliagine pura (sed Panes Custodum debent esse frumentini) & duas Libras Casei, & Staria duo de Vino. In primis Nativitas Innocentum, Circumcisio Domini, Purificatio Sanctae Mariæ, Ascensio Domini, Sancti Barnabae Apostoli, Translatio Sancti

A Nazarii, Sancti Juliani, Sanctae Marcellinae, Sancti Bartholomaei Apostoli, Sancti Genesii, Dedicatio Sancti Michaëlis in Domo, Dedicatio Sancti Stephani, & Zachariae, Sancti Adriani, Sanctae Teglae, Dedicatio Sancti Michaëlis in Monte Gargano, Sanctae Justinae, Sanctae Pelagiae, Sancti Monae, Sanctorum Vitalis & Agricolae, Sanctorum Grisanti & Dariae, Sancti Andreae Apostoli, Sancti Thomae Apostoli.

Heic incipitur de omnibus Festis illis, de quibus dantur Denarii, vel Panis, aut Vixum, vel Prandium, exceptis illis, quae fiunt a Pontifice.

C In primis die festo Sancti Martini dantur Solidi IV. & Denarii IV. Ebdomadariis. Pro Calice Denarius unus. Custodibus Denarii XVI. Scholae Sancti Ambrosii Denarii X.

D In Sanctae Anastasiae Ebdomadario Solidi III. Custodibus Denarii XVI. Pro Calice Denarius unus; Scholae Sancti Ambrosii Denarii....

.....
Sanctorum Quadraginta

De omnibus illis Festis, quibus datur Vinum, Cicendelario Ebdomadario datur una cannata Vini, qualiter datur Archiepiscopo in Natale Domini pro benedictione a Monasteriis.

In Vigiliis Epiphaniae omnes Custodes debent prandere cum Pontifice. In Feso autem omnes Presbyteri Cardinales & Diaconi, & Subdiaconus, cujus Ebdomada est, & Primicerius Subdiaconorum, & Notariorum, & Lectorum, Magister Scholarum Ebdomadarius cum duabus Lectoribus Ebdomadariis, & Puer, qui cantavit Psallendam, &

OO

Cicen-

Cicendelarius cum Ostiario Ebdomadario, & cum illo, qui portavit iextum Evangelii. Omnes hi praedicti reficere debent cum Episcopo honorifice. Et praeterea sciendum, quod duo minores Custodes Ebdomadarii custodiunt thesaurum super Altare in hoc die, & praediatus Pontifex dat eis duos Panes, & unum caput Porci, cum mina Vini, & sexdecim Custodibus dat dimidium Ariensem & IV. Panes, & Sextarium Vini in eodem die.

In Sancti Hilarii Solidi III. inter omnes.

In Sancti Sebastiani Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Cruce aurea Denarii II. Pro Calice Denarius unus, Custodibus IV. Panes, duo nigri & duo albi, & Libra Casei, & unum Sextarium Vini. Scholae Sancti Ambrosii V. Panes de Segala de cambio, & Librae duae Casei. & Staria duo de Vino. Sciendum est quia omnes illi Panes, qui dantur Custodibus & Veglonibus pro Festo debent esse de cambio, idest VI. de Sextario.

In Sanctae Agnetis Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii IX. Scholae Sancti Ambrosii Denarii IX.

In Sancti Vincentii Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice cannata una Vini. Ostiarius Ebdomadarius, qui portat Crucem auream, debet orandere cum Abate ipsius Monasterii. Custodibus Panes IV. de frumento, & IV. de secale de cambio, & de Caseo Librae II. & de Vino Starium unum. Veglonibus Panes V. de secale de cambio, & Librae II. de Caseo & de Vino Staria II. Si Abbas ejusdem Monasterii dat Custodibus Denarios XII. & unus Custodum dat eidem Abati Candelas XII., qui debet prandere cum ipso.

A In Sanctorum Babilae, & trium Puerorum, Solidi IV. inter omnes. Pro Calice Denarius unus. Pro Crucifixu aurea Denarii II.

In Conversione Sancti Pauli.....

In Sancti Julii Solidi IV. inter omnes. Denarius I. pro Calice.

Sancti Blasii.....

Sanctae Veronicae. Solidi III Ebdomadariis. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Panes IV. de cambio & Libra una Casei, & Starium I. de Vino. Scholae Sancti Ambrosii V. Panes de secale de cambio, Librae II. de Caseo, & Staria II. de Vino.

Sanctae Agathae, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii IX. Veglonibus Denarii IX.

Sancti Matthiae Apostoli, Solidi IV. & Denarii IV. Ebdomadariis. Custodibus Denarii X. & Veglonibus Denarii X. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

Sanctorum Faustini & Jovitiae, Solidi III. inter omnes. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

Sanctae Julianae, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus Denarii XVI. Pro Calice & Incenso Denarii II. Pro Cruce aurea Denarii II., ut omnia tintinnabula sonentur ad Matutinum & ad Missam, & pro Signo Denarii II. Pro Candelis unius Crucis Denarius I. Veglonibus Denarii XII. Pro Candelis Crucis illorum Denarius I.

In Dedicatione Monasterii Horonae, Solidi XVII. cum duobus Observatoribus Subdiaconis. Custodibus Panes II. de frumento, & II. de secale de cambio. & II. Librae Casei, & II. Staria Vini. Veglonibus V. Panes de secale de cambio, Librae II. de Caseo, & duo Staria de Vino.

In

577 DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA. 578

In Translatione Sancti Dionysii, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice Denarius I. Ille qui portavit Crucem auream, prandebit cum Abbatore ipsius Ecclesiae. Custodibus Denarii XII. Veglōnibus Denarii X.

In Cathedra Sancti Petri, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii VII. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Veglōnibus Denarii VI.

Sancti Gregorii, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice una cannata Vini. Custodibus duo Panes de Secale de cambio, & duo de frumento, & una Libra Casei, & unum Sextarium Vini.

In Carnevali Ebdomadarius Presbyter, & Diaconus, Magistri Scholarum quatuor, & Subdiaconus, cuius septimana est, & Primicerius Subdiaconorum, & Primicerius Lectorum, & Notariorum, & duo Lectors, quorum ebdomada est, & quatuor Custodes Ebdomadarii, & Pueri, qui canunt *Non in solo*, debent prandere cum Pontifice in Domo.

In secunda Feria, & Quarta, & Sexta, idem.

In prima Ebdomada Quadragesimae, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & Magister Scholarum, & Lector Clavicularius cum alio Lectori, & quatuor Custodes, omnes isti Ebdomadarii cum Primicerio Lectorum, debent reficere in domo Archiepiscopi. Omnes Presbyteri & Diaconi Cardinales debent habere per unumquemque de apotheca Archiepiscopi quinque Libras Olei, & Archipresbyter, & Archidiaconus duoplum habent. Sciendum est, quia in Dominica de Lazaro duo Subdiaconi cantant in Antiphona Psallentium Occurrerunt, & duo Notarii tenent,

A si Archiepiscopus adtuerit. Si verò defuerit, duo Notarii duobus Lectribus tenentibus, ipsum canunt. Qui verò canunt Archiepiscopo praesente, cum ipso reficiunt eo die.

B In Coena Domini, qui portant Oleum & Chrisma de Capella ad Altare, ut sanctificantur, & duo Custodes Observatores octo minorum, qui eos praecedunt, debent singulas habere corrigias de Camera Domini Pontificis, unam pro Clavibus Ecclesiae, & alteram pro Clavibus Secretarii, & tertiam pro Clavi Arcæ Cicendelarii. Finita Missa eodem die omnes Presbyteri, & Diaconi Cardinales, & omnes Subdiaconi, & Primicerius Lectorum, & Magister Scholarum Ebdomadarius & Clavicularius Ebdomadarius cum alio Lectori, & ille qui cantat *Tamquam ad latronem*, omnes isti pransuiri sunt cum Pontifice. Et quum manducaverint Subdiaconi, surgunt, & vadunt, ut lavent Chorum Aestivæ Ecclesiae. Pro quo officio debent honorifice habere Vinum de apotheca Pontificis. Deinde Pontifex lavat singulos pedes Presbyteris & Diaconibus; deinde bibens cum illis, & deosculans illos dat eis duodenos Nummos. Cicendelarius Ebdomadarius in hoc die debet habere Sextarium Vini, & in Parasceve unum, & in Sabbato Sancto unum, & in Pascha unum, de Caneva Archiepiscopi: quia de hoc vino fit Sacrificium, & communicantur omnes Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi in Coena Domini, & in Parasceve, postquam adoraverunt Crucem. In Parasceve omnes Custodes lavant Chorum Hyemalis Ecclesiae. Et in ipso die prandent cum Pontifice. Et in Sabbato Sancto, qui tenet manutergium, & qui tenet aquam ad Fon-

C D E tes,

tes, in qua pedes trium puerorum lavantur, & tres Custodes Observatores octo Minorum, qui porrigit Presbytero, & Diacono pueros, & Ostiarius Ebdomadarius, qui in Processione portat Crucem auream, & Cicendelarius Ebdomadarius, omnes prandent in Domo.

In Pascha Offerendâ incoepitâ Cicendelarius Ebdomadarius porrigit Panem Azymum Subdiacono Ebdomadario receptum de manubio Episcopi, vel Camera ejus. Et ille dat quatuor Panes Archipresbytero, & quatuor Archidiacono; & Presbyteris, & Diaconibus, & Primicerio Decumanorum, & Subdiaconorum, & Notariorum, & Lectorum, & Magistris Scholarum, per unumquemque binos. Et quando tribuit, dicit unicuique: *Christus Dominus surrexit.* Respondent: *Deo gratias.* Et osculantur illum, & panem. Omnibus Subdiaconibus, & Secundicerio, & summo Terminario cum quatuor Claviculariis, & duobus Lectoribus, qui portant Crucem in capitibus Arcae, & tribus Cicendelariis, omnibus tribuit singulos. Cicendelario vero Ebdomadario dat binos. Finitâ verò Missâ Majori, Subdiaconus Ebdomadarius, & Primicerius Lectorum, & Primicerius Diaconorum, & Notariorum, & quatuor Magistri Scholarum, & Clavicularius Ebdomadarius cum uno quovis Lectori, & Cicendelarius, & Ostiarius, quo rum ebdomada est cum illo, qui portavit textum Evangelii, & Pueri, qui cantaverunt Psallentiam & Vicecomes cum Servitoribus suis, omnes praedicti reficere debent cum Pontifice honorabiliter.

In Sanctae Mariae Magdalena ad Sanctum Sepulcrum, Ebdomadariis Solidi III. Observatori Subdiacono

A Denarii IV. Custodibus Denarii XVI. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Scholae Sancti Ambrosii Denarii XX.

In Depositione Sancti Ambrosii omnes Presbyteri & Diaconi Cardinales, & omnes Subdiaconi, & Primicerius Decumanorum, & omnes Notarii, & Primicerius Lectorum cum omnibus Lectoribus, & omnes Custodes, & Pueri, qui cantaverunt Psallendam, omnes debent honorifice prandere cum Pontifice.

In Sancti Georgii

In Sancti Marci Evangelistae, Presbytero Denarii IV. Subdiacono, & Primicerio Lectorum, & Magistro Scholae III. Duobus Lectoribus IV. Custodibus V. Veglonibus VI.

In Sancti Victoris, & Coronae, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice Denarii II. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii VIII.

In Sanctorum Vitalis & Valeriae, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice una cannata Vini. Custodibus II. Panes de Secale de cambio, & II. de Frumento, una Libra de Cafeo, & unum Starium Vini. Veglonibus V. Panes de Secale de cambio, & II. Librae Cafei, & Staria II. Vini.

Sanctorum Philippi & Jacobi.....

In Dedicatione Sanctae Mariae ad Circulum, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus II. Panes de cambio de fiscale, & II. de frumento, & Libra una Cafei, & unum Starium Vini. Veglonibus V. Panes de cambio de secale, & II. Librae Cafei, & unum Starium Vini.

In Sancti Johannis in oleo ferventi, Ebdomadariis Solidi V. & Denarii

rii IV. Primicerio Notariorum, qui canit Responsorium ad Vespertas. Denarii VI. Custodibus Denarii XVI. Pro Cruce aurea Denarii II. Pro Calice Denarius I. Veglonibus Denarii X.

In Sancti Victoris ad Ulmum, Ebdomadariis Denarii IV. & Solidi IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii IV. & Custodibus Denarii X. & Veglonibus Denarii X.

In Sanctorum Polemii & Casti inter omnes, Solidi X.

In Sancti Pancratii.....

In Translatione Sancti Victoris, Solidi XIII. Ebdomadariis. Pro Calice una cannata Vini. Ostiarius, qui portat Crucem, debet prandere cum Abbe ipius Ecclesiae. Custodibus Panes II. de frumento, & II. de secale de cambio, & una Libra Cafei, & unum Starium Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, & duae Librae Cafei, & II. Staria de Vino.

In Sancti Syri, inter omnes, Solidi III.

In Vigilia Sancti Dionysii, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii XX. Pro Calice una cannata Vini.

In festo Sancti Dionysii, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce aurea Param.

In Sancti Theodori, inter omnes, Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

In Sanctorum Sisinii, Martyrii, & Alexandri, Ebdomadariis Solidi VIII. & Denarii VIII. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce Pastum. Custodibus una Mina de secale, & una frumenti, & duae Librae Cafei,

A & Staria duo Vini. Veglonibus Panes V. de cambio filiginis, duae Librae Cafei, & II. Staria Vini.

In Sanctorum Petri & Laurentii, inter omnes, Solidi IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce II.

B In Sanctorum Finini & Gratiniani, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii X. Pro Calice Denarius I.

In Sancti Erasmi, inter omnes, Solidi IV.

C In Sanctorum Quirini & Nicomedis, Ebdomadariis Solidi VIII. & Denarii VIII. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus VIII. Panes de cambio, IV. de secale, & IV. de frumento, & duae Librae Cafei, & Starium I. Vini. Veglonibus V. Panes de cambio de secale, duae Librae Cafei, & duo Staria Vini.

D In Vigiliis Pentecosten Archiepiscopus dat hydriam & funem duobus minoribus Ostiariis ad trahendam aquam, & Archiepiscopus dicit ad Fontes, & Sarcitectus emundat Fontes. Et quatuor Ostiarii debent habere quatuor Panes, & IV. Pisces, & IV. frusta Cafei, & unum Starium Vini. Et duo majores Ostiarii debent ligare tabulas cereas super Fontes in modum Crucis cum filo sumpto a Monacha Ecclesiae Sancti Stephanii. Et super tabulas ponunt Cupillos cereae cum candelis, quas duo minores Ostiarii accendent. Pro quo Officio Judicatus est factus in loco Casaleto. Ex quo quatuor praedicti Ostiarii cum Capellanis ipsius Ecclesiae, & cum Sarcitecto mundatore Fontium, & Rectore honeste insimul reficiuntur.

E In Pentecosten omnes Presbyteri, & Diaconi Cardinales, & Subdiaconi Ebdomadarii, & Primicerius Lectorum,

rum, & Magister Scholarum Ebdomadarius, & duo Lectores Ebdomadarii & Cicendelarius, & Ostiarius Ebdomadarius, & qui portabat Evangelii textum, omnes prandent in Domo.

In Sancti Pantaleonis, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus Panes IV. de cambio, duo de frumento, & duo de secale, & una Libra Casei, & unum Starium Vini. Veglonibus Panes V. de secale de cambio, & duae Librae Casei, & II. Staria Vini.

In Sanctorum Cantianorum, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus Panes IV. de cambio, duo de secale, & duo de frumento, una Libra Casei, & unum Starium Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, duae Librae Casei, & duo Staria Vini.

In Sanctorum Marci & Marcelliani, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii X.

In Sancti Viti

In Vigilia Sanctorum Protasii & Gervasii, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & Magister Scholarum & Primicerius Lectorum, & duo Lectores, & quatuor Custodes, omnes isti Ebdomadarii, & Primicerius Notariorum, & illi Notarii, qui cantant & legunt ad Psallendam, & ad Vigiliam, & Lectores qui cantant Responsorium ad Psallendam, & ad V.g.liam, omnes debent prandere cum Archiepiscopo. Si vero in aliis Festis revertuntur in Ecclesiam Hyemalem cum Psallenda, Lector, & Notarius, qui vicissim indicant Psalmum, debent simul prandere.

A In Ffesto vero omnes Presbyteri & Diaconi Cardinales, & Subdiaconi, & Primicerius Decumanorum, & omnes Notarii, & omnes Lectores, & Primicerius eorum, & omnes Custodes, & Pueri, qui cantaverunt Psallendam, simul comedunt cum Pontifice.

B In Vigilia Sancti Johannis, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus Denarii XVI. Veglonibus Denarii VI.I., & Primicerio Notariorum, & duobus Notariis qui legunt duas Lectiones in Psallenda, Denarii XII.

C In festo Sancti Johannis, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus Panes IV. de cambio, duo de secale, & duo de frumento, & una Libra Casei, & Starium unum Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, duae Librae Casei, & II. Staria Vini.

D In Sanctae Febroniae, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii XII.

In Sanctorum Johannis & Pauli; Ebdomadariis Solidi IV. Custodibus Denarii XVI. Veglonibus Denarii XX.

E In Vigilia Sanctorum Petri & Pauli, similiter fiet, & comedunt, sicut in Vigiliis Sanctorum Protasii & Gervasii.

In Ffesto omnes Presbyteri, & Diaconi Cardinales, & Subdiaconus Ebdomadarius, & Primicerius Lectorum, & Magister Scholarum, & duo Lectores Septimanarii, & quatuor Custodes Ebdomadarii, & Magister Scholarum, & duo Lectores Septimanarii, & quatuor Custodes Ebdomadarii, & qui portat Textum Evangelii, & qui cantat Psallendam, omnes in Domo comedunt.

In

In Dedicatione Ecclesiae Sanctie Valeriae. Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice una cannata * Vici. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Panes IV de cambio, duo de frumento. & duo de secale, una Libra de Caseo & Starium I. Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, duae Librae Casei, & duo Staria Vini.

In Translatione Sancti Thomae, Ebdomadariis Solidi IV. Pro Calice Denarii II. Pro Cruce Denarii II. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii XII.

In Sancti Oldericci, Presbytero Denarii X. Diacono X. Subdiacono VII.

In Sanctae Margaritae, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii X.

In Sancti Tranquillini, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Panes IV. de cambio de frumento & de secale, Libra una Casei, & unum Starium Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, II. Librae Casei, & II. Staria Vini.

In Vigilia Sancti Naboris.....

In Festo, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus Panes IV. de cambio de frumento & secale, Libra una Casei, & Starium I. Vini. Veglonibus Panes V. de cambio de secale, II. Librae Casei, & II. Staria Vini.

In Sancti Benedicti, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice una cannata Vini. Custodibus, & Veglonibus. ut supra.

In Sancti Sepulcri, Solidi IV. inter omnes. Pro Calice Denarius I.

A Pro Cruce II. Pro textu Evangelii Denarii II.

In Sancti Quirici, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus & Veglonibus, ut supra.

In Sancti Materni, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. ut supra.

B In Sancti Apollinaris, Ebdomadariis, ut supra.

In Sanctorum Christinae & Christophori, Solidi IV. inter omnes.

In Vigilia Sancti Nazarii, sic comedunt in domo Pontificis, sicut in Vigilia Sancti Protasii; in Festo sicut in Sancti Petri.

C In Processione Sancti Celsi, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus Panes V. de cambio, una Libra Casei, & Starium I. Vini Veglonibus item.

In Sanctorum Abdo & Sennis, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice & Incenso Denarii II. Custodibus Denarii XII. Pro Candeliis Crucis illorum Denarii II.

D In Sancti Kalimeri.....

E In Sanctorum Machabaeorum, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus Panes IV. de cambio de secale & de frumento, & Libra una Casei, & Starium I. Vini. Veglonibus Panes V. de secale de cambio, duae Librae de Formatico, & II. Staria Vini.

In Sancti Gaudentii, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice Denarius unus. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus & Veglonibus, ut supra.

In Sanctae Perpetuae, Solidi IV. & Denarii IV. inter omnes.

In Sancti Sixti, inter omnes, Solidi III.

In Sanctorum Donati & Carpo-phori.....

In Sanctorum Firmi & Rustici, inter omnes, Solidi III. Pro Cruce aurea Denarii II. Pro Calice Denarius I.

In Vigilia, & Feste Sancti Laurentii, sic fit Pastus, & omnis condicio, sicut in Vigilia Sanctorum Protasii & Gervasii.

In Sanctae Radecundae, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii XI. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II. Veglonybus Denarii X.

In Dedicatione Sancti Laurentii in Urbe, inter omnes, Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

In Vigilia Sancti Simplicianii, pro Missa, & Vespere, & Vigilia, Ebdomadariis tantum Pastum, aut Solidi XIII. Pro Psalmis inter omnes Solidi XI. qui ita dividuntur: Ebdomadariis tantum Solidi VI. Subdiacono Observatori Denarii VII. Primicerio Notariorum Denarii VII. Duobus Notariis, qui legunt Lectiones in Psalmis, & tertio, qui legit primam Lectionem ad Vigiliam, & Notario, qui cantat primum Responsorium in Psalmis, & Secundicerio, qui canit secundum Responsorium in Psalmis, & alii Notario, qui canit secundum Responsorium in Vigilia, & Lectori, qui canit tertium Responsorium ad Vigiliam, istis septem per unumquemque dantur VII. Denarii; Custodibus VI. Veglonybus Denarii IV.

In eodem Feste, omnes Presbiteri & Cardinales Diaconi, & omnes Subdiaconi, & omnes Notarii, & Primicerius Decumanorum, & Notariorum, & Lectorum, & quatuor Magistri Scholarum, omnes isti cum fin-

A gulis Clericis, & omnes Lectores cum omnibus Custodibus comedunt cum Abate ipsius Monasterii, ubi Festum celebratur. Veglonybus dat Abbas Panes V. de secale de cambio, & duas Libras Casei, & II. Staria Vini. Sed Cicendelarius Ebdomadarius debet habere in eodem die duo Sextaria Vini ab Abate: unum sibi retinet, alterum XVI. Custodibus dat post prandium. Insuper & fruges dat eis omnibus honorifice in Secretario.

B In Sancti Luxorii, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Calice cannata Vini. Custodibus Panes IV. de cambio, duo de frumento & duo de secale, una Libra Casei, & unum Starium Vini. Veglonybus Panes V. de cambio de secale, duae Librae Casei, & II. Staria Vini.

C In Sancti Timothei, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii XIII. Pro Calice Denarii II. Pro Cruce aurea Denarii II. Veglonybus Denarii XII.

D In Sancti Alexandri

In Dedicatione Sanctae Radecundae, Ebdomadariis cum duobus Subdiaconibus Observatoribus Solidi XVII. Custodibus Panes IV. de cambio, & medius Aries recens, & duo Staria Vini. Veglonybus idem.

E In Sancti Augustini, Ebdomadariis cum Subdiaconis duobus Observatoribus Solidi XVII. Pro Calice una cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum. Custodibus, & Veglonybus, ut supra.

In Decollatione Sancti Johannis, Ebdomadariis Solidi VIII. & Denarii VIII. Pro Calice, & Cruce, & Custodibus, & Veglonybus, ut supra.

F In Sancti Aegidii, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro

Pro Cruce aurea Denarii II. Custodibus Denarii XVI. Veglonibus XX.

In Nativitate Sanctae Mariae, Ebdomadariis Solidi XIII. aut Paſtum. Finito Paſto, pro benedictione Presbytero Denarii VI. Diacono VI. Subdiacono IV. Primicerio Lectorum III. Duobus Lectoribus IV. Puer, qui canit Psallendam, II. Custodibus Panes IV. de frumento & ſecale, una Libra Cafei, & unum Starium Vini, & Veglonibus Panes V. de cambio, duae Librae Cafei, & duo Staria Vini.

In Sancti Maurilii, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus, & Veglonibus Panis & Vinum & Cafeus dantur, ſicut in Festo Sancti Pantaleonis.

In Sanctorum Cornelii & Cypriani, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice cannata Vini; pro Cruce Paſtum. Custodibus, & Veglonibus, ut supra.

In Vigilia Sancti Satyri, inter omnes Solidi IX. pro Psalmis.

In Festo Solidi VIII. & Denarii VIII. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Paſtum. Custodibus, & Veglonibus, ut supra.

In Sancti Satyri in Urbe, Ebdomadariis tantum Solidi IV. & Denarii IV.

In Sancti Mauritii, Solidi XIII. pro Cruce & Calice. Custodibus, & Veglonibus, ut supra.

In Sancti Hieronymi, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro Thuribulo Denarius I. Custodibus Denarii XII. Veglonibus X.

In Exaltatione Sanctae Crucis, Solidi XIV. & Denarii VIII. inter omnes: qui ita dividuntur; Presbytero Denarii XXVIII. Diacono totidem. Subdiacono XX. Magistro Scholarum XIV. Primicerio Lectorum totidem. Duobus Lectoribus XX.

Tom. XI.

A Premicrio Notariorum Denarii VI. Primo Notario, qui canit primum Responsorium in Psallenda, Denarii IV. Custodibus Denarii XVI. Pro Calice Denarii II. Pro Cruce aurea Denarii IV. Pro candelis Crucis illorum Denarius I. Veglonibus Denarii XII. Pro candelis Crucis illorum Denarius I. Pueris, qui canunt Psallendam, Denarii II.

B In Sanctae Fidis, Ebdomadariis Solidi III. Pro Cruce aurea Denarii IV. Custodibus, & Veglonibus, ut in Nativitate Sanctae Mariae.

C In Sancti Domnini, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Custodibus, & Veglonibus, ut supra.

D In Sabbato Dedicationis Ecclesiae, quatuor Ostiariis unus Aries, quia claudunt januas Ecclesiae in Vesperis, & aperiunt Archiepiscopo, quando dicit: *Tollite Portas.*

E In Dedicatione vero ita omnes prandent cum Pontifice, ut in Festo Sancti Ambrosii.

F In Dedicatione Sancti Raphaëlis, Ebdomadariis Solidi IV. Denarii IV. Custodibus Denarii XII. Pro Calice Denarius I. Veglonibus Denarii X.

G In Sancti Lucae Evangelistae, inter omnes, Solidi III.

H In Sancti Saturnini, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice, Custodibus, & Veglonibus, ut in Nativitate Sanctae Mariae.

I In Sanctorum Cosmae & Damiani.....

J In Sanctorum Apostolorum Simeonis & Judae.....

K In Omnim Sanctorum, inter omnes, Solidi IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

L In Dedicatione Sancti Ambrosii in Solariolo, inter omnes Solidi III. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

P P

In

In Sancti Leonardi, inter omnes, A Solidi IV.

In Sancti Aurelii, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus, & Vegloni- bus, sicut in Cantianorum. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Pastum.

In Vigilia Sancti Martini, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Primicerio Notariorum Denarii VI. Duobus Notariis, qui legunt duas Lectiones in Psallenda, & uni Notario, qui canit primum Responsum in Psallenda, & Secundicerio, qui canit secundum Responsum, singulis Denarii III. Custodibus Denarii VI. Veglonyibus Denarii IV.

In Festo Sancti Martini, Ebdomadariis Solidi XIII. Pro Cruce, & Calice, & Custodibus, & Veglonyibus, ut in Nativitate Sanctae Mariae.

In Sancti Antonini.

In Sancti Romani, inter omnes Solidi IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce aurea Denarii II.

In Sanctae Caeciliae, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice cannata Vini. Custodibus & Veglonyibus, ut in Nativitate Sanctae Mariae.

In Sancti Clementis.

In Sancti Castritiani.

In Sancti Dalmatii, Ebdomadariis Solidi IV. & Denarii IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce Denarii II. Custodibus VIII. Veglonyibus X.

In Sancti Nicolai, inter omnes, Solidi IV. Pro Calice Denarius I. Pro Cruce II.

In Vigilia Ordinationis Sancti Ambrosii, & in Festo, ita comeditur in Domo, sicut in Festo Sanctorum Protasii, & Gervasii.

In Sancti Zenonis.

In Depositione Sancti Syri.

In Sancti Matroniani, Ebdomadariis Solidi III. Custodibus Denarii XII. Pro Calice Denarius I. Veglonyibus Denarii X. Pro pane & vino Puerorum Denarius I.

In Sanctae Mariae Annuntiatione, Ebdomadariis Solidi IV. Primicerio Notariorum Denarii XVIII. Uni Notario, & uni Lectori, & duobus Notariis, & duobus Lectoribus, qui cantant Psallendam ad Festum, pro singulo duodeni Denarii. Pro Calice cannata Vini. Pro Cruce aurea Denarii XII. Custodibus & Veglonyibus, ut in Nativitate Sanctae Mariae.

In Vigilia Nativitatis Domini, sexdecim Custodes prandent cum Archiepiscopo; & Cicendelariis dantur IV. Fusalia Lini de Camera Pontificis. De quibus duo minores Cicendelarii faciunt Lampadam. De reliquo vero sunt Stupina in Cicendelis per totius anni circulum. Et minor Cicendelarius similiter habet a Pontifice XII. Denarios ad Plumbinos emendos, qui tantum ponuntur in Cicendelis illis, in quibus Pontifex dat oleum. Et Subdiaconus, cuius ebdomada est, dat prandium octo majoribus Custodibus, & duabus minoribus Ebdomadariis, & vimum, & fruges in sero ejusdem. Et ipse Subdiaconus facit ignem per totam noctem. Similiter autem facit Subdiaconus in Epiphania. Et nocte Nativitatis Domini. Ebdomadarii habent Solidos IV. de Casa, quae est in Terramara, quos Cimiliarcha debet requirere: qui ita dividuntur; Presbytero Denarii XII. Diacono XI. Subdiacono XII. Cimiliarchae XII. Finita Missa majori illius diei Subdiaconus Ebdomadarius, & Primicerius Lectorum, & Primicerius Subdiaconorum, & quatuor Magistri Scholarum, & Primicerius Notario-

rum,

rum, & unus Lector, & Clavicularius Ebdomadarius, cum altero quo-vis Lectore & Cicendelarius, & Ostiarus Ebdomadarius, & qui portat Evangelii Textum. & Vicecomes, cum suis Servitoribus; omnes prandent in domo Archiepiscopi honorifice. Et duo minores Custodes Ebdomadarii, qui custodiunt thesaurum super Altare, habent de apotheca Pontificis Panes duos, & unum caput Porci costum, & unam minnam Vini.

In Sancti Stephani, omnes debent comedere in Domo, sicut in Festo Sancti Ambrosii.

In Sancti Johannis Evangelistas, Solidi X. inter omnes.

In Sancti Jacobi, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice Denarius I. Custodibus Denarii XII. Veglonibus

A Denarii X. Pro pane & vino Puerto-rum Denarius I.

In Sancti Eugenii, Ebdomadariis Solidi III. Pro Calice Denarius I. Custodibus Denarii XII. Veglonibus Denarii X.

In Sancti Silvestri.

F I N I S.

Hic adnectere etiam mihi placuit Constitutionem de Reformatione Officii Ambrosiani, editam Anno 1440. a Francisco Pizzolpasso Mediolanensi Archiepiscopo, viro cum doctrina, tum sanctitate morum spectatissimo, quam ex MSto Codice Bibliothecae Capituli Metropolitani Mediolanensis ego olim exscripsi, ut quid ille pro restauranda Psalmodia Ecclesiae suae egerit in posterum censet.

Constitutio Archiepiscopalis edita circa Reformationem Officii Gloriosissimi Pontificis & Patroni nostri Ambrosii, ad divini cultus non mediocre incrementum, & evidenciam animarum salutem & profectum.

Franciscus Dei & Apostolicae Sedis gratia Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus, universis & singulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archipresbyteris, ceterisque Ecclesiarum Civitatis & Dioecesis Mediolanensis Praelatis, ac Clericis aliis tam secularibus quam regularibus, nec non Abbatissis, Priorissis, Monialibus, & Religiosis, ac Deo dicatis Ordinum quorumcumque, divinum Officium, sive Horas Canonicas juxta ritum beatissimi Pontificis & Patroni nostri Ambrosii observare debentibus, & ad talia obligatis, salutem in Domino. Si singulas nostri Pontificalis officii onerosas curas continua & diligent meditatione mente interna amplectimur, illa amplius nos agitat atque premit, ut in singulis

D Ecclesias nobis subjectis, in Hymnis & Canticis & cum omni diligent ordine dicinorum cultus amplietur; & quae incuria & temporum negligentia praetermissa esse videntur, sub debitae reformationis regula componamus, ac præteritam incuriam superveniens diligenter compensem. Intelleximus namque, immo nos ipsi videmus, & experimento quotidiano perpendimus, in Officio beatissimi & gloriosissimi Patroni nostri Ambrosii multa secundum temporum curricula neglectui tradita, plurima omissa, nonnulla diversimode edita, & immutata fuisse. Et pro eis reformandis, & ad debitam normam redigendis cura solicitamur continuâ & assiduâ meditatione affligimur, ut juxta creditas nobis Pontificalis dispensationis officium,

divinorum laudes nostrae solicitudinis studio amplius. In primis namque videmus in principio Psalterii Ambrosiani describi per singulas Ecclesias, & etiam contineri illud gloriosum, laudabile, & devotissimum Canticum, sive Symbolum, quod incepit: Te Deum Laudamus, opus quidem illius sanctissimi Patris nostri Ambrosii, praeexcellenterissimi, & eloquentissimi Doctoris Ecclesiae, ac gloriose, & excellentissimi etiam Ecclesiae Doctoris Augustini in illo sacratissimo sui Baptismatis actu compositum, & alternis vicibus per illos sanctos Patres decantatum, plenum quidem omni divina laude, dulcedine, ac devotione. Sed, quod certe non libenter referimus, tam celebris & devota laudatio taurorum Pontificum, duorum clarissimorum luminarium in Dei Ecclesia, Ambrosii scilicet & Augustini, praetermissa plurimum videtur & neglecta. Nam apud nonnullas duntaxat Ecclesias hujus Civitatis devote decantatur, & plurimi devoti Clerici, privatim Officium ipsum dicentes itidem servant. Apud alias vero Ecclesias, aliosque Clericos hoc multum negligitur. Sicque illud tam sanctum, tam devotum, tamque suave Canticum beatissimi Patris nostri Ambrosii, quod, ut praemittitur, in principio Libri Psalmorum semper describitur, quoad multas Ecclesias, multosque Clericos, frustra membranas occupat, & nullum fructum in divinis Officiis ipsorum negligentia Clericorum asserre videtur. Hanc igitur tantam negligentiam solicitudine nostra abulere volentes, imitando quod alias super hos salubriter fuerat institutum per clarissimae & recolendae memoriae Dominum Joannem Vicecomitem praedecessorem nostrum, statuimus & perpetuo ordinamus, quod de cetero in singulis Ecclesiis Collegiatis & Conventualibus, ac aliis, in quibus Horae Canonicæ de-

A cantari solent, vel etiam debent, tamen Civitatis quam Dioecesis uniformiter de cetero immediate post Lectiones Matutinales diebus Dominicis, & aliis festis & solemnibus, alacri & devoto jubilo cantetur illud suavissimum & delectabile Canticum & Symbolum in Ecclesia Dei clarissimorum Ambrosii & Augustini; Te Deum Laudamus, cetera ex more complendo. Idem etiam observare teneantur, qui Officium dicunt sine cantu, ut videlicet ipsum Canticum suo in loco devote dicant.

B Illos autem, qui ex majori devotione ultra dictos dies festivos & solemnies, quod omnibus pariter, ut est dictum, mandatur, ipsum Canticum Te Deum Laudamus dixerint, aut etiam cantaverint, nullatenus improbamus, quinimum eos dicimus majori laude dignos esse, & plus meriti apud Deum, apud nos vero majorem commendationem reportare. Quid enim suavius, quid dulcius, quid sanctius, quid denique convenientius esse potest apud nos, qui Clerici Ambrosiani nuncupamur, quam quod Hymnos & devotissimos cantus ipsius sanctissimi Patris nostri Ambrosii, maxima accensi devotione, iugique ac sedula observantia & modulatione apud Summum Deum omnipotentem pro salute nostra & Populi, consolatione cunctorum, & devotionis augmento decantemus?

C D Eterum, ut intelleximus, in Ecclesiis tam Civitatis, quam Dioecesis, nec non etiam in dicentibus privatim Horas Canonicas, tanta est diversitas & disparitas propter Kalendaria, quae diversimode habentur, quod uno in loco uno modo, alio autem in loco omnino dispariter, unusque eadem die dicit Officium de uno Sancto, alius autem de alio: aliquando vero Officium de Sancto, & eadem die interdum Officium de Feria dicitur, & etiam decantatur.

D Ceterum, ut intelleximus, in Ecclesiis tam Civitatis, quam Dioecesis, nec non etiam in dicentibus privatim Horas Canonicas, tanta est diversitas & disparitas propter Kalendaria, quae diversimode habentur, quod uno in loco uno modo, alio autem in loco omnino dispariter, unusque eadem die dicit Officium de uno Sancto, alius autem de alio: aliquando vero Officium de Sancto, & eadem die interdum Officium de Feria dicitur, & etiam decantatur.

E Ceterum, ut intelleximus, in Ecclesiis tam Civitatis, quam Dioecesis, nec non etiam in dicentibus privatim Horas Canonicas, tanta est diversitas & disparitas propter Kalendaria, quae diversimode habentur, quod uno in loco uno modo, alio autem in loco omnino dispariter, unusque eadem die dicit Officium de uno Sancto, alius autem de alio: aliquando vero Officium de Sancto, & eadem die interdum Officium de Feria dicitur, & etiam decantatur.

Volumus

597 DISSERTATIO QUINQUAGESIMASEPTIMA. 598

Volumus igitur, decernimus, statuimus, & perpetuò ordinamus, quod de cetero in omnibus & singulis Ecclesiis nostris, nec non per Clericos dicentes privatim Officia divina, & Horas Canonicas, dicantur, seu decantentur ipsae Horae Canonicae de Sancto seu de Feria, prout occurret in Kalendario, quod de novo & publice ponit & ordinari fecimus in Ecclesia nostra Cathedrali. Cuius exemplum ceteri omnes tam de Civitate quam de Diocesi, & de Provincia nostra Mediolanensi, quo ad illos, ad quos spectat, recipiant & habeant saltem infra duos menses post publicationem praesentium. Et si in dicto Kalendario certà die occurrerit de Sancto, universaliter per totum Clerum nostrum idem Officium de ipso Sancto dicatur. Idem servetur, si Officium de Feria occurrit, non omitendo aliquomodo Officium Mortuorum, pro ut supra Institutio Ambrosiana demandat. Nec quispiam audeat hunc nostrum ordinem aut stylum dicti Kalendarii aliquo pacto transigredi, vel etiam immutare. Volentes insuper & mandantes, quod in diebus, quibus de Sancto aliquo divinum celebrabitur Officium, Epistolellae ad Tertiam, Sextam, & Nonam speciales prout inveniuntur in Officio Ambrosiano dicantur. Et si speciales, vel proprie non fuerint, tunc illae communes de Sancto illo, pro ut occurrent. In seriis verbis diebus communes de Feria dicantur. Quas Epistolellas proprias, speciales, & generales, pro ut in multis Breviariis scriptae sunt, generaliter in omnibus aliis conscribi volumus, & pariter annotari.

Insuper quia nos ipsi videmus, quod in Ecclesiis Collegiatis vel Conventuali bus; in quibus Horae Canonicae decantantur, Lectiones secundum sacratissimi nostri Ambrosii instituta ordinariae decantantur & dicuntur, dictas autem

A Horas & Officium Ambrosianum privatim & submissa voce dicentes, Lectiones hujusmodi penitus omittunt, certas Epistolellas, ut eorum verbo utamur, quae in Tertiis, Sextis, & Nonis ordinatae sunt, breves quidem valde & compendiosas in Matutinis dicunt loco ipsarum Lectionum, quod quidem ex longa negligentiâ, continuâ incuria, & indevotione plurimâ processit, simili modo volumus, decernimus, & mandamus, ut omnes Clerici privatim Officium celebrantes, se conforment in dicendis Lectionibus matutinalibus cum illis, que in Ecclesia divina decantant Officia, easdemque debite & complete secundum quod instituit devotissimus Pater noster Ambrosius, dicant; ut bonus sit ordo inter omnes, idem stilus, pariformitas in orando, & unitas in legendâ. Declarantes, quod omnes de cetero scribant, aut scribi faciant Breviaria, quae dictas Lectiones ordinate ac distincte compositas contineant, & non aliter. Habentes vero Breviaria in talibus defluosa & imperfecta, illa, infra sex menses a publicatione praesentium computandos, completere, & reformare studeant, si Dei offendam & nostram indignationem & finaliter castigationem evitare voluerint.

Rursus quia nobis summe est cordi, & magno studio desideramus hoc nostram Officium sanctissimi patris nostri Ambrosii augere, & in majorem devotionem ampliari, omnes & singulos de Clero nostro, qui ad Horas Canonicas dicendas seu decantandas tenentur, infra sex menses a publicatione hujusmodi computandos, teneantur habere, scribere, aut sibi recuperare Horas Canonicas de Gloriosa Virgine Maria secundum morem Ambrosianum. Et melius erit, si eas in Breviariis suis secerint inseri. Et qui citius eas recuperaverint, majori laude erunt digni, & maius meritum

apud

apud Deum, Advocatâ nostrâ glorioſiſſimâ Virgine Mariâ matre ſua, & beatissimo Ambroſio, intercedentibus reportabunt. In Eccleſiis autem, in quibus Horae Canonicae decantantur, etiam Horae huiusmodi de beata Virgine dicantur in voce, ſen tono minori, ſen remiſſori ante alias Horas ſingillatim, & per ordinem ſuum. Privatim autem Officium dicentes, & ſine cantu, diſtas Horas beatae Virginis dicant privatim ſecundūm devotionem ſingulorum. Per hoc autem tam ſanctum, tam meritorium, tam laudabile opus debemus omnes inde ſperare, quod piis interceſſionibus beatissimae Virginis glorioſae, & Sancti Ambroſii Confessoris, exoritus Dei Filius Dominus noster Iesu Christi haue inclitam, & in toto Orbe celeberrimam Civitatem proteget & defendet ab omni boſtium incurſo, a tribulationibus & anguiliis, veramque ſuam & firman pacem ſuā misericordiā nobis concedet, aut de adverſantibus victoram & triumphum dignabitur impertiri. Alacri igitur, & ſincera mente, & cum bona devotione omnes ſudent has digniſſimas Laudes Virgoinis glorioſae iuxta ritum Ambroſii ſanctiſſimi diendas de cetero promte ſuſcipere, ut diuinus cultus naſtris temporibus, pro ut ſumme optamus, tate & tantum capiat incrementum. Adiuantes ex nunc promovendos ad * Ordinem in futurum ſacros, ut Breviarium cum Lectionibus & Epitheliis ſpecialibus propriis, & de communib, ut praemiffum eſt, & etiam Officium de beata Virgine antedictum in bere ſtudeant, quum tales in praemiffis defectuosos nullatenus admittere intendamus.

Voxum quia, ſicut etiam accepimus, in pluriſimis anni diebus ſolemnibus, & in Vigiliis ipſorum dierum, Vesperi minus ſolemnes, maxime in noſtra Cathedrali Eccleſia decantantur non per Ca-

A pitulum noſtrum, pro ut conveniens fore, ſed per Capitulum Decumanorum, pro ut in diebus ſolet fieri quotidianis: quare ut is in divinis deſectus noſtrâ provisione reparetur, ſtatuumus ac etiam inriolabiliter ordinamus, quod Vesperi ſolemniſter decantentur maxime in Eccleſia noſtra Cathedrali per Capitulum noſtrum in Vigiliis & in ſeſtis diebus intra criptis, & idem aliae ſeruent Eccleſiae. Videlicet :

Dodecim Apoſtolorum.

Quatuor Evangelistarum.

Quatuor Doctorum Eccleſiae, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorii.

Sancti Johannis Baptiſtae.

Sanctorum Prothabſi & Gervasi.

Sanctorum Nazarii & Celsi.

Inventionis & Exaltationis Crucis Dominiſicae.

Sancti Barnabae primi Archiepifcopi Mediolanensis.

Sancti Laurentii glorioſiſſimi Martyris.

Sancti Michaëlis Archangeli.

Sancti Martini.

Decollationis Sancti Johannis Baptiſtae.

Cathedrae Sancti Petri.

Conversionis Sancti Pauli.

Sancti Dienyſii, immediati praedecessoris glorioſi noſtri Ambroſii.

Sancti Antonii devotissimi Confessoris.

Sancti Vincentii Levitae & Martyris.

Sancti Sebaſtiani Martyris.

Sanctae Mariae Magdalence.

Et hoc ultra alios etiam ſeſtivos, in quibus Vesperi ſolemnes & duplices per ipſos de Capitulo noſtro hodierno tempore decantantur. Quum in illis nihil velimus immutare, quin potius quae re e aguntur commendare, & etiam conſirmare.

Postremo licet arbitremur, & quaſi certi reddamur, quod omnes vos, dilectiſſimi

Bissimi filii nobis in Christo, de Clero nostro, quos hujusmodi negotium tangit, cum devota animorum promptitudine, obedientia, & caritate, praemissa omnia & singula ad laudem Domini, & divini cultus augmentum suscipietis, & ex sinceras animis observabitis; tamen ut eo serventius omnia recipiatis, quo magis vos videritis divino & spirituali pabulo, idest Indulgentiis & remissionibus vestrorum peccaminum consoveri, vobis omnibus, & singulis de Clero nostro, qui praemissa omnia devote observabitis, & Horas de beatissima Virgine Maria specialiter, ut praemissum est, dicetis, aliisque Christi fidelibus Laicis, qui devote aut eas dixerint, aut eas audierint, & interfuerint in divinis, pro qualibet die Indulgentiam quadraginta dierum de injunctis eis poenitentiis clarginur misericorditer in Domino, quam usque ad annum dumtaxat durare volumus.

Et ut praemissa omnia & singula ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam possint & valeant verisimiliter pervenire, nullusque de praemissis valeat ignorantiam aliquam praetendere, vel excusationem allegare, has nostras Literas per inscriptum Baldassarem de Capris Cancellarium nostrum subscriptas, in Sacristia septentrionali nostre Cathedrales Ecclesiae publice reponi, nec non in Libris novi Calendarii ibi positi describi, ac in praesentia majoris partis Cleri nostri ad hoc coram nobis congregati, nec non in nostrâ publicâ Cardinalem audienciam, coram Vicario

A nostro, legi & publicari mandavimus, & inter Volumina aliorum Librorum dictae Ecclesiae dimitti & perpetuo conservari, ut quilibet copiam & exemplum inde possit assumere, & de ipsarum continentia & tenore diligentius informari. Mandantes universis & singulis Capitulis Ecclesiarum Collegiatarum & Conventualium Civitatis, & Dioecesis nostrae, quatenus infra mensem a die publicationis praesentium computandum in tabula publice appendenda in Sacristis vestris has Literas, & hujusmodi Constitutionem nostram describi faciat sub pena Florenorum decem fabricaz Ecclesiae nostrae applicandorum:

B Datum Mediolani in domibus habitationis nostrae sitae in Porta Ticinensis in Parochia Ecclesiae Sancti Sebastiani sub Anno Nativitatis Domini MCDXL. Die Sabbati XXX. mensis Januarii, III. Indictione.

C Postremo tandem loco monebo; Ambrosianum Officium multa debere Orrico, sive Olrico Scacabarozio, qui in ejusdem Metropolitanæ Bibliothecæ Codice appellatur Ecclesiae Majoris Meliolanensis Archipresbyter, & Praepositus Basilicae Apostolorum, sive Sancti Nazarii in Brolio Mediolani. Is enim Anno 1280 uti ex eodem Codice constat, multa Officia Sanctorum tam in dictamine, quam in cantu compilavit. Leguntur ibi eadem Officia, uti & ipsius Auctoris Epi-

E taphium, nempe:

ORRICVS DIGTVS COGNOMINE SGACABAROVVS
MEDIOLANENSIS TVNC ARCHIPRESBYTER VRBIS,
ARCA DE PETRA IACEO QVI CLAVSVS IN ISTA,
SANCTORVM STVDVI CVM CANTV SCRIBERE LAVDES;
NOMINA SVNT QVORVM NAZARIVS, ATQVE SOPHIA,
ET MARCELLINV, PETRVS, MAVRILIVS, ANNA &c.

Anno 1605. uā sunt Codice isto, qui restorationi, ac novae editioni Missalis ac Officii Ambrosiani praefecti fuere. Ibi ejusdem Orrici Epistola legitur ad Dominum Comitem Dei gratiā Sanctorum Marcellini & Petri Presbyterum Cardinalem. Cernitur quoque idem Orricus ibi pietus. Vekis candida usque ad pedes diffilit. Supra illam rubea cappa cum capuccio, & sine manicis, a tergo cadit usque in terram: in anteriori verò parte inter brachia decidens usque ad femora prolabitur. Corona Clericalis non minor iis, quas rigidiiores Asceae nunc deferunt. Cardinalem S. R. E. dices. Et revera Cardinales etiam appellabantur olim Canonici Mediolanensis Ecclesiae.

Ritus autem duntaxat temporis nostri, si quisquam animo metiatur, fortasse miretur, cur apud Beroldum tot ecurrent distributiones ac oblationes non pecuniae tantum, sed & panis, vini, aliarumque frugum, quae Clericis Metropolitanae Mediolanensis olim deferebantur, quoties recurrebant aut Anniversarii Defun-

A torum dies, aut Sanctorum solemnitates, aut Canonici Ordinarii procedebant ad aliquam Ecclesiam. At minus periti norint, familiarem suis se temporibus iis consuetudinem hanc in singulis ferme Cathedralibus Ecclesias; sed praeципue in Mediolanensi. Tunc enim, ut alias caussas omittam saepe per annum processio erat Cleri Metropolitani ad aliquam ex urbanis, immo & suburbanis Ecclesias, sive quod minores Ecclesiae honori sibi ducerent a tam illustri Collegio visitari, sive quod majorum institutio aut pacta ejusmodi visitationem exigerent. Huic autem labori, atque incommodo statuta erat sua merces. Cujus etiam rei exemplum adferre statui. nempe tabulas, quibus Fulcuynus Civis Mediolanensis Ecclesiae a se aedificatae, quae nunc Santa Maria Falcorina vulgo appellatur, & Collegio Canonicorum adhuc ornata est, dotem contulit; inter alia decernens, quid pendendum foret Metropolitanis Clericis, ad laudes Deo decantandas illuc profectoris.

Dotatio sacrae Aedis ad honorem Sanctae Mariae Virginis in Civitate Mediolanensi, constructae a Fulcuyno. Anno 1007.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Henricus gratiā Dei Rex. Anno Regni ejus Quarto, octavo die mensis Octoris, Indictione ingrediente Sexta. Manifeste profiteor ego Fulcuynus, filius bonaē memoriae Bernardi de Civitate Mediolani, qui professus sum ex natione mea lege vivere Salicha; ego namque habeo aedificatam Capellam unam juris mei in terra propria mea intra hanc Civitatem prope locum, ubi Theatrum nominatur, in honore Sanctae Dei Geni-

D tricis Mariae, quae est Mater Domini nostri Iesu Christi, ubi nunc Presbyteri tres ibidem ordinati & Officiales esse videntur. Propterea praevidi ordinare & judicare ipsam Capellam, & medietatem ex omnibus rebus illis juris mei rejacentibus in loco & fundo Vicogeni. Quae est medietas Mansos duos: pri-
E munum rectum & laboratum per Protasiū, & aliū per Lunfredum. Et sunt ipsae res nominatae de sedimine per mensuram perticarum sex: de vi- neis juges tres: de campis per mensu- ram

ram iuges triginta: de pratis iuges A
quatuor: de sylvis castaneis iuges tres:
de sylvis fullareis & roboreis, seu zer-
bis iuges decem. Eo ordine, ut sic e-
xinde permaneant a praesenti & deinceps,
qualiter ego hic subtus statuero,
& judicabo pro animae meae remedio.
Itaut ipsa Capella in mea sit potestate
ad faciendum qualiter mea decreverit
voluntas. Tamen volo & judico, ut u-
num ex ipsis Mansis supra dictis re-
jacentibus in eodem loco & fundo Vico-
geni, quod rectum & laboratum esse vi-
detur per iam dictum Protasium, pree-
sentialiter deveniat in potestate illius
Presbyteri, qui Major esse videatur in
eadem Basilica. Ad faciendum ex fru-
gibus, vel censum redditum, quibus ex
ipso Manso annue exierit, usufruvario
nomine. Eo tamen ordine, ut si Pre-
sbyter, & Diaconus, seu Subdiaconus,
atque Magister Ebdomadarins, &
Lectorum Primicerius, seu Lectors duo,
& Clericus atque Schola Sancti Am-
brosi in vigilia in Nativitate Sanctae
Mariae ad Vesperum canendum in ea-
dem Basilica venerint, quae venit ipsis
Vigesimaseptimâ die mensis Septembris,
ab ipso majori Presbytero fruges &
vinum accipient. Insuper si mane psal-
lendo in eadem Basilica advenerint, &
ibidem Officium Missae celebraverint
secundum consuetudinem, Clerici panem &
vinum accipient, & ipse Septimanarii ab ipso Presbytero invitati pran-
dium accipient. Prandio finito det ipse
Presbyter Cardinali Presbytero Denari-
os sex; Diacono sex; Subdiacono
quatuor; Magistro Ebdomadario tres;
Primicerio Lectorum tres; duobus Le-
ctoribus binos Denarios; Clerico Denari-
um unum; predictae Scholae Sancti Am-
brosi panes sextarios, casei libras
duas, vini festarios duos; Custodibus duos
frumentarios panes, & duos sextarios,
casei libram unam, vini festarium unum.

Tom. XI.

Haec autem omnia adimpleantur pro
animae meae remedio. At si evenerit,
quod ipse praedictus Presbyter, Sarbanus
compellente, sicut superius a me dijudi-
catum est, non adimpleverit, eodem
anno eamdem Capellam perdat, neque
in antea eidem Ecclesiae fungatur offi-
cio. Fruges vero & de Censi supra-
scripto Manso ipso anno in potestate
Cardinalis Presbyteri, & Diaconi de-
veniant usque ad expletum annum, eo
ordine, ut quod sacrilegus Presbyter
neglexit, ab Septimanariis recuperetur.
Expleto itaque anno Presbyter,
qui secundo a primo in eadem Capella
praeordinatum esse videatur, ad ipsum
Mansum recipiatur, ut adimpleatur
quod a me dijudicatum est. Et si quis
Presbyter deinceps hoc neglexerit, sem-
piternaliter ad ipsum patiatur detri-
mentum. De reliquo Mano, ut supra
legitur, qui rectum esse videtur per
ipsum Lansredum, a presenti die deve-
niat in manibus & potestate ipsorum
trium Presbyterorum, qui in ipsa mea
Capella Officiales & praeordinati fue-
rint; faciendum tam ipsis, quam eorum
posterioris de frugibus & censu, qui e-
xinde exierint inter se aequaliter ad
eorum usum & benedictionem quamcum-
que voluerint, pro animae meae reme-
dio, quia sic est mea voluntas. Quae
autem res, ut supra legitur, cum su-
perioribus & inferioribus sacrum consi-
nibus & accessionibus suis, integrum ab
bac die in antea volo ego Fulcynus,
ut sic exinde permaneat, qualiter ego
Fulcynus superius judicavi, & taliter
per Cultellum, Wanthonem, Vasone ter-
rae, & Frondes arborum, seu Festuchum
nodatum, pars eidem Basilicae Sanctae
Mariae legi optimam facio traditionem,
& corporalem Investituram: habendum
& tenendum, sicut supra habere insti-
tuit, sine mea meorumque heredum con-
traditione. Et me exinde foris warpi-

Q. 9

scō

ste de rebus ipsis a parte eidem Basiliæ, & absentem me facio. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipse Fulcuynus, quod absit, vel ullus de heredibus ac proheredibus meis, seu quislibet nostra opposita persona, contra hoc meum Testamentum ire, aut eum irrumpere quaeserimus, tunc componam partem eidem Basilice, & eosdem Presbyteros, multaque est pena auro optimo onias tres, & argenti pondera sex. Et quod repetierimus, vindicare non valeamus: sed praesens haec Cartula Judicati diuturnis temporibus firmum & inconclusum permaneat cum stipulatione subnixa. Et Pergamena cum Atramentario de terra levavi: Arialdi Notarius & Judex sacri Palatii dedi exscribere, rogavit, & ad testibus roborandam.

Actum suprascripta Civitate Mediolani.

Fulcuynus a me facto subscripsi.

Leo Judex sacri Palatii rogatus subscripsi.

Lanfranchus Notarins sacri Palatii rogatus subscripsi.

Signum manibus Marini, & Anduni, pater & filius, lege vivente Salicha, testes.

Ego qui supra Arialdis Notarius & Missus Domini Secundi Conradi Regis, authenticum hujus exempli vidi & legi, & sic in eo continebatur, sicut in isto legitur exemplo, praeter literam plus vel minus.

Ego Gualdricus Paliarius Notarius sacri Palatii, authenticum hujus exempli &c.

Ego Suzo Judex de Marlano, authenticum hujus exempli &c.

Ego Passaguerra Judex authenticum hujus &c.

Ego Petrus sacri Palatii Notarius, qui dicor Abbas, hoc exemplum ex authenticò exemplavi, & sicut in eo &c. & interlegniavi, ut supra.

Postea Marcus filius Domini Azonis de Hostio Civis Mediolanensis, qui habitabat in Canonica Mediolanensi, sacri Palatii Notarius, suprascriptam scripturam authenticavit in publicam formam, & scripsit Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Tertio, die Jovis, secundo die Augusti, Indictione Sexta, de parabola Domini Antonii de Aliate Consulis Justitiae Mediolani, ut constat per publicum Instrumentum, traditum per Gallinum filium Domini Guiieelmì de Aliate Notarium Portae Romanae.

Epocham Regni Italici animadverte: non enim illam a Germanici Regni initio Henricus Sanctus inchoavit, hoc est ab Anno Christi 1002, sed quidem ab Anno 1004, quo in Italiam cum forti exercitu descendens, dejecto Arduino Rege, ab Italiae Principibus Italiae Rex electus & renuntiatus est. Alteram Chartam addo, ex qua intelliges, quid pro Anniversario die tribueretur olim Cleto Metropolitano.

Charta Lazari Custodis Metropolitani Templi Mediolanensis, qua distributiones decernit in suo Anniversario facendas, ac Lampadem in Choro ejusdem Basilice accendendam statuit. Anno 1158.

A Nno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Octavo, XII. Kalendas Septembbris, In-

E dictione VI. Ecclesiae celeberrimi Christi Martyris Georgii aedificatae in Porta Herorientali in Platea Mencitorum.

Ego

Ego in Dei nomine Lazarus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Custos, & filius quondam Nigri, qui dicebatur de Cannosa, de Civitate Mediolani, a praesenti die & hora dono & offero, retento in me usufructu, donec vixero, Campum unum iuri: mei, quem habeo in territorio Foramanie ante hostium Monasterii Sanctae Mariae, & omnes illas res territorias, quas emi ab Rogerio de Capite Muri in territorio Montis Luparii, & ex quibus ipse Rogerius mibi fidem reddit annualiter blavae ad mensuram Mediolani Modios quatuor. Et Vineam unam, quam habet in territorio loci Coromiolae, ubi dicitur in Vello. Et Modios octo, & Sextarios duos blavae annuales, quos emi ab Eryuino de Viomercato in territorio loci Concorezi, & redduntur per Guilielmum Caballum, & Arialdum Bodium. Ea tamen lege ut Sacerdos praedictae Ecclesiae, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit, faciat omni anno, tempore, & die obitus mei pro salute animae meae Annuale ad Ecclesiam Dei Matris & Virginis Mariae, quae dicitur Hyemalis, cum communi omnium Sacerdotum, & Canonicorum Mediolanii. Et solvat pro Matutino Presbyteris quatuor Ordinariis per unumquemque Denarios quatuor; & Diaconibus septem Ordinariis per unumquemque Denarios quatuor; & Subdiaconibus septem per unumquemque Denarios tres; Novariis quoque quatuor per unumquemque Denarios tres; Primitorio Lectorum Denarios tres; & per unumquemque Lectorem Denarios duos; Custodibus per unumquemque Denarios duos; unicuique ex Vigionibus & Vigionibus Denarium unum; Crucis Denarium unum; per Thuribulum Denarium unum; Canonicis Decumanis Denarios duodecim. Et si quis ex praefatis omnibus desuerit, nihil habeat. In mane tribuat com-

A muni omnium Sacerdotum & Canonicorum Solidos sedecim & Denarios sex. Ad Missam faciendam det. jam dictus Presbyter Sancti Georgii Domino Archiepiscopo Denarios viginti quatuor, & cantet Missam. Si verò non intererit, habeat ex illis Denariis virginati quatuor Presbyter Ebdomadarius Denarios quatuor, & celebret Missam: alios viginti habeant Malesani, & intersint. Diacono tribuat Denarios quatuor. Subdiacono Denarios tres: Magistro Scholarum Denarios tres: Puer cantanti Canticum Denarium unum: Calici Denarium unum: pro Campana Denarios duos: in processione Crucis Custodum Denarium unum: Crucis Viginorum Denarium unum. Et faciat jam dictus Presbyter Sancti Georgii Circulum unum ferreum ad modum Scuti, & ponat illum in Choro Hyemalis Ecclesiae, & suspendat ipsum super intreitum Chori coram ferreo plaustro, & in ipso ardere faciat omni anno in Adventu Domini Libram unam Olei, & Nativi Domini ardere faciat Libras tres in eodem Scuto. Et si quid Olei remanserit, a die Domini conservetur usque in Epiphaniam, & tunc accendatur. Et in Quadragesima Majore ardere faciat in praedicto circulo Olei Libras duas, & Cicendelarii quatuor habeant Denarios sex. Et volo, ut praedictae res nullo modo contingent Clericum Adalmaniae Menclotiorum, sed mortuo Sacerdote Sancti Georgii, donec aliis ordinetur, veniant res omnes prae-nominatae in potestatem Primicerii Majoris & Lectorum, & ipsi eas regant, donec alias ordinetur, aliore ordinato Presbytero, ad eum prae-nominatae res jam dicta lege perveniant & revertantur; quia sic mea bona decrevit voluntas pro remedio animae meae. Unde tres Chartulas scribere rogavi, quarum unam retineat sibi jam dictus Presbyter

ter Sancti Georgii, & aliam habeat
Primicerius Major, tertia verò ponatur
in Secretario.

Actum Civitate Mediolani.

Signum manuum suprascripti Lazari,
qui hanc Chartam, ut supra fieri
rogavit, & Traversi Menclotii, & Ot-
tonis Menclotii, & Rogerii de Puteo-
blanco, & Rogerii Regizonis, atque
Guasconis de Pescaria testium.

Ego Stephanus Menclotii Tabularius
sacri Palatii tradidi & scripsi.

Ego Marcus filius Domini Azonis de
Hostiolo Civitatis Mediolani, qui ha-
bito in Canonica majori Mediolani, sa-

Acri Palatii Notarius, suprascriptam
scripturam nihil addens, nec minuens,
exceptis titeris, syllabis plus minu-
sive, auctoritate Domini Antonii de Al-
liate Consulis Justitiae Mediolani, ut
constat per publicum Instrumentum tra-
ditum & scriptum per Gallinum filium
Domini Guillielmi de Alliate, Portae
Romanae Notarii, Millesimo Ducente-
simo Sexagesimo Tertio, die Iovis, se-
cundo Augusti, Indictione VI. authenti-
cum insinuavi, & in publicam formam
redegi, & scripsi, & ut supra inter-
lignavi.

B R E V E
CHRONICON

**REGUM LANGOBARDORUM,
ET AUGUSTORUM**

FRANGICI GENERIS

E MANUSCRIPTO CODICE PATAVINO.


LUDOVICI ANTONII MURATORII

M O N I T U M.

Non ingratum Lectori fuerit breve Chronicon istud accipere, ad antiquissima tempora Italiae in barbariem prolapsoe spectans; instantia quippe monumentorum veterum penuria vel ipsa fragmenta magni facienda sunt. Huic sane veneranda veritas non deest, quum Anno Chr. DCCCLXXXIII. regnante Carolo Graffo Augusto scriptum fuerit a quodam Monacho Monasterii Brixiani ad Leones, olim celebratissimi, cuius etiam mentio in hoc ipso Opere non semel occurrit. Cuiam vero acceptum referam hujusmodi munusculum, is est Johannes Brunaccius, juvenis mei amantissimus, qui Patavii in barbaricae Eruditionis pomoeria ingressus indefesso studio curat, ut quidquid veretur tabularumq[ue] Antiquitatum amplissima Civitas suppeditare potest, perspectum sibi sit. Ejus labore Lector interea fruatur.

BREVE CHRONICON

Ab Anno Chr. DLXVIII. usque ad Annum DCCCLXXXIII.



Nno autem Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCXL. Indictione III. Sol quasi hora nona obscuratus est tamquam in nocte, & stellae apparuerunt in Coelo, idest III. Nonas Maji, IIII. feria in Letaniis. Eodem anno Hludowicus Imperator Major moritur. Item anno Incarnationis Domini DCCCLIII. & Indictione VI. fuit fames valida in mense Mayo &c. Si vis scire quot anni sunt, ex quo Franci, idest Karolus Rex Francorum Italiam apprehendit, multiplica XV. per XVII., idest septies XVdeni faciunt CV. Adde regulares III. qui cadunt XII. Indictione in mense Julio Karolus Desiderium Regem Langobardorum comprehendit. Adde & Indictionem cuiuslibet anni, ut puta praesenti anno I. faciunt CVIII. tot sunt anni ex quo Franci Italiam ceperunt &c. Si vis scire quot anni sunt ex quo Langobardi Italiam ceperunt, multiplica XV. per XX., idest vicies quindeni faciunt CCC. Adde regulares XII. qui cadunt III. Indictione factus est Albuinus Rex Langobardorum Dominus Italiae. Ade quoque & Indictionem cuius volueris anni, ut puta praesenti anni

A I. fiunt simul CCCXIII. tot sunt ergo anni ex quo Langobardi Italianam ceperunt anni Domini Incarnationis DLXX. Indictione suprascripta &c. Quando Langobardi egressi sunt de Pannonia ut venirent in Italianam feria II. de Albas, tunc fuit Pascha nostrum Kalendas Aprilis, annos ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DLXVIII. Indictione I. Tertii verò Indictione ceperunt Italianam anno Incarnationis Domini DLXX. Et regnavit annos III. & menses VI. Perdiderunt autem Regnum Italiae Langobardi post annos CCII. Clepho regnavit annos II. & menses VI. Judices Langobardorum judicaverunt Italiam sine Rege annis XII. Authari regnavit annos VII. Agiluvad regnavit XXV. Adeluvad filio ejus regnavit X. Arioald regnavit annos X. Rothari regnavit annos XVI. Rodoaldo regnavit menses VI. Aripert regnavit annos VIII. Grimoald annos VIII. Bertari regnavit annos XVI. Cuningpert regnavit annos XIII. Liutpert regnavit annos II. Aripert regnavit annos XII. Ansprand regnavit menses III. Liutprand regnavit XXXI. & menses VII. Hilprand regnavit menses VII. Ratchis regnavit annos III. & menses VIII. Aistulphus regnavit annos VII. Desiderius regnavit annos XVII. & menses III. Karolus regnavit annos XL. Ludowicius

cus regnavit annos XX. Lotharius regnavit XVI. annos. Hludowicus regnavit annos XXVI. Anno autem Regni sui XVIII. perrexit Beneventum, & occupavit eam, seu etiam comprehendit Seldanum Regem Paganorum. & Princeps Christianorum nomine Oalferi, & Adelchis, qui eam possiebant. Anno ab Incarnatione Domini nostri DCCCLXXI. Indictione III. captus est ipse Imperator a Beneventaris, comprehensus est ab ipsis sero tempore, & fecerunt eum sacramentum facere una cum conjugi & filia sua. Karolus regnavit annos II., fuit autem valde pius; suo autem tempore magnam pacem, quia unusquisque gaudebat de bonis suis. Karolus regnavit annos II. Karlomanno annos II. Karolus minor nunc III. agit annum per Indictionem I. Anni Domiri DCCC-LXXXIII. Quando autem Karolus filius Hludowici Regis Bijoariae in Italiam ingressus est hoc est VII. Kal. Novembris secunda feria anni Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXVIII. Indictione XIII. Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCXL nono, & post ingressum in Italiam Langobardorum Anno CLXXXimo accepit Regnum Langobardicae gentis vir gloriofissimus Aistulfus Rex in mense Julio Indictione II. Non longe post ipse Aistulfus Rex obiit, gubernavitque palacium Ticinense Ratchis gloriatus germanus ejus dudum Rex. Tunc autem Christi famulus a Decembrio usque Martium. In mense vero Martio suscepit Regnum Langobardorum vir gloriofissimus Desiderius Rex anno Incarnationis Domini DCCCLVII. Indictione X. Hic ipse excellentissimus Rex comprehensum virum Anselmum Abbatem Nonantulensem in


A exilium direxit, fuitque in exilium toto tempore quo ipse Regnum tenuit. Anno Dominicae Incarnationis DCCLVIII. Indictione XI. ceptum est Monasterio Domini Salvatoris locus, qui dicitur Leones a praefato gloriofissimus Desiderius Rex. Sed & Ecclesia ad honorem Domini Salvatoris, & Beatae semper Virginis Mariae, & Beati Archangeli Michaëlis aedificata est ab ipso praefatus Rex antequam Regnum cepisset. Non longe post introitum Regni, & inchoationem hujus Coenobii Domino cooperante, & praeominato excellentissimo Rege translatum est a Civitate Beneventum de Cassino castro quaedam Corporis partem Beatissimi atque excellentissimi Confessoris Benedicti Abbatis, & ab Urbe Roma Corpora Beatorum Martyrum Vitalis & Martialis, & in eodem sacrosanctum conditum est Coenobio. Praesuit autem ipso tempore in ipso Coenobio, hoc est Leone Ermoald Abbas, quod ipse praefatus Rex ex Beneventum Monasterio secum adduxit, seu & alii XI. ex quibus unum nomine Lampertum Papa constituit, Domino auxiliante, usque ad perfectum ductum est. Regnavit itaque excellentissimus Desiderius Rex annos XVIII. Porro in XVIII. anno Regni ejus superveniens Karolus Rex Italiae in mense Julio Indictione XII. Anno Incarnationis Domini DCCLXXIII. Et datum est ab ipso Karolo nostro Monasterio. Karolus igitur cum gubernasset Regnum Francorum & Langobardorum, nec non & Romanorum postquam Italiam cepit annos XL. in ipso XLmo anno, neandum expleto ab hac luce V. Februarii subtractus est Anno Incarnationis Domini DCCG-XIII. Indictione VII. Regnavitque Ludowicus filius ejus pro eo.....

E X C E R P T A
EX CHRONICO
J O R D A N I

Ab Anno circiter DCCCCL. usque ad MCCCXX.

Nunc primum prodeunt


EX MANUSCRIPTO CODICE
BIBLIOTHECAE VATICANAЕ.



IN EXCERPTA EX JORDANI CHRONICO,

P R A E F A T I O

L U D O V I C I A N T O N I I
M U R A T O R I I.



Ordanus, e cuius Chronicis Excerpta nunc profero, quis fuerit, nemo a me petat. Non minus mihi, quam Lectori, ignotus est. Tenerum adeo affectum erga Sanctum Franciscum Assisiatem prodit, ut suspicatus interdum fuerim, ipsum militasse in Ordine Minorum. Sed suspicionem istam abjeci, quando *Fratris* titulum ejus nomini additum non vidi. Hunc ipse sane minime contemisset. Ubicumque etiam occasio se illi offert loquendi de *Venetorum* rebus, eorumque gestis in Oriente, multo studio ac amore in eos fertur, ita ut videri cuiquam possit, communem cum iis patriam habuisse. Verum haec omnia incerta sunt. Illud exploratum habeo, Jordanum floruisse ineunte Seculo Christi Decimo quarto. Narrat ipse Meteoron mirabile sibi visum in Caelo Anno MCCCXIV. Kalendis Martii. Scripsit autem *Chronicon a creatione Mundi* pro more suorum temporum, ipsumque deduxit ad Annum usque MCCCXX. Codex fortassis unicus, membranaceus, & manu exaratus, inter MSos Bibliothecae Vaticanae omnium celeberrimae ad num. 1960. adseratur. Atque idem ipse est, quo saepe usus fuit Odoricus Raynaldus in contexendis Annalibus Ecclesiasticis. Porro nil rei Jordano nostro fuisse puto cum altero ejusdem nominis Historico, qui sub Rodulpho I. Austriaco floruit, & cuius breve *Chronicon* a Simone Scardio editum fuit de translatione Romani Imperii in Germanos. Tam spissum Opus a Jordano relictum, quippe ab

exordio Mundi per tot Secula decurrentes, nemo non intelligit, inutile plane onus futurum, si integrum evulgaretur. Quare, ut consuetudo mea est, dimissis superfluis, describenda tantum curavi, quae ad Secula propiora, atque ad res Italicas pertinent. Neque enim gesta extra Italiam, ac potissimum Vitae Sanctorum (quod quidem Bollandistarum instituto praecipue convenit) mihi quaerebantur, eoque minus, quod Scriptor iste expilasse videtur scrinia Vincentii Belluacensis. Quae pauca igitur heic exhibentur, debeo ego, & tecum debebit Lector, diligentiae Clarissimi & amici viri Nicolai Garminii Falconis, qui antequam ob ingenii, morumque suorum merita ad Episcopalem Cathedram Marturani in Calabria evehetur, venia facta ab humanissimis & doctissimis Vaticanae Bibliothecae Custodibus, singula descriptis, & ad me misit. Ceterum significavit ille mihi, in ejusdem Vaticani Codicis marginibus complures haberi imagines a Pictore non imperito efformatas, & minio illitas, quae arma, chlamydes, & reliqua Militum ornamenta referunt, ante quadringentos annos usitata. Ex eorum conspectu illustrari non modicum posset illius temporis Militia. Ibi quoque visitur effigies Sancti Francisci, aculeatum capitis tegumentum, sive Caputium gerens, quale nunc in usu est apud religiosissimos Patres Capuccinos. Ut notum est, plures hac de re controversiae inter Minoritas intercessere. Saepe etiam in ipsius Codicis paginis visitur depicta in vexillis Aquila Imperialis non biceps, ut nunc, sed uno capite, unoque rostro. Qui bicipitem Aquilam ante Seculum Aerae Christianae Decimum quartum usurpatam arbitrati sunt, has etiam picturas adversari sibi sentient. Denique titulus Operis in eodem Codice hic est: *Satyrica gestarum rerum Regum atque Regnorum, & summorum Pontificum, Historia, a creatione Mundi usque ad Henricum VII. Romanorum Augustum.*

E X C E R P T A

EX CHRONICO

J O R D A N I.

Prologus in Satyricam gestarum rerum Regum atque Regnorum &
Summorum Pontificum Historiam a Mundi creatione usque
ad Henricum VII. Romanorum Augustum.

*Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die, quo
creavit Deus hominem super terram &c.*

CAP. CCXVIII.

De Imperio Othonis, & ejus contemporaneis.

Cujus I. Particula de quibusdam contingentibus.



Tho imperavit postea. Hic in Palatio Aquisgrani a Moguntino Archiepiscopo coronatus est. Ipse Sclavos & Bohemos sibi resistentes oppressit. Belgicos ei transitum Rheni prohibentes fugavit, & totam Belgicam in ditionem accepit, & successoribus dereliquit. Hic Hungaros juxta Augustam vocatus a Sancto Episcopo Udalrico stravit. Hic etiam in Goslaria Saxonica argentinas fodinas primus invenit. Filio suo filiam Imperatoris Costantini de Ro-

A mano Sanguine procreatam copulavit. Primo anno Othonis Sanctus Vincenslaus a fratre occisus est; qui tantae fuit humilitatis, ut de nocte uno servo comite ligna praecideret, & suis humeris ante ostia viduarum & pauperum deferret, & ex spicis, suis manibus collectis, hostias faciebat, & Ecclesiis dividebat. Hic post CCC. annos apparuit Henrico Regi Dacorum, dicens, quo genere mortis moreretur, & quod suo nomine Monasterium aedificaret. Qui antequam compleret, a fratre occisus est. Ejus etiam tempore vixit Edgandes in Anglia. Dunstanus autem Episcopus sanctissimus, quem quadam die Dominica, appropinquate horâ tertâ, se præparasset ad celebrandum, Regisque exspectaret adventum, qui ad venationem iverat, subito soporem percessus, dum cubitis staret, innixus altari, & lacrymis intentus. in coelum rapitur, & immixtus Angelis, audit eos Sanctae Trinitati modulatis

B

C

dulatis vocibus canere *Kyrie eleison Kyrie*. (a) Quarum cantum ad se reversus retinuit; & interrogat, si Rex venit, & responderunt, non. Quum verò iterum oraret, iterum raptus audivit altissima voce cantari: *Ite Missa est*: quumque responderetur: *Deo gratias*, acceperunt Clerici Regis, nuntiantes ejus adventum. Quibus ille respondit, quia jam ipse Missam audierat, nec aliam ea die diceret, & audiret; & visionem aperuit, ac formans tunc sermonem Regi, venationem tali die prohibuit. *Kyrie quoque in coelo audita Clericos suos docuit, & per multa loca in Anglia cantari consuevit.*

Particula II. de Summis Pontificibus.

Stephanus natione Romanus sedit annos III. menses IV. dies XV. Cessavit Episcopatus dies XX. Marinus natione Romanus sedit annos XIV. Cessavit Episcopatus dies III. Agapitus natione Romanus sedit annos VII. menses X. dies V. Cessavit Episcopatus dies VII. Hujus pater Alhericus, quum esset potens, vocatis Romae nobilibus, rogavit eos, ac juramento astrinxit, ut filium ejus Octavianum, Agapito mortuo, Papam facerent, & ita contigit. Hic venator erat, & lubricus, & publice feminas tenebat. Quidam autem Cardinales occulto scriperunt Othoni, ut Ecclesiae succurreret. Quod quum ipse cognovisset, Johanni Diacono Cardinali nasum, & alteri Johanni Subdiacono, qui literas scriperat, manum amputari jussit. Hic fuit per Imperatorem & Clericos frequenter monitus, nec correctus. Denique a tota Italia, collecto Concilio, de

A rebus nefariis infamatur. Et dum venire renuit, a cunctis damnatus cessit. Ejus tempore imperantibus Constantinopoli Constantino atque Romano, Saraceni de Africa venientes Neapolim obsederunt. Et quum jam Urbis humana decessent remedia, oppidani ad Religionem conversi, praecipuos patronos Januarium, & Agrippinum ex Platea Furcille, de Neapolii oriundum & Praesulem, magnis solitum fulgere miraculis, profusis lacrymis, & singultuosis suspiriis orant, ut sicut ab igne Vesubii olim suis precibus & meritis liberaverant, ita & nunc contra Ethnicae gentis furorem ferrent opem. Igitur felices illi Praesules obsidi cuidam apud Neapolim detento illacrymanti, nocte in visione apparent. Lacrymae & doloris causam perquirunt, & audiunt, quomodo in crastino captâ Urbe Christianorum sanguis plurimus funderetur. Illi vero tristem consolantes ajunt: *Abstine, ut hoc facinus permittat celis Potestas*. Dum vero aurora finem daret, hostes cum navigis adveniunt, erectisque jam sealis, quum muros putarent ascendere, intercessione Sanctorum Praesulum, navis una eminentior ceteris submersa est, totusque exercitus perturbatus abscessit. Post electum autem Leonem, a Romanis Johannes iterum rapitur; & collectâ Synodo Leonem deposituit, ejusque gesta cassavit. Tandem cum uxore cuiusdam se oblectans, a Diabolo in tempore percussus in praesentia obiit. Et Benedictus a Romanis subrogatur. Quumque Romani Othoni jurassent, numquam se Papam electuros absque sua aut sui filii voluntate, venit protinus Otho Romanum, eamque obsedit, & fame afflixit,

(a) Consule ejus Vitam apud Acta Sanctorum Ordinis Benedictini Mabillonii, unde sumta sunt haec.

xit, donec Leo restitutus est. Benedictus autem degradatus, ab Imperatore in carcere strangulatus est. Aliqui scribunt, quod in Saxoniam missus fuit. Benedictus natione Romanus sedit menses II. Hic a Romanis, vivente Leone, Johanni subrogatur. Leo natione Romanus sedit annum I. menses IV. Cessavit Episcopatus dies IV. Hic, quia Romani suos intrudebant, statuit, ut nullus Papa fieret, nisi de consensu Imperatoris. Et donationes factas a Justiniano, Ariperto, a Pippino, a Carolo Ecclesiae Romanae in Regno Italiae, de consensu Cardinalium & totius Cleri & Populi Romani, Othoni remisit; sibique ac suis successoribus commisit, ab invasoribus Italiae Regnum perpetuo defendendum. Hic ex Laico assumptus Othonem coronavit. Distinct. LXIII. c. I. in Synodo. Et easdem dignitates ei contulit, quas Adrianus Carolo Magno, licet postea renuntiasse inveniatur, sicut & Ludovicus. Johannes natione Narriensis sedit annos VII. menses XI. dies XV. Cessavit Episcopatus dies XIII. Hic a Petro Urbis Praefecto apprehensus, in Castello Sancti Angeli est detrusus. Denique in Campaniam in exilium missus. Sed post & dies XXVIII. reversus est Romam. Otho quosdam persequitorum trucidavit, quosdam exiliavit. Benedictus natione Romanus sedit annum I. menses VI. Cessavit Episcopatus dies XX. Hic captus est, & in Castello Sancti Angeli strangulatus est a Tito Theodorae filio. Donus natione Romanus sedit annum I. menses VI. Cessavit Episcopatus dies X.

A

Particula III. de quibusdam Italicae Regibus.

B

C

D

E

Quia Franci Italiae non succurrerant, Hugo in Italia imperavit Annos XXII. sicuti translato ad Italicos Imperio. Denique Berengarius annis VIII. Lotharius annis II. Cujus tempore Sol factus est sicut sanguis, & post paucos dies magna hominum caedes sequuta est. Hic in morte Adheletam uxorem relinques, nil de Regno disposuit. Berengarius autem laudatus Veronae absque Reginae nutu imperium summis, & tenuit cum filio suo Alberto annis XI. & Reginam cum una famula, & Martino Presbytero in Arce Gardae posuit. Contigit autem eos fugere, & cum navicula quadam ad silvam deduci. Sacerdos vero de die eleemosynam pro omnibus quaerebat. Suspirans autem Regina, dixit Sacerdoti, Adhelardum Regii Episcopum, suum fidelem fuisse amicum. Ipsum requirat securo eos tutari loco. Requirit ergo Sacerdos Episcopum, & ille gaudens ait, se tuto carere loco, & Sacerdotem ad Azonem avunculum suum transmisit. Ille Regi prius amicissimus Reginam suscipit; & in Turri, quam exstruxerat, collocavit, decimo ab Urbe miliario, tutissimo loco, juxta quem e fontibus montium aqua procedit, quae Beniana vocatur, a quibusdam vero Incia; & Canossam Arcem appellavit. Demum conscio Johanne Papa Othoni Regi eam offert, dicens, quod per eam possit Langobardorum & Romanorum obtinere imperium. Venit Otho perniciiter Veronam, & a Berengario honorifice suscipitur. Inde procedit Regium, & per Azonem ad Reginam deductus est, & eam in uxorem

uxorem suscepit, quam in Saxoniam A duxit. Berengarius hoc comperto A zonem obsidet mensibus XV. Tunc ab Apostolica Sede mittuntur Legati ad Othonem, conquerentes de tyran nide Berengarii, & ejus auxilium implorantes. Gualpertus autem Episcopus Mediolani, & Gualdo Cr manus Episcopus, cum ceteris Italiae Principibus pio eadem causa ad O thonem iverunt. Tunc Otho filium Othonem coronavit, & per Valem Tridentinam introivit Italiam. Se quenti anno Berengarium in Monte Sancti Leonis obsedit. Filius autem ejus Albertus in Corsicam fugit. O tho autem Berengarium per deditio nem accepit, & in Saxoniam addu ctum Reginae praesentavit. Quae eum in tetricimo carcere clausit, ubi miserrime vitam finivit. Post Othonis autem discessum Albertus, instar pa tris, Azonem obsedit. Qui auxilium Othonis repetens, Litulphum ejus filium cum mille militibus suscepit. Mortuo autem Litulpho in proelio, Azo vicit. Albertus autem ad Imperatorem Constantinopolitanum Nicephorum fugit, Anno Domini DCCCCLXII. Sic Italiae tunc Imperium finem habuit. Sequenti Octo bri Otho Imperii diadema Romae suscepit a Papa; Azonem Liguriae praefecit, & demum curam Italiae in sua absentia commisit. Post haec Azonis uxoris anno quarto vita exce hit, & Azo, eodem anno, sepulti apud Monasterium Sancti Apollonii. Azoni autem successit filius Theal dus, patri aut aequandus, aut prae ferendus, qui honorem paternum as sequutus, a summo Pontifice Duca tum Ferrarie sibi successoribusque suis sub anno censu Romanae Eccl esiae persolvendo obtinuit. Qui ut Ferrariam magis libere servaret, Ar

B cem super Padum aedificavit, & a suo nomine Castrum Thealdi nominavit. Monasterium quoque Sancti Benedicti in Mantuanorum finibus construxit. Lotharius Rex Franciae cum Othone multa bella habuit. Tam dem super Barum fluvium pacificantur, data Lotharingiâ Othoni. Ex quo Barones Franciae offensi sunt maxime. Hugo Magrus, sub hoc Lothario factus Dux Franciae post biennium mortuus est. Cui successit Hugo Capeth filius ejus. Et nota, quod sicut per vilitatem Regum supradictorum introducti sunt Majores Domus, qui Regnum ad se traxerunt, ita & nunc Dukes instituti sunt, qui sibi Regnum supradictum similiter usurparunt. Lotharius autem ab uxore adultera extinctus dicitur.

Particula IV. de Regibus Austriae.

Mortuo Ronimio successit filius Venidus, qui leges Gotherum confirmavit.

Particula V. Genealogia Comitissae Mathildis.

Sigfredus ex Lucensi Comitatu a Sirelo flumine usque Fraseniorum potentissimus, propriis terris non contentus, cum tribus filiis Sigifredo, Azone, & Gerardo Longobardiam introivit; Mutinae, Regioque proxima Castra multa recepit, & ronnulla Opida in Comitatu Parmensi. Sigfredus primogenitus duos filios habuit Barathonem, & Gibertum, qui ei in Parmensi Territorio successerunt, quorum successores ab eis dicti sunt Baratini & Libertini, honore conspicui. Gerardus autem reliquit Adhelardum Reginum Episcopum, cuius patrimonium Azoni obvenit.

obvenit. Hic Azo secundogenitus animosior ceteris, portionem in Regino Comitatu sortitus, aedificavit Monasterium Brixelli atque dotavit. Et ex Ildegarda Comitissa Regis Othonis nepte ex fratre habuit tres filios, quorum Gotifredus Episcopus Brixensis. Quum iste Sancti Apollonii caput cum humero & lacerto praecideret, ut Patri donaret, statim crux effluxit. Azo vero statim votit Sancto Templum construere, ubi in Sepulero eidem peravit. Secundus filius Rodulphus mortuus est vivente patre. Tertius filius vocatus est Thealdus, qui ex Comitissa Romanenese Gisila nomine habuit similiter tres filios Thealdum Episcopum Aretinum, & Bonifacium, qui sepulto patre in Canusio, magnam partem thesauri a patre ibi reconditi militibus suis dedit, & ab Henrico Imperatore & Benedicto Papa confirmationem accepit super iis, quae patri & avo concessa fuerant. Et ipse Conrado Imperatori de Parma victoriam dedit, & ab eo etiam in praedictis confirmatur, additis sibi Marchia & Parma, & curâ ceterarum partium Lombardiae. Tertium autem habuit filium Conradum. Hic a quodam seductus contra fratrem, majestatem ejus veritus, tractatum & revelavit, & secum contra seditiosos properans graviter vulneratus, ex mala diaeta moritur. Bonifacius autem tres similiter habuit liberos, Fridericum, & Beatricem, & Mathildem. Haec sola patri supervixit, & ei ac matri Beatrici successit, Rutilorum Ducis filiae ex Mathilde, filia Sancti Henrici Imperatoris, quae & patri in Comitatu Rutilorum similiter successerat, & mortuo viro omnes Barones filiae huic Mathildi fidelitatem jurare fecerat.

Tom. XI.

Particula VI. de quibusdam incidentibus.

Quintodecimo Anno Othonis, Sitaxit Rex Hungarorum decem modios nummorum a Berengario pro reditu accepit. Anno XVI. primo similiter Othonis Colonensem Archiepiscopatum suscepit. Cujus studio cum Sanctorum quorundam Reliquiis a Roma Coloniam defertur baculus Sancti Petri. Anno XIX. lapis mirae magnitudinis cecidit cum tonitruo & tempestate. Anno XXII. prodigiosa res multos terruit, & a vitiis cohibus, crucibus in veste plurimorum apparentibus, quorumdam vero vestibus quasi leprâ soldentibus. Hoc tempore Danis Christum & idola colentibus, & cum Popone Clerico in convivio altercantibus, super culturâ unius Dei vel plurium, Danis afferentibus, quosdam Deorum antiquiores fuisse Christo, Popone contra affirmante Jejum Christum verum & solum Deum, & Deum quidem unum esse in substantia, & trinum in personis: Rex Danorum Arualdus prodi vult sibi fidei veritatem. Ferreum perniciem candens in manibus Clerici deferendum jubet. Quod quum Clericus innocue sustinisset, quoisque adstantibus placuisse, Rex cum suis ad solum Christum colendum conversus est. Anno XXVIII. Otho in Pentecoste scilicet habuit sorores, Gerbertam Reginam Franciae, Augundem uxorem Hugonis Comitis Parisiensis. Numquam alii in vita sua simile gaudium haberunt, concurrentibus tot insigniis regalibus suae profapiaie. Anno XXXII. Comes Othonis Imperatoris ante oculos omnium a Daemone vexatus jussu Imperatoris ad Johannem Papam adducitur,

S s

citur, ut Catena Sancti Petri ejus guttur circumducatur. Sed dum semel & bis alia Catena adhibetur a fallacibus Clericis, nec salvus perverniret, tamdem Beati Petri adducta Catena, Diabolus spumans & multum clamans abscessit. Catenam autem Theodoricus Metensis Episcopus arreptam tenuit, dicens se eam numquam, nisi abscessa manu, dimissum. Sed Imperator solvit dissidium, obtinens a Papa, ut illi Cateneae annulus daretur.

*Particula VII. de summorum
Pontificum dissidio.*

ANNO XXVI. a tota Italia Episcoporum Concilio Johannes Papa de nefariis causis infamatur, & quum tertio vocatus, ad se excusandum venire cunctatur, eo a cunctis habitu pro judicato, Leo adhuc Laius electione omnium & concessu Imperatoris Papa substituitur. Hic in Concilio tradidit Othoni ejusque successoribus Italicum Regnum perpetuo defendendum, & facultatem fibi successorem eligendi, & Sedis Apostolicae Pontificem ordinandi, dandi quoque Investituram Episcopis, sine qua consecrari non debeant. Sic Leo praesidens fecit ordinationes, & quae Apostolica tradidit. Post haec Romani alterata fide erga Imperatorem, Johannem recipient.

CAP. CCXIX

De Imperio Secundi Othonis,
& fibi contemporaneis.

Cuius Particula I. de gestis ejus.

OTho superioris filius post eum imperavit, & anno VIII. Apu-

A liam & Calabriam transferre conatur ad Romanum Imperium, maximè ratione uxoris Theophaniae, quae affinis erat Imperatori Graecorum. Anno IX. Graeci conducto mercenario exercitu Saracenorum cum Imperatore Othoni in Calabria congregantur, ubi poene omnes Romanæ vires deletae sunt. Unde Imperatrix Primitibus exprobrans femineam & Graecam levitate, coepit exosa haberi. Otho Beneventum obsedit, & cepit, & Offa Beati Bartholomaei secundum portavit, & in Insula Tiburtina collocavit; inde ad Civitatem suam transferre cogitans; sed morte praeventus est. Mortuo autem eo, de substituendo oritur dissensio, aliis filio ejus deberi Imperium dicentibus, * allis odio Imperatricis ad Henricum Duralem filium Henrici, qui frater fuit primi Othonis, transferre volentibus. Hic quoque Henricus ipsum Othonem puerum raptum in custodia tenebat. Barones vero redemptum in Regnum sublimant. DCCCCLXXVIII. Eduardus Angliae Rex Sanctus interfectus dicitur, procurante Nover a ejus, ut regnaret cum filio suo Edelredo. Qui cum baptizaretur a Sancto Dunstano, in sacro Fonte minxit, ubi praedictum fuit, illud malum esse futurum, & quod etiam ejus tempore exterminium Angliae fieret.

Particula II. de summis Pontificibus.

Bonifacius natione Romanus sedit annum I. mensem I. Cessavit Episcopatus dies XX. Hunc Romani strangulato Benedicto Papam fecerunt; sed non valens in Urbe consistere, depraedata Ecclesiâ Sancti Petri, fugit Constantinopolim; & cum magna pecunia rediers, & Pontificem expellere non valens, Johanni Dia-

Diacono Cardinali oculos eruit. Ipse vero subito extintus est. Benedictus natione Romanus sedit annos II. menses VI. Cessavit Episcopatus dies V. Hic bonus fuit & Othonem II. confirmavit, qui in Italiam cum Regina ad eum venerat.

CAP. CCXX.

De Imperio Othonis III. & sibi contemporaneis.

Cujus Particula I. de translatione Regni Franciae.

OTho igitur postea imperavit; cuius anno quarto, Ludovico Rege Francorum juvne mortuo absque liberis, & fraude conjugis, Francis Regnum transferre volentibus ad Carolum Ducem fratrem Lotharii Regis primogeniti ipsius Ludovici, dum res ad consilium defertur, Regnum occupat Hugo filius Hugonis Parisiensis ex Augunde sorore Othonis I. Imperatoris.

Particula II. de Sancto Dunstano.

Eodem vero anno mortuus est Dunstanus. Hic ex parentibus genere & fide nobilibus in Anglia &c.

Particula III. de Summis Pontificibus.

Johannes natione Romanus sedit menses IX. Cessavit Episcopatus dies X. Hic in Castro Sancti Angeli per aliquos nobiles Romanos inclusus, fame excruciatus moritur. Johannes natione Romanus sedit annos X. menses VII. dies X. Cessavit Episcopatus Hic fuit nimis eruditus, & Libros compositus. Hunc Crescentius Urbis Princeps perse-

A quutus est, donec Urbem egressus est. Tamdem cognoscens, quod pro Othonem mitteretur, ipse Crescentius cum Senatu ad pedes Papae veniam postulavit. Gregorius natione Saxonus sedit annos II. menses V. Cessavit Episcopatus dies XV. Hic Bruno prius vocatus, consanguineus Imperatoris ad dicti Imperatoris instantiam electus est, & ab illo postea Imperialem benedictionem accepit. Romani autem absente Imperatore, Gregorio Urbe pulso, Johannem Papam praefecerunt, Episcopum Placentinum, de legatione Constantiopolitana cum magna pecunia redeuntem. Imperator autem rediens, de adversariis ultionem expetiit, Gregorium restituit, Johannem in Castro Sancti Angeli obfessum & captum exoculari fecit, & mutilari, & aliquos Nobiles Romanos secum duxit. Johannes natione Graecus sedit menses X. ab Imperatore damnatus. Vidente namque Gregorio datâ pecuniâ per Consulem Urbis creatus est. Silvester natione Gallicus sedit annos IV. mensem I. dies VIII. Cessavit Episcopatus dies XXII. Hic a Provincia apud Floriacum adolevit. Exinde Claustrum exiens, Toleti studuit. Quadrivium ita ebibit, ut in Gallia renovaret etiam superstitiones artes. Et tandem Codicem totius Artis conscriptum, a Magistro furtim accipiens, aufugit & Magistrum se astrorum iudicio insequenter, eadem sefellit scientiâ, locans se sub ponte pendulum super aquis. Habuit autem in Galiis auditores solemnnes Constantium Abbatem Sancti Maximini, Episcopum quemdam, Othonem filium Othonis II. Augusti, & Robertum filium Hugonis Capeth, qui fuit postea Rex Franciae. Quum esset in Canticis Ecclesiasticis non mediocri-

ter instructus, fecit Sequentiam *Sancti Spiritus adgit nobis gratia, & Responsum Iudea & Jerusalem.* Quique quum esset Romae in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli obtulit cedulam quamdam super Altare. Et quum putarent thesaurum obtulisse, invenerunt in cedula Responsorium *Cornelius Centurio.* Cum suo cantu urgebat etiama fortunas, ut n..... ut quae semel cogitasset imperfecta relinquere; unde & magica arte reconditos thesauros suis applicabat cupiditatibus. Fit tamdem Remensis, deposito Praesule absque Apostolica auctoritate. Hic Praesul Arnulfus nomine, sanctae vitae, filius suit Lotharii Regis Franciae ex concubina. Hunc Hugo, usurpato Regno totius Franciae, Synodo congregata deponi fecit, dicens, indignum ex illegitimo thoro natum esse Archiepiscopum. Sed mandato Papae deposito Gerberto, Arnulfus restituitur, & Gerbertus procurante Othonem fit Ravennae Praesul. Postea Papa, & vocatur Silvester. Cognoscens autem, iuxta Romanos fore statuam cum extento indice, & scriptum in capite dicente, *Heic percute;* quae de recondito thesauro per intuentes secubibus frequenter lacerata est. Gerbertus autem notans, ubi Sole meridiano protenderet digitum umbra, ibi palum fixit, & nocte uno solo comite, fossa terrâ patefecit ingressum, videntque ingentem Regiam parietibus, laqueariis, & omnibus aureis, milites tesseris ludentes, aureum Regem, aurea cum Regina ad mensam auream discumbentem, & alia. In interiori autem parte domus erat carbunculus, qui domum illuminabat. In opposito vero angulo puer arcum tenebat extensem. Quum vero ad id tangendum quis manum aptaret, vi-

Gerberto igitur nil tangente, socius putans in tanta praeda parvum latere furtum, cultellum arripuit mirandi operis, moxque cunctis virginibus cum fremitu furgentibus puer sagittâ carbunculum feriens, tenebras induxit & ni deposuissent, luissent poemam. Interrogavit autem lumen ab una immagine, quae in potestate praefidentium spirituum dantur, ut ab eis de rebus dubiis respondeatur, quibus idololatrae utuntur. Si Apostolicus futurus erat. Responderunt: *Etiam.* Et iterum: *Moriar, antequam Missam cantem in Hierusalem.* Responderunt: *Non.* Et tamdem quum Statio esset ad Sanctam Hierusalem, & celebraret, graviter infirmatur, & advocans Cardinales, diu facinora sua flevit. Quibus stupentibus, & nihil referre valentibus, insaniens ille, se dilaniari, & membratim foras projici jussit: *Habeat, inquiens, membra, qui eorum quaevisit homagia.* Numquam enim Animus natus id amat sacrilegium. Sepultus est autem in Lateranensi Ecclesia. Quidam hunc praetermittunt, putantes eum non intruisse per ostium,

Particula IV. de translatione Sancti Tarasi in Venetiam, & memoria omnium Defendorum.

Hoc tempore super Graecos imperabat Basilius. Venetorum autem Dux erat Othus &c.

Particula V. de electione Imperatoris.

O Tho quum prolem non haberet, ordinavit cum Papa Gregorio V. Electores Imperatoris Officiales Imperii, qui his versiculis continentur:

A

- „ Maguntinenis, Trevirensis, Coloniensis:
- „ Quibus Imperii fit Cancellarius honorum;
- „ Et Palatinus Dapifer. Dux portator ensis.
- „ Marchio Praepositus Camerae, Pinacaria Bohemus.
- „ Hi Regem statuunt summum concorditer omnes.

Abbas vero Sancti Galli est scrutator eorum, qui ex antiquo habet, ut in magnis festivitatibus ad dexteram Imperatoris sedeat, cuius Monasterium Fuldense est in Saxonia.

Particula VI. de quibusdam incidentibus.

Guillelmus Terrabrach nepos Tanniae cum magna multitudine in Apuliam iens jungit se Principibus Capuano, & Salernitano, & Maniaco Principi Graecorum, & in Siciliam transit, & caedem Saracenorum fecit. Cognita vero proditione Melancii, rediens a Malfetanis eligitur Dux regionis, cui successerunt fratres. De his descendit Robertus Guiscardi. Hoc etiam tempore Sanctus Adalbertus primus Episcopus Pragensis, revelante Domino, Pannoniam veniens, primum Regem Hungarorum cum multis ad Fidem conversum baptizavit, & per Hungariam & Bohemiam praedictam Provinciam ingreditur, & ibi martyrio coronatur.

B

De Imperio Henrici II. & sibi contemporaneis.

Cujus Particula I. de inventione quorundam Sanctorum, & Hilperici computo.

C

Henricus Dux Noricorum, id est Bayuariae, filius Henrici fratris I. Othonis, quorundam Principum animos concilians imperavit, unctus a Maguntino Archiepiscopo. Et nota, quod plures fuerunt Henrici. quam Reges. Unde quum legitur Henricus Primus ratione Imperii, ratione nominis est secundus. Idem intelligas de Conradis. Hic potentes Reges, bella sibi concitare volentes. celeriter devicit, & Gentilium Reges in interiori Germania commorantes, sibi tributarios fecit. Cujus sponsa fuit Sancta Cunegundis, & ambo virgines permanserunt. Et in Bambergensi Ecclesia, quam aedificaverant, requiescunt, & coruscant miraculis. Sororem suam Regi Hungariae copulavit, ipsumque ac Populum Hungarorum ad Fidem vocavit. Poloniae Regem subjecit Imperio. Anno Domini MII. Aquilejensis Antistes Gradum oppugnare contendit, & Dux exercitus ejus dum nil proficit, civibus pacem & amorem promittit. Amicabiliter itaque introctus, pro Domino suo mittit, qui fidem fregit, & ut hostis introivit. Quas potuit Reliquias subripuit. Thesauris Templum expoliavit, homines expulit, & reliquo ibi praesidio remeavit. Patriarcha vero Grandensis ad Ducem Venetum fratrem suum se contulit, miserande causam exposuit, & deceptoris perfidiam.

Dux

E

Dux secum properat, eique fortiter Civitatem reddidit. Gaudium accedit Venetis, sed cordis jubilum minuit, quia Hermagorae & Fortunati Corpora sublata formidant. Coepit exinde Patriarcha mente revolvere, quosdam e Clero antiquos saepius dixisse, in dedicato sibi Altari non existere, sed ignoto celari latibulo. Inquirenti igitur veritatem Ecclesiae Custos, Monachus Atgerunta, fide probatus, & moribus, ait, Petrum jam defunctum Venetorum Ducem, praedicti Praesulnis genitorem, pretiosas Reliquias occultasse, & trestantum secreti confios fuisse, quorum superstes erat ipse. Locum deinde ostendit in Crypta Sancti Martini. Ibi igitur fodientes, quatuor capas invenerunt. In prima docente titulo Corpora extant Fortunati & Felicis, in secunda Hermagorae & Fortunati, in tertia Dionysii & Largi, in quarta Hermogenis & Fortunati. Quam tandem capsae suo loco reponerentur, miram senserunt adstantes odoris fragrantiam. Ibi quoque est Corpus Sanctae Euphemiae. Hilpericus Librum de Ratione Computi tertio Henrici anno scripsit, qui incipit. *Si vis scire quot sunt anni Christi &c.* Et habes: Anno Domini MV. primus Venetus Rex Asturiae &c.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Johannes natione Tuscus sedit menses V. dies XXV. Cessavit Episcopatus dies XIX. Johannes natione Romanus sedit annos V. Cessavit Episcopatus dies XIX. Sergius natione Romanus sedit annos II. menses VII. Cessavit Episcopatus dies VIII. Benedictus natione Tusculanus sedit annos XII. Cessavit Episcopatus annum I. Hunc, ait Petrus Damianus,

Avidit Episcopus Capuanus nigro equo insidentem, ac dicentem, graviter sibi esse, & rogantem, ut iret ad fratrem suum Johannem Papam, eique suaderet, ut pecuniam, quae in tali theca erat, pro se pauperibus distribueret. Sic enim sibi miserando benignitas divina decreverat. Quae enim pro se tradita fuerant, nil sibi prosperant, quia de rapina existabant. Quod quum Episcopus peregrisset, religionis habitum sumvit. Johannes natione Romanus sedit annos IX. Cessavit Episcopatus dies IX. Hic cum Romanis guerram habuit.

Particula III. de conversione Hungarorum, & quibusdam incidentibus ultramarinis Hungariae & Hispaniae.

C
A Nno quarto fames & mortalitas tanta fuit per totum Orbem &c. Nunc etiam Hierosolymitanus Episcopus Horestes, cuius nepos ex sorore erat Elau Califa Aegyptius, qui fractis antiquis paciis Christianos majoribus gravavit tributis &c.

CAP. CCXXII.

De imperio Conradi II. & sibi contemporaneis:

Cujus Particula I.

E
Conradus postea imperavit. Hic Dux Francorum a Clodoveo per matrem descendit, & duxit uxorem Gisilam de stirpe Caroli natam, neptem Conradi I. Versus:

„ Quinta post decimam renovatur linea
„ quarta.
„ De Carolo Magno processit Gisila
„ prudens.

Haec primò nupsit Arnulfo Duci Suecorum, postea Conrado. Habuit autem

autem Gisila de primo viro duos filios Ernestum & Hermannum. Ernestus confilio matris Conrado volenti intrare Italiam se offert, & promittit secum proficiisci. Sed quum post coronationem rediisset, Conradus, eum reperit ad rebellionem paratum; propterea eum persequens, in silvis eum habitare compulit, ubi postea a fidelibus Imperii occisus fuit, ejusque Ducatum frater ejus Hermannus suscepit. Sicque successio Caroli Imperium resumit. In principio regni sui Bolizelaus Dux Poloniae &c. Demum Conradus Henricum filium adhuc puerum post se regnaturum ordinat, & Italiam ingressus gloriose recipitur, & a Johanne Papa coronatur. Eadem verò septimanā tumultuantes Romanos potenter repressit. Et in Alemanniam rediit. Rodulphus interea Burgundiae Rex moriens Henrico Imperatori filio nepoti suo Regnum reliquit.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Benedictus natione Tusculanus, natus superioris Benedicti, sedit annos XIII Cessavit Episcopatus annum I. Hic ejus fuit de Episcopatu & ei substitutus Episcopus Albanensis, qui vocatus est Silvester. Quo dejecto Benedictus restituitur, & iterum ejicitur, & ponitur Johannes Archipresbyter Sancti Johannis ante Portam Latinam, qui Gregorius dicitur est. Hic illiteratus alium Papam secum consecrari fecit ad vices Ecclesiastici ordinis exsequendas, & vocari Clementem. Qui quum multis non placuissest, tertius superinducitur, qui scilicet duorum suppleret vices. Uno igitur contra duos, & duobus contra unum de Papatu altercantibus, per Henricum deponuntur,

A

substituto Suidgero Episcopo; & vocatur Leo; & jurarunt Romani, se numquam electos Papam sine consensu Imperatoris. Hunc Benedictum, ait Petrus Damianus, vidit quidam equitans habentem aures & caudam asini, quia a principio usque ad finem in luxuria vixit; corpus vero usque, quia medio tempore rapinae studuit, & ait se esse Pontificem solo nomine Benedictum, & in forma, qua vixerat, se ostendebat per dumosa loca iturum usque ad diem judicii; tunc mittetur in olalam gebezznae.

Particula III. de Musica ad manum applicata, & quibusdam incidentibus.

B

CLaruit tunc in Italia Guido Arretinus inter musicos notissimus. In Apulia, ut ait Sigibertus, erat quaedam statua marmorea, circa caput aeneum circulum habens sic inscriptum: *Calendis Maji oriente Sole habeo caput aureum.* Quod quidam Saracenus captus a Roberto Viscardo Duce Northmannorum, quid portenderet, intelligens, pro sui redemptione exposuit. In Calendis igitur praedictis, notata umbrâ capitis in ortu Solis, & defossâ terrâ magnus ibi thesaurus inventus est. Anno XV. trabs ignea in coelo visa est mirae magnitudinis, ad occasum vergere & ad terram cadere. Quo anno omnes Langobardi juraverant nullum habere dominum, nisi quem ipsi vellent. Propter quod Conradus in Italiam venit, ut rebellionem meditantes debellaret. Et quosdam quoque Episcopos in vincula jecit; & quia Mediolanensis Episcopus fuga lapsus est, suburbia Mediolani incendit. Die verò Pentecostes quum in parva Ecclesia secus Urbem commoraretur ad Missam, tam dira fuerunt temitra & ful-

D

E

& fulgura, ut aliqui mente excederent, aliqui spiritum exhalarent. Bruno vero Episcopus, qui Missam canebat, & Secretarius Imperatoris erat, cum aliis tribus vidiit inter Missarum solemnia Beatum Ambrosium Imperatori comminantem. In Cremona pergens obvium habuit Romanum Pontificem. Quo honorifice dimisso, propter calores ad montana descendit. Interim Odo Comes ruptis jumentis in Burgundia rebellat, & a fidelibus Imperii occisus est. Postea Imperator orationis gratia Romam pergit. In Apulia inusitatâ distemperantiâ aëris multis mortuis repedavit, & Trajecti moritur. Per idem tempus Gaufridus Marcellus floruit, de quo versiculi:

,, Dum viguit tua, dum valuit, Mar-
,, celle, potestas,
,, Fraus latuit, pax magna fuit, re-
,, gnavit honestas.

Particula IV. de Regibus Hungariorum.

Andreas Rex Hungariorum &c.

CAP. CCXXIII.

De Imperio Henrici II. & sibi contemporaneis.

Cujus Particula I. de Vindelicis Fortunam adorantibus.

Henricus filius ejus & Gisilae postea imperavit. Primo Bohemorum Ducem offendentem Imperium per deditonem accepit. Hic vocavit Bonifacium patrem Comitis fae Mathildis, ut sibi in Burgundia ferret auxilium. Ad quem properavit cum D. militibus. Sed in reditu passus est insidias in finibus Burgun-

A diae conscio Rege. In Italiam quoque transiens dicto Bonifacio semper tendebat insidias, & tandem Cremonam ad rebellandum induxit. Quo quum Bonifacius apparuisset, in oblidione cuiusdam Castri vulneratus; Mantuam delatus, post dies aliquos mortuus, in Monasterio Sancti Benedicti sepultus est. Hic Henricus accepit conjugem Agnetem sororem Ducis Pictaviae & Aquitaniae, & de nuptiis omnes joculatores expulit, & eis largienda jussit dari pauperibus. Agnes autem videns filium Henricum, quatuor lascivorum deceptum consiliis, & volentem per se regnare, aspiciens iniquas rerum mutationes, Monasterium Fructuariense introivit, postea Romam ivit, & post aliqualem moram vitâ excessit, sepulta in Ecclesia Sanctae Petronillae.

Particula II. de Summis Pontificibus:

Silvester natione Gallicus sedit dies IV. Hic vacante Imperio ab amicis Benedicti ejicitur, & ille introductus est. Gregorius de Sancto Stephano ante Portam Latinam sedit annos duos, menses VI. Hic alicubi legitur, Papatum simoniace invasisse. Clemens natione..... sedit menses IX. dies VII. Cessavit Episcopatus dies XXX. Hic Papatum invasit, & ab eo Henricus benedictus fuit. Et jurant Romani, quod sine Imperatoris concessu Romanum Pontificem non eligerent. Damasus natione Theotonicus sedit dies XXIII. Cessavit Episcopatus dies XI. Hic etiam Papatum invasit, & subito mortuus est. Leo natione Alemannus de Lotharingia sedit annos IV. menses II. dies VI. Cessavit Episcopatus dies XXX. Romani siquidem juxta consuetudinem, postquam petierunt ab

Impe-

Imperatore Henrico Pontificem, hic misit Brunonem Episcopum Tullensem, virum simplicem & bonum, qui ad Urbe veniens per Clunia-cum transivit, ubi Ildebrandus Prior Monasterii illi sit, illicitum, per Secularem manum gubernationem universalis Ecclesiae suscipere. Tunc Pontificali habitu deposito, indutum peregrini ass. misit, & Ildebrandum secum adduxit, & Papatum ex conscientia resignavit, & denuo est ele-
ctus. Hic sapientia & sanctitate clarus, quum ad suscipiendam Apostolicam Sedem iret, audivit cantantes Angelos: *Ego cogito cogitationes pacis &c.* Hic quum pauperem leprosum ante fores Palatii vidisset, eum in lecto suo nocte diligenter collo-
cari voluit, quem quum mane rese-
rato ostio minime vidisset, se Christum in paupere recepisse obstupuit. Sepultus in Ecclesia Sancti Petri, translatus est ad suam priorem Sedem Tullensem, ubi multis claruit miraculis. Hic etiam quum Robertus Guiscardii Apuliam ingressus, pos-
tea vi ac dolo affligeret incolas, eum repellere volens, in Beneventum fugere coactus est. Tanta autem fuit utrinque caedes, ut acervus ex ossibus mortuorum usque ad haec tem-
pora soleat ostentari. Proximo autem anno Papa Leo moritur. Victor natione Alamannus sedet annos II. menses III. dies XIII. Hic timore Henrici factus est Papa, qui ejus tempore apud Florentiam Synodum celebravit, & multos Episcopos propter Simoniam & fornicationem de-
positus. Ad ejus requisitionem Imperator militiam misit contra Normanno-s, qui in Apulia jura Ecclesiae occupant, & cessit male illi militiae.

A

Particula III. de Eduardo Rege, & de septem Dormientibus.

Eduardus Rex Angliae &c.

Particula IV. de vigore Gregorii Papae.

B

Hic per injuriam praedecessorum suorum, Romanum statum di-
minutum invenit, ut praeter pauca oppida Urbi vicina & oblationes fidelium nihil haberet, quo se susten-
taret. In ipsa Urbe in medio foro vagabantur sicarii, super ipsa Sanctorum & Martyrum Corpora, & sa-
cris Altaribus gladii nudabantur, oblationes de manibus abripiebantur,
& in commissationes & scorta con-
sumeabantur. Tantis malis Gregorius occurrere coepit, primo leniter ver-
bis, mandans, ut a peregrinorum in-
festatione cessarent, & a rapina sa-
crorum. Alterum enim contra natu-
ram est, ut qui communi vescuntur
aere, communi non fruantur pace;
& Christiani inter Christianos pro-
gredi debent, quum omnes uni Do-
mino samulentur, omnes unius san-
guinis sint conjuncti coagulo, & uno
redempti pretio. Alterum contra man-
datum Dei praecepientis, ut qui al-
tario deserviunt, de altario vivant.
Domum Dei esse debere domum ora-
tionis, non speluncam latronum.
Permitterent propterea oblationes fidelium in usus transfire Sacerdotum,
vel expensas pauperum. Eis quoque
providendum fore, quos ad haec
compellebat egestas. Quos vero cu-
piditas exagitabat, ipsi sibi pro Dei
timore & seculi honestate modum
ponerent. Invasores Ecclesiastici pa-
trimonii & mandatis & epistolis in-
vitavit, ut aut debita redderent. aut
se illa jure tenere in Senatu Roma-

D

E

T t

no

no probarent. Talia frequenter concionatus, nihil aut parum profecit. Tunc excommunicavit omnes, qui talia agunt, ne convivio aut colloquio communicarent. Illi autem excommunicati cum furore coeperunt armis perstrepere, ut paene Papam occiderent. Tunc Papa ferro abscissionis utendum judicans, arma, e-
quos, undique conquisivit, ac pri-
mum Ecclesiam Beati Petri praecupans, raptores oblationum vel extinxit, vel fugavit. Sic praedia oc-
cupata recuperat. Quirites verò rapi-
nis assueti, sanguinarium eum vo-
cant, & indignum divinâ oblatione,
qui tot caedium conscius exstitisset.
Cardinales quoque hoc ipsum dice-
bant, ita ut quum in infirmitate
decumberet, dicendo, quod mortuus
est, ei suaderent, ne in Ecclesia
Sancti Petri eligeret sepulturam. Ille
verò recollecto spiritu ait: Si in vo-
bis scintilla humanae rationis, aut
scientia divinae auctoritatis vigeret,
tam praecepiti suâsione non convenire-
tis Pontificem vestrum, qui potius stul-
torum opinione lenientes, melioribus
debuistis interpretationibus mitigare.
Cui enim thesaurizavi? quibus salu-
tem, quibus libertatem restitui? Ado-
rabar quidem a Populo & quae vo-
lam, libere alitabam. Applaudebatur
mibi totis orationibus. Thesauros An-
tecessorum habebam, qui cujuscumque
possent avaritiam satiare. Sed ad vos
flexi aurem. Vos inopem agebatis vi-
tam. Illi ex oblationibus vestris pre-
tiosa sibi serica fabricabant. Vos popu-
lari & inculto habitu meos oculos mo-
vebatis. Itaque quum haec nequirem
pati, bellum illis indixi, ut damno
Civium emerem gloriam Clericorum.
Sed, ut experior, beneficia perdidi,
dum ingratis exhibui. Communem quo-
que domum negatis. Non arcetus ab

introitu Ecclesiae meretricula, non usu-
rarius, non latro. Et vos Papam in-
gredi prohibetis? Quid refert, an
mortuus, an vivus Sacrarium intrœat?
nempe quia vivus multis detinetur il-
lecebris, mortuus verò peccare nescit.
Inhumana ergo barbaries ut hunc a
Domo Dei excludatis, cui peccandi de-
fit voluntas, pariter & facultas. Poe-
nitentiam proinde agite, quia stulte &
amare loquuti estis. Sed ne me sola
auctoritate uti putetis, & rationem
accipite. Omnis actus hominis secun-
dam intentionem examinari debet, ut
eo vergat facti judicium, unde processit
faciendi consilium. Sic Veritas ait: Si
oculus tuus simplex fuerit &c. Crebro
mirabiliter interpellavi egenum, ut
ejus revelarem inopiam. Curarum fu-
turarum non nescius, non abnui, sed
divisis monetis onustum dimisi. Disce-
dens ille latronem offendit; quem vidit
nummos portantem occidit. Numquid
jure judicandus sum qui peregrino dedi,
unde mortem incurrit? Idem quo-
que facinus & punitur & laudatur di-
verso respectu. Animadvertisit in la-
tronem, qui hominem occiderit in oc-
culto; probatur in milite, qui fuderit
sanguinem hostis in bello. Et unde
Episcopi non est, ut jubeat committi
bellum? Ad eum tamen spectat, ut si
aufragium innocentiae videat, & ma-
nu & lingua occurrat. Ezechiel Sacer-
dotes occidit, quod non steterint ex
adverso, nec se posuerint murum vel
clypeum pro domo Israël, quia sunt
personæ in Ecclesia ad resecanda vitia
constitutæ. Quo aspiravi perficere,
lingua armavi. Primo, cuius interest
gerere gladium, certificavi nuntio. Oc-
cupato illo Vindelicorum bello, rogat,
ut meis laboribus & suis expensis non
gravarer conciliabula deturbare. Si re-
nuisem, quam excusationem Domino of-
ferrem? Quisquis latroni parcit, inno-
centem

centem occidit. Nonne Sacerdotes fuerunt amplissimā laude famosi Phinees & Matathias, qui delinquentes propria manu ulti sunt? Et Achanius Sacerdos thurificantem Regem repulit, & procul dubio non dubitasset occidere, ni Episcopalem manum divina ultiō praevenisset. Quid? vetabatur Regis devo-tio, & non latronis cupidio? Illis denique beneficium contulī, quibus videor intulisse exitium, quibus peccandi imposui terminum. Sed quomodo meae & vestrae ratiocinationes falli possunt, committamus omnia divino examini. Corpus meum antecessorum more ante januas Ecclesiae sistite, seris & repagnis obseratas. Si Deus voluerit, ut ingrediar, applaudatis miraculo. Sim minus, de cadavere, quod placuerit, facite. Portas autem hoc facto ingens turbo divinitus emissus, & repagulorum obstacula diripuit.

Particula V. de quibusdam incidentibus.

Vincentius Franco Leodiensis Librum scripsit de Quadratura Circuli. Romae juvenis quidam locuples & nobilis uxorem de novo duxerat &c.

Particula VI. de Berengario, & quibusdam incidentibus.

IN Anglicana Ecclesia oritur turba, dum Berengarius Turonensis afferuit, Eucharistiam in Altari non esse verum Corpus Christi, sed figuram ejus. Contra quem multi scripserunt. Et Leo Papa super hoc congregavit Concilium Provinciale. Berengarius autem postquam se correxit eos, quos depravaverat, convertere nequivit; unde & moriens produxit gemitu, hodie, inquit, apparebit mihi Dominus Jesus Christus propter poenitentiam, ut spero, ad glo-

Ariam; vel propter alios, ut timeo, ad poenam. Corpus Edgarii Regis Gla-sconiae a quodam Abbatte inventum est incorruptum &c.

Particula VII. de ceteris emergentibus.

Tempore Zechae Regis Hungariae, prius ipse qui Fidem reliquit, postea rediit. Hic constituit omnia Fora fieri Sabbato, & Byzantia currere fecit. Tempore Successoris in septem Castris Beggi Hungarum infestissimi, spoliata Hungaria fugiebat; sed ab Hungaris ita oppressi dicuntur, ut nec unus quidem effugerit. Robertus Guiscardii Apuliam obtinuit tempore Leonis Papae IX. & Saracenos Campaniam ob-sidentes fugavit tempore Victoris Papae II. & totam occupat Apuliam expulsis Graecis, exceptis quibusdam Ecclesiis adhuc ritum Graecorum re-tinentibus, tempore Stephani IX. & Imperatoris Constantino-politani. Tempore vero Benedicti X. dilatat potentiam. Obtenta enim Apulia & Calabria in Siciliam transiit cum fratre suo Rogerio, & de Saracenis stragem edidit. Et Rogerius vocatus est Comes Siciliae. Robertus vero Comes Apuliae, postquam rediit cum parte exercitus. Qui veniens versus Lucaniam eam subjecit. Inde ivit Salernum, & cum Principe ejus Gisulfo pugnat, & superat; & Civitatem peculiarem ibi faciens, Beati Matthaei aedificat Ecclesiam, quae aliarum Ecclesiarum ibi mater est. Denique ad alias Ci-vitates antiquae Campaniae, quae nunc dicitur Terra Laboris, de Summorum Pontificum mandato transiit, quae fuerat Romanae Ecclesiae. Con-stantinus enim, qui in Byzantium transtulit Imperium, eas Ecclesiae

contulit, tamquam rem manualem Imperii. Tempore autem Nicolai totam Terram Apuliae & Siciliae esse Ecclesiae Robertus cognovit, & propterea ei Papa Vexillum dedit, inde de dictis Terris investivit. Ille vero pro se & fratre fidelitatem juravit, & vassallos se ac heredes suos confitetur ratione Terrae praedictae. Tempore autem Alexandri II Normanni fines Campaniae devastant, quos Dux Spoletanus Gothifredus & Comitissa Mathildis expulerunt. Robertus autem in Romaniam transiens, Duracium cepit, & alias regiones; & stravit Alexium Imperatorem & Venetos. Stolus tamen Venetorum ejus fudit exercitum circa Duracium. Idem Robertus in auxilium venit Gregorii VII. contra Henricum IV. Hoc tempore imperavit Constantinopoli Constantinus, III. annos, & tradidit Imperium Zoiphilae & Romano ejus marito. Quo post VII. annos mortuo illa accepit Michaelem, a quo exiliata est. Sed per Theodoram sororem & alios majorés revocatur, & Michael excaecatur. Comitissa Mathildis fortiter ab Imperio lacerata, & variis agitata fortunis, Summis Pontificibus semper adhaesit, & in dissidio inter Henricum & Ecclesiam, Ligurum & Lombardorum expulsa dominio, Ecclesiae auxilio illud recuperavit, & ventris profluvio post ingentem gloriam extincta est. Fuit autem Beati Petri devotissima filia, & super Altare ejus totum patrimonium suum obtulit: quod Patrimonium Sancti Petri propterea dictum est. In M XLVIII. apud Hierusalem reaedificatur Ecclesia Sancti Sepulcri, quae usque nunc extat. Calipha enim Aegyptius Deher filius Elau id permisit, quia conjunctus erat amicitia Imperatori Con-

A stantinopolitano vocato Romano, cognominato Helispolitano. Steterat autem delecta annis XXXVII. Sequenti Anno Odilo Abbas Cluniacensis virgo centenarius obiit. Floruit tunc, & Galterus in territorio Lemovicensi &c.

CAP. CCXXIV.

B De Henrico IV. & ejus contemporaneis.

C Cuius Particula I. de Lanfranco & Anselmo, & quibusdam eventibus.

D **H** Enricus filius ejus postea impetravit. Tum Imperium in se ipso dividi coepit. Et conspirantibus Saxonibus rebelliones fecerunt: Et multa inhonesta in Imperatorem deferuntur ad Papam per Annonem Colonensem Episcopum, & Hermannum Bambergensem. Qui peracta legatione ad satisfaciendum de Simonia & aliis, monitorias literas portarunt. Tunc Saxones manifeste rebellant, & Urbes & Castra, quae ille in Saxonia aedificaverat, subvertunt. Hinc inde tandem multo effuso sanguine, cruentam victoriam Imperator habuit. Papae tamen consilio Saxones Rodulphum elegerunt.

E Particula II. de Summis Pontificibus:

S Stephanus natione Lotharingus sedi menses IX. dies XXVII. Hic fuit Abbas Casinensis. Sepultus est Florentiae. Benedictus sedi menses IX. Fuit Valetensis Episcopus, & per violentiam factus Papa cessit. Nicolaus natione Burgundus sedi annos II. menses VII. Cessavit Episcopatus dies X. Fuit Episcopus Florentinus, & a Cardinalibus unanimiter

ter electus est, & celebrato Romae Concilio mortuus est. In hoc Concilio Berengarius errorem suum revo-
cat, quod tempore Leonis IX. in Provinciali Synodo fecerat. Hic Nicolaus formam electionis Papae edi-
dit, quae habetur Distinct. * X XIII. In Nomine Domini. Alexander natione Mediolanensis sedit annos XI. men-
ses II. dies XXV. Hic vocatus An-
selmus Lucanus Episcopus, a Cardinalibus concorditer est electus. Contra hunc Cadulus Parmensis Episcopus fere ab omnibus Italiae Episcopis est electus, & cum magno exercitu Romam venit, ut Papatum invaderet, sed non praevaluit. Alexander autem Imperatoris rogatu in Lombardiam descendit, & Mantuae Con-
cilium congregavit, in quo de Si-
monia se juramento purgavit. Cadu-
lus vero ut Simoniacus repudiatus est. Gregorius natione Senensis sedit annos XII. mensim I. dies IV. Cessa-
vit Episcopatus biennio. Hic vocatus est Hildebrandus Prior Cluniacensis, postmodum Cardinalis. Et hinc tam-
quam Cancellarius circuivit Provin-
cias, ut perperam acta corrigeret. Et quum semel equitaret cum multa obsequentium turba, Abbas Hugo in extremo agmine cogitare coepit, unde huic homunculo, qui erat exilis statura, despiciabilis parentelae, tantus honor? Procul dubio ex superbia procedit, quod tot ambulatores habet. Vix haec mente versarat, & Archidiaconus Romanus reflexo equo & calcaribus incitato, a longe clamans, ad Abbatem ait: Male cogitas! Nolo mihi hauc gloriam imputari, sed Apostolis, quorum privilegio mibi exhibetur. Abbas hic solum respondit: Quaeſo Domine, quomodo nosti cogita-
tum meum? Et ille: Ab ore, inquit,

A tuo, qui per fistulas ad aures meas de-
ductus es. Hinc quoque Ecclesiam in-
gressi, prostrati conjunctis lateribus
prolixius orant. Tamdem Archidia-
conus contra Abbatem torvo aspectu
infremuit. Abbas autem foras eges-
sus, causam commotionis inquirit.
Ille respondit: Si me amare vis, non
me ulterius hac injuria graves. Specio-
sus enim p̄ae filiis hominum, meis ad-
stans p̄ostulationibus, serenis favebat o-
culis. Sed orationis tuae allectus violen-
tiā, conversus ad te deseruit me. Et
addidit, quod super Altare vidi An-
gelum stantem evaginato gladio; &
jam Provinciam istam spissus & nebulo-
sus aēr circumvolat. Fugiamus ergo
quam citius. Appositis igitur cibariis,
subito in domo luctus oritur, pluri-
bus de familia extintis. Qua peste
per vicinas domos concursante, a-
scensis mulis diffugiunt. Hic quoque
sedit in Concilio Gallico vice Pa-
pae. Plures erant ibi per Simoniam
facti Episcopi. Quorum unus multa
loquendi arte pollebat, ita ut con-
vinci non posset. Tunc Archidiaco-
nus, cesset, inquit, humanum eloquium:
Dominicum certum est, quod Episcopalis
gratia munus est Dei. Et quisquis
Episcopatum mercatur, donum Spiritus
Santi comparare se putat. Coram no-
bis ergo dicat iste, Gloria Patri &c.
Ille verò nullo conatu nec tunc, nec
ex tunc Spiritum Sanctum proferre
potuit. Hunc sanctum Summum Pon-
tificem, in nocte Nativitatis Domini
celebrantem apud Sanctam Ma-
riam Majorem ad Praesepe, Cincius
Prisci filius cepit, & in Turri sua
posuit. Sed Romani ipsa nocte Turri
destructa Papam liberant, & Ciria-
cum Urbe pellunt. Hic secundo an-
no celebrato Romae Concilio XC.
Episcoporum, Simoniacos excommu-
nicat,

* Legend. Distinct. XXIII. cuius c. i. incipit: *In nomine Domini nostri & salvatoris Jesu Christi, quod initium est Decreti Nicolai Papae de electione summi Pontificis.*

nicat, & Sacerdotes uxoratos a divino officio removet, & Missas eorum Laicis interdit. Excommunicavit autem omnes Clericos, qui investitaram Ecclesiarum de manu Laici acciperent; de quo XVI. Quaest. VII. Si quis &c. *Quoniam Investituras.* Henricus autem, Ecclesiae voluit scindere unitatem, sed postea ad Papam venit, super nivem & glaciem & ans nudis pedibus, vix ab solutio-
nem impetravit. Victor sedit annum unum, menses IV. dies VII. Cessavit Episcopatus dies IX. Hic fuit Abbas Montis Casini. Urbanus sedit annos undecim, menses IV. Cessavit Epi-
scopatus dies sexdecim. Fuit autem Monachus & Episcopus Ostiensis. Celebravit Synodum Placentiae cum Episcopis & Abbatibus Galliarum, Lombardiae & Tusciae. Ubi inter cetera ordinationes Guiberti cassavit. Novem Praefationibus decima addita est: *Et te in veneratione Beatae Mariae &c.* Eodem anno celebravit Concilium apud Claromontem, ubi statutum est, quod Horae Beatae Virgini quotidie dicantur. Et ut nulli de Clero aliquam dignitatem Ecclesiasticam de manu Laicorum accipiant. Et ne Clerici in duabus Ecclesiis praebendas habeant. Item ut a Clericis Quadragesimalis jejunii obseruantia a Quinquagesima inchoetur. Item ut ab Adventu Domini usque ad Octavam Epiphaniae, & a Septuagesima usque ad Octavam Paschae, & a prima die Rogationum usque ad Octavam Pentecostes, nuptiae non celebrentur. Ubi etiam excommunicatur Philippus Rex Francorum, & conjux ejus, donec alter recedat ab altero. Guibertus etiam, qui se pro Papa gerebat, & Imperator, & omnes eum defendantes. Denique fecit sermonem ad Populum,

A & praedicavit Crucem pro ultramari-
no passagio. Postremo in Italianam rediens, apud Placentiam tertium celebравit Concilium. Paschalis natione Tuscus sedit annos XVIII. dies VII. Cessavit Episcopatus dies II. Ad hunc venit Henricus in Tusciam, per nuntios & literas refutans omnem Investitaram Praelatorum. Et postea receptum est suorum Principum juramentum. Clerus, Populusque Romanus de mandato Papae obviam illi processit, & usque ad summitem graduum Ecclesiae Sancti Petri deduxit; ubi a Papa osculo receptus est, & Imperator designatus. Sed quum ad rotam Porphyre-
ticam pervenisset, requisitus de jura-
mento super Investitura refutanda,
Papam cum Cardinalibus & curiam Curiam captivavit. Quidam autem de Clero, etiam post Papae liberationem, tres Antipapas successive constituerunt, Albertum, Arnulfum, & Theodoricum. quibus Papa prae-
valuit. Reformatâ autem pace cum Henrico coronato, Papa cum Cardinalibus & Praelatis cum eo extra muros egressus est. In reditu autem tanta multitudo Populi obviavit Summo Pontifici, ut vix ad Lateranense Palatum circa vesperas potuerint pervenire. Ejus tempore Rex Hungariae ad Papales monitiones suis litteris renuntiavit Investituris Episcoporum & aliorum Clericorum, quas usque nunc Reges Hungariae facere consueverant.

*Particula III. Apologia Petri Damiani
super Episcopatu dimisso.*

Hic Summo Pontifici rationem reddidit, quare Episcopatum dimiserit, & infra scripta sparsim scribit: *Dux, inquit, Venetorum, Con-*
flan-

stantinopolitanae Urbis habebat uxorem, quae se tam artificiosâ voluptate multebat, ut communi aqua se nolle abluere. Cibos digitis non tangebat, sed quibusdam fuscinalis aureis, & bidentibus suo ori applicabat. Cubiculum eius tot aromatibus redolebat, ut auditu incredibile videretur. Vibrato igitur super eam mucrone judicii, dum adhuc viveret, corpus ejus omne compuntruit, ita ut totum cubiculum foetore impleret. Et quantum fuit in deliciis, tantum datum est ei cum luctu tormentum. Frater quidam in Monasterio Sancti Vincentii, non procul a Monasterio quod dicitur Petia Pertusa, infirmatus est, qui observantiam Quadragesimalem non servavit. Hic erat Scriptor, Cantor, Medicus, Magister. Omnia neverat. Qui & pro peccatis suis fuerat a Missarum celebratione separatus, licet haec mihi interroganti negaverit. Seru igitur die Corpus Christi anxie flagitabat. Quumque Abbas super haec eum corriperet, pro eo quod nulla signa mortis in eo apparerent, ille nihilominus persistit. Et quum jam Sacerdos cum Sacramento applicaret, ad se unum vocavit de Fratribus, & nescio quod grave peccatum ei susurravit in aure. Qui attonitus & nesciens quam poenitentiam ei injungeret, tandem XV. annos poenitentiae ei impo- suit. Moxque quum ille Dominicum Corpus sumisset, animam cum felle simul evomuit, qui fel usque ad sepulturam fluere non cessavit. Abbatii cuidam lampreda apposita fuit, quam pauper instancissime postulavit. Qua suscepta cunctis videntibus cum cibo pauper coelum ascendit. Fertur in regione Puteolorum in Apulia saxosum esse promontorium, ex quibus aquis teterimae videntur aviculae repente consurgere. In partibus Babyloniae possessionem habebat Sedes Apostolica, unde tantum Bal-

A sami annuatim capiebat, quantum lampadi sufficiebat, quae ante Alta- re Sancti Petri erat.

Particula IV. de gestis quorundam Christianorum Principum.

Heroaldus Regnum Angliae inva- sit, sed fuit in bello occisus a Gillelmo I. Sexto Duce Normaniae: Rex Hungariae misit exercitum in Dalmatiam, & occidi fecit Regem Petrum, & cum navigio Veterorum transmisit exercitum in Apulia, ubi Monopolim & Brundusium occupavit, & tribus mensibus Apuliam percurserunt. Et in Dalmatiam redierunt, remanente in Apulia cum Veneris Hungaro Capitanco Pro- rege. Rogerius I. Dux Apuliae in Concilio Amalfiae juramentum fidelitatis praestitit Urbano II. super terris Apuliae, & se hominem ligium Ecclesiae confessus est, & hoc etiam sub Vexillo. Guillelmus vero I. Paschali Papae fidelitatem juravit, similiter & Calisto. Bonemaldus Rex Scotiae &c.

Particula V. de gestis Hispaniae:

Adelfonsus dictus Hispaniae Imperator &c.

Particula VI. de gestis Saracenorum contra Christianos ultra mare.

Caliphae Aegyptio Deher successit Boumesor &c.

Particula VII. de initio Carthusiensem, & quibusdam eventibus.

Anno XXIII. Imperator in Pen- tecoste conventu habitu Mogun- tiae, Hildebrandum decrevit a Papa- tu

tu deponendum, & Guibertum Ravennae Episcopum ei substituendum, Anno XXIV. Imperator cum Saxonibus congreditur, & multi eorum cum Rodulpho Rege perimuntur. Praedixerat enim Hildebrandus, tunc Romanum Regem moritum. Sed hunc esse Henricum male interpretatus est. Anno XXVII. condicto die ad causam inter Papam & Imperatorem discedendam, quum pax non fieret, multi ex Romanis & Italiae Episcopis a Papa deficiunt. Papa autem fugit ad Northmannos. Anno XXVIII. Romani Imperatorem recipiunt, & eorum iudicio Hildebrandus a Papa tu abdicatur, & recipitur Ravennae Archiepiscopus, Brixiae a seditionis Episcopis ei substitutus, & Clemens vocatur, quem Henricus ab Episcopis Bononiensi, Mutinensi, & Cremonensi fecit benedici, & Romam suos Cardinales ducens, ab eo in die Paschae coronatur. Denique Gregorium cum Cardinalibus in Castro Sancti Angeli obsedit. Sed auditio quod Robertus Guiscardii Papae in auxilium veniret, destructo Capitolio, & Urbe Leonina, cum suo Papa fugit Senas. Robertus autem eodem die Urbem capiens, igne ferro que consumens, Gregorium in suo Palatio relituit. Post Henricus Magoniae Concilio regali & synodali auctoritate exigit ab omnibus, ut Hildebrandi depositionem, & Guiberti electionem subscriptione approbarent. Gregorius autem in Apuliam descendens apud Salernum moritur, MLXXXV. & coruscat miraculis. Bruno natione Theotonicus ex Colonia, literis a pueritia eruditus, Remensis Canonicus, & Scholarum Magister, relieto Seculo eremum Carthusiae fundat, propositumque Monasticae vitae illustrat.

A

Particula VIII. de translatione Sancti Nicolai.

B

C

D

E

A Nno XXXI. ait Sigibertus, Venetianis meditantibus auferre Corpus Beati Nicolai de Myra Liciae, a Turcis desolata, Barentes XLVII. numero praecoccupaverunt eos, qui a quatuor Monachis tantum ibi inventis extorserunt sibi ostendi tumbam Sancti, unde ossa Sancti Nicolai in oleo natantia integro numero extraxerunt. & Barum cum gloria transtulerunt MLXXXVII. In antiquissimo Libro reperi, quod huic Historiae non contradicit, nisi pro quanto acceptae Reliquiae Sancti Nicolai minime fuerint. Anno enim Domini MXCVII Magister Clavis Venetorum cum Francis ad Terram Sanctam recuperandam processit. Tunc multi tanto fervore calebant, ut candente ferro signo Crucis in carne propria signarentur. Congregati igitur in Ecclesia Beati Marci unanimiter, Henricum ibidem Episcopum in suum Rectorem, Johannem vero Vitalem Michaëlis Ducis Venetorum filium in Ducem exercitus elegerunt. Sic usque Rhodum pervenerunt, ubi hyemare coguntur. Suadente autem Imperatore Constantinopolitano redditum, Episcopus eos ad perseverantium animat, alias incurrire eos afferit cum nominis infamia iram Dei; illud allegans: *nemo mittens manum ad aratum &c.* Omnibus autem in Domino confortatis, annuntiatur, Pisanos contra se cum quinquaginta advenisse Galeis, & Imperialia assunisse insignia. Mittunt ergo Veneti primo Legatos, & quiescere monent. Illi potius sibi vindicare minantur. Mittunt itaque Veneti contra eos naves XX. bene munitas, quae Pisanorum extur-

exturbant exercitum. Et tandem superveniente nocte XX. Galeae vix ex omnibus evaserunt. Veneti autem, ut Crucem Domini se portare ostenderent, animo magis quam humano, fere omnes ex eis abire libere permittunt, triginta viris apud se retentis majoris auctoritatis.

Ex Rhodo autem transeuntes ad Myrorum Provinciam pervenient. Distabat autem Civitas a Paganis lacerata sex milliariis a mare. Ad quam praemissa oratione declinare Episcopus jubet. Fugientibus vero Clericis, quatuor tantum Ecclesiae Custodes retinuerunt, a quibus de Beati Nicolai Corpore requirunt, qui se id ignorare temporis antiquitate simulant. Arcam tamen frastam muro adhaerentem ostendunt, dicentes: *Hinc Barenſes partem Reliquarum tollentes, partem reliquerunt. Si vultis eas, tollite.* Arcam igitur perquidentes, nihil in ea praeter aquam & oleum invenerunt. Fremen-tes igitur pavimentum & muros Ecclesiae perforant. Die & nocte sequenti frustra laborant. Unus tandem Custodum importabili angustiatus tormento, pro Antistite mittit, & illi ait: *Sancte Pater, & Dei vere cultor, cur me nunc tam affligi permittis? Licet enim invitum, secretum tibi pandam, Graecis quidem lamentabile, Venetis autem memoriale sempiternum.* In hac Arca, quam vides, duo sunt Sancti Praesules, Beati Nicolai praedecessores. Reliqui in Altari Sancti Johannis Baptiste sine dubio re-quietescunt. Arca igitur antiqua rum-pitur. Altare prosternitur, & in Altari tres cappellas, & in Arca duos Pontifices cum suis Epitaphiis, se-paratim in cappellis cypresinis collocatos reperiunt. Quorum alter est Theodorus Martyr, alter Nicolaus

A Nicolai Magni patruus, ambo magni meriti, & Ecclesiac ejusdem Antistites. In miraculo Beati Nicolai legitur, quod de hujus Theodori lampadis oleo caeci oculos unxit, & continuo vidit. De patruo vero ipsius legitur, quod eā die, qua magnus Nicolaus natus est, quum bala-nearetur, dimidiā fere horā, nemine sustentante, rectus in pedibus suis stetit. Quod audiens Sanctus Episco-pus, ei benedixit, pro eo orationem fudit, & de sacro Fonte levavit, ei-que nomen suum imposuit, & sacris literis erudivit. Has ergo Reliquias cum tubis & magno tripudio ad na-ves dducunt. Inspirati autem qui-dam divinitus in Ecclesia tardantes, & ubi Sancti Nicolai Altare destru-erant, diligentius perscrutantes, in-consuetam senserunt odoris fragran-tiam, ibique magnae sanctitatis Re-liquias reconditas esse non dubitant. Compertumque est, quod in praeci-puis festivitatibus Archiepiscopus non ad Altare Sancti Nicolai Massam ce-lebrabat, sed in loco plano super sanctum Corpus tripodem ponebat, ibique divina mysteria celebrabat. Cernuntque imaginem Sancti Nicolai superius rectâ lineaâ esse depictam, ex qua conjiciunt, Corpus ejus ibi fore sepultum. His igitur conjecturis permotus exercitus iterum rediit; prioris ruinae molem detrahit, & fo-diendo pervenit ad massam vitream, difficillimam ad frangendum. Post hanc ex bitumine aliam non minori labore frangunt. Tamdem post mul-tos sudores tertiam ad sol endum difficiliorē aperiant, quae cypressino mausolaeo & bitumine glomerata, ossa sanctissima glutinabat, quâ con-fractâ ad desideratum thesaurum per-veniunt. Tunc accedens venerabilis Episcopus cum summa devotione, la-

crymis ora perfusus, sanctissimum Corpus in sua Capsa collegit. Mirabile dictu! Palmam, quam de Hierosolymis vir Deo plenus portaverat, in sepulcro reperiunt, & circa eum virides ramos & frondes pullulaverat. Ex quibus multi particulas colligentes in testimonium veritatis ad propria deportaverunt. In sepulcro vero Graecis literis scriptum erat: *Hic requiecit magnus Nicolaus, terrae, marique miraculis gloriosus.* Causa autem tantae reclusionis Graece legitur in ipsius miraculo. Quod Basilius Constantinopolitanus Imperator eum ad Imperii Arcem portare voluit; sed quum ultra valvas Ecclesiae nullis viribus evehere potuisset: *Ecce, ait, Beate Nicolae, Corpus tuum, postquam ipsum gloria Civitas & Imperialis habere non valet, tam firmam locabo custodiâ, ut nullus deinceps illud habere queat.*

Huic Inventioni affuerunt Graeci nonnulli, Hungari plurimi, Theotonici, Daci, & Angli, Barenses & Pisani, aliique Italici, & clamabant universi: *O felicem Populum Venetorum! Leorem habes Evangelistam Maximum, qui te viatorisum fecit in proeliis. Nunc habes naucleum Pontificem Nicolauum, qui sedare solet in pelago tempestates. In altero furtum, rapinam in alio fine crimine feliciter commisisti.* Quum vero deportarentur cum reverentia & multo gudio sacrae Reliquiae, Pisani Beati Nicolai amore relaxari petunt, & plenae libertati donati sunt. Audiens haec Archiepiscopus, qui in Castro quodam degebat, crines canos, & barbam evellit. At Veneti misericordia commoti, capellam unam de Altari sumtam cum C Byzantiis aureis pro reparatione Ecclesiae reddunt. Mittuntur certi nuntii, qui Venetiis rem gestam

A nuntient. Fit in Populo & in Clero ingens gaudium. De eo collocando diversi diversa sentiunt. Quidam juxta Sanctum Marcum, quidam in Episcopali Ecclesia propter laborem & industriam Episcopi locandum censebant. Abbas quoque Sancti Nicolai de Litore asserebat, quod nisi in suo Monasterio Corpus Sancti haberet, cum suo Collegio ac thesauris Ecclesiae, ubicumque poneretur, se transferret. Dum igitur Venetiis haec aguntur, ad Terras promissionis exercitus Domini profectus in Portu Jopoe dimisso navigio cum tuta custodia Sepulcrum Domini visitavit. Postea deliberato consilio Accaron fortissimum Paganorum praesidium, quod nec Christiani nec Saracenorum Soldanus obtinere potuit, expugnare disponit. Captâ autem divino auxilio Civitate, Franci ad custodiam remanent. Veneti eis valefuentes, ad deferendas Venetias Reliquias Sacras se parant. Quum autem locum, qui dicitur Lefina, attigissent, jurant omnes se Reliquias in Sancto Nicolo de Litore locaturos. Occurrit autem Reliquis Sacris Dux cum Nobilibus, Patriarca Petrus cum Clericis & Populo innumerabili. Ad Ecclesiam itaque parvam in litore Corpus Sanctum devehitur. Episcopus peracta breviter narrat. Dux eorum juramentum confirmat. Construitur ibi Turris pro loci tutamine. Manus armatorum custodit, donec locus securus & aptus ad Dei & Sanctorum honorem celeberrimus aedificetur. Interea Sancti coruscant miraculis multis, quae omitto causâ brevitatis. Horum autem Sanctorum Inventio celebratur III. Kalendas Junii. Translatio vero in Venetias VIII. Idus Decembris. In ipso enim Festo

Festo Sancti Nicolai classis cum salute pervenit ad Portum, quae tertio anno ab incepto itinere rediit. MXCIV. Venetiis Corpus Beati Martini in Ecclesia nova reponitur.

Particula IX. continet deteriorem statum Terrae Promissionis, maxime propter vastationem Constantinopolitani Imperii.

POst haec accidit, ut tempore Episcopi Hierosolymitani, qui vocabatur Orestes, cuius Caliphi Aegypti nomine Elau ex sorore nepos, effactis pacis confuetis, mandavit imponi solito majora tributa &c.

Particula X. continet piam auxilii implorationem initiumque postulatae salutis.....

Post primae lamenta &c.

Particula XI. De Henrico Henrici Imperatoris filio.

HEnricus Henrici Imperatoris filius a patre adversus, quo scumque potest a patre avertit. Et sibi obtenu meliorandae Reipublicae & restaurandae Ecclesiae, in eum insurgit supra Rhenum; & Ducem Bohemorum, & Lipoldum Austriae Ducem, magnis promissionibus a patris amovit auxilio. Quibus recedentibus pater campo cedere compulsus est. Tercone verò captus tenetur in vinculis. Tunc duo orbes in modum Solis, formâ & lumine cotidiano Soli similes apparuerunt, omnium colorum speciem riantes, instar arcus coelestis. Interea Imperator Leodii moritur.

A

CAP. CCXXV.

De Imperio Henrici V. & sibi contemporaneis.

Cujus Particula I. de Hugone Cluniacensi, & quibusdam gestis Terrae Sanctae & Hispaniae.

B

HEnricus ejus filius postea impetravit. Adelfonsus filius Reginae Urracae &c. Henricus Imperator Paschalem Papam cepit, quia patrem ejus prohibuerat sepelire, & longo tempore manserat infespultus, & etiam propter Investituras Praelatorum. Tamdem ad cor rediens, Româ recedit. Callisto Papae Investituras, quas a Paschali extorserat, libere resignavit, ut finem accipiat longum dissidium inter Ecclesiam & Imperium. Papa autem communicavit eum dicens: Domine Imperator: Hoc est Corpus Domini ex Maria Virgine natum, passum pro nobis in Cruce, quod tibi damus in confirmationem verae pacis inter me & te.

C

Particula II. de Summis Pontificibus:

D

Gelasius natione Cajetanus sediit annum I. dies V. Cessavit Episcopatus dies XXIV. Hic fuit Romanae Ecclesiae Cancellarius. At Imperator, qui electioni non interfuerat, Hispanum quedam nomine Burdinum ei superordinavit. Gelasius autem ordinato Gustode Romae, Cajetam timore cum Cardinalibus se transtulit. Inde per mare in Franciam transiens, Cluniaci moritur. Callixtus natione Burgundus, frater Comitis Burgundiae, Cluniaci concorditer electus est. Primo Anno celebravit Concilium Tolosae cum

E

Archiepiscopis Provinciae, Galliae, Vasconiae, & citerioris Britanniae, ubi damnati sunt, qui religionis speciem simulantes, Sacraenta damnabant Coniugii, Altaris & Baptismi. Hic Romam iens, ubique gratae suscipitur; & Burdinus peregrinos Romanum euntes exspoliaas, in Sutrio obsidetur, & captus in camelio ponitur, versâ ad tergum facie, & caudam tenens pro fraeno. Postea vero in Monachum tonsus est, & in Arce tritus. MCXXIII. quintodecimo Kalendas Aprilis, Romae Synodus celebrata est, ubi omnes ordinationes Burdini irritantur. Tandem cum Imperatore concordavit. Honorius natione Bononiensis sedid annos V. menses II. dies III. Hic fuit Episcopus Ostiensis. Ipse depositus Patriarchas Aquilejensem & Gradensem, quia schismaticis favorabiles fuerant. In gratiam autem recepit Rogerium Comitem Siciliae, & recepto homagio investivit de Ducatu Apuliae. Et factus in Apulia, sicuti in Sicilia Dominus, Regis sibi nomen assunxit.

Particula III. de morte Sigeberti, & Reliquiis Baptistarum.

Dominus Sigebertus venerabilis Monachus Gemblacensis Coenobii, vir in omni genere scientiarum, ingeniosus temporum descriptor, obiit anno Henrici septimo. Eodem anno in Venetiis Vitalis Michael ibidem Episcopus cum electis Clericis Reliquias Praecursoris caute inquirere disponit in Altari Sancti Johannis Decollati; ne forte prolixitate temporis tantarum Reliquiarum subtrahatur memoria, vel de eis haesitaretur dubietas. Constat enim, eas a Philippo Hierosolymitano Episcopo,

Athenazio Alexandrino Episcopo, translatas, ubi postea fuit materialis Ecclesia aedificata. Ex qua post longa tempora a Venetis circa talia sollicitis, Venetias cum multa devotione delatae sunt, & apud Ecclesiam Sancti Hermagorae locatae. Hinc in Ecclesia praesista a fundamentis de novo aedificata reconditae. Sic autem sponsio omnium, qui aderant, omnes consequenter adstrinxit. Quislibet enim sponte promisit, quod contra spem Reliquias non invenient, perpetuo id silentio tegerent, ne devotio & reverentia minueretur in Populo. Clausis igitur Ecclesiae januis, sublatâ de Altari mensâ, secretum Altaris aperiunt Vas pretiosum honeste caelatum reperiunt. In quo Baptistarum manus cum aliis de Corpore Reliquiis & aliquot fragmentis lapideis Arcae erant, quam in Sebaste habuerat. Quae omnia praeterquam per antiquorum relationem, per vetustissima scripta sub Epitaphii formam disposita, clarius patet. Quum autem Pontifex servicium pannum, in quo repositae erant Reliquiae, tractare coepit, inopinatus odor circumquaque diffunditur, ita ut per canales & calles transeuntes, & quid ageretur omnino ignorantes, stupefacti immensitatem suavissimi odoris, illò concurserent, & coactione quadam, negotium patet. abi consequenter nonnulla miracula patrata sunt.

Particula IV. de Sancto Bernardo.

Anno eodem Bernardus juvenis egregius, scientia, moribus, & genere clarus, Castellione Castro Burgundiae natus, &c.

Particula V. de quibusdam incidentibus, & gestis ultramarinis.

IN Pago Bachic nix tanta cecidit
IX. K lendas M ji, ut etiam sil-
vas contegeret. Apud Ravennam &
Parmam sanguis pluit in Junio. Idi-
bus Novembris in tuburbano Antio-
chiae terra noctu &c.

Particula VI. de Anselmo Laudunensi, & quibusdam prodigiis.

Millesimo Centesimo Decimo Se-
ptimo Anselmus Laudunensis
Magister notissimus, morum honesta-
te clarus, consilio & maturitate ve-
nerabilis obiit. Hic inter cetera o-
pera &c.

*Particula VII. de Reliquiis Venetias de-
latis, & initio Praemonstratensium,
Hospitaliorum, Templariorum, ac
Alemannorum, & quibusdam gestis
ultramarinis.*

Millesimo Centesimo Decimo O-
ctavo, ut Babyloniorum inju-
rias Balduinus vindicet, versus Ae-
gyptum pergit &c.

*Particula VIII. de quadam mirabili-
vione.*

GAufredus super Apocalypsim ait:
Quum prima nostri Ordinis Gi-
stieriensis jacerentur fundamenta, erat
in Ecclesia Lugdunensi Johannes honorati-
bilis Clericus, qui Ordinem tacitus co-
gitavit intrare &c.

*Particula IX. de quibusdam con-
tingentibus.*

AD Papam Honorium profectus
Pater Norbertus, honorifice su-

A sceptus, quae postulat, impetrat, i-
biique divinitus cognovit, se futurum
Gratianopolitanum Episcopum. Ubi
in reditu post Missarum solemnia
caecam mulierem illuminavit &c.
Henricus Imperator Mathildem filiam
Regis Angliae accepit uxorem. In
ipsa autem Curia Lotharius Dux Sa-
xonie, qui post eum imperavit, di-
scalceatus cecidit ad pedes ejus. Tan-
tus terror omnes invaserat, ut nullus
ejus terribilitati auderet resistere.
Mathildem autem postea dimisit. Ce-
terum in ipsa Curia contra ejus ter-
ribilitatem multae Principum conspi-
rations factae sunt. MCXXV. Ex
consilio quoque & suggestione Prae-
sulam maximorum Coloniensis &
Maguntinensis a Callixto Papa ex-
communicatus est. Propter quod schi-
sma renovavit. Tamdem cum Papa
concordavit. Morbo autem dragu-
culi, qui sibi erat nativus, mortuus
est. Quod autem mortuum se finxe-
rit, Monachus Cluniacensis effectus,
pro fabula habetur.

D

CAP. CCXXVI.

*De Imperio Lotharii, & sibi con-
temporaneis:*

*Cujus Particula I. de ejus electione, &
quibusdam gestis ultramarinis.*

E

LOtharius Dux Saxonum, qui &
Linterus dictus est, postea im-
peravit. Quum enim Legati Sedis
Apostolicae, & Archiepilcoli cum
Episcopis & Optimatibus Imperii ex
condicto coesentes, Moguntiae eum
elegissent, virum sapientem & indu-
strium, Ecclesiastico juri devotum,
auctum victoriis, potentem divitiis,
a Friderico Coloniensi Praesule bene-
dicitur & inungitur. Mortuo Balach,

Rex

Rex Hierusalem promissâ pecuniâ, datisque obsidibus pro captivitate &c. Antiochiam redit &c.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Innocentius natione Romanus sedit annos XIII. menses VII. dies VIII. Cessavit Episcopatus dies II. Hic fuit Diaconus Cardinalis electus a majori parte; a minori verò Petrus Leonis, & per contentionem Anacletus vocatur. Hic opes congregaverat tam in exactioribus Curiae, quam in Legationum negotiationibus. Paterni quoque census ampla congeries usque modo signata tunc in Populo est dispersa. Sic ad fas & nefas vaenalis Plebs armatur, unde & domos Frangipanensem, ubi se Innocentius cum Cardinalibus receperat, aggreditur. Sed quia in hoc non profecit, armata manu Ecclesiam Sancti Petri exsuffiat, thesauris, gemmis, calicibus, & aureo Crucifixo. Simile fecit in Ecclesia Sanctae Mariae Majoris. Et quum Calices frangere, Crucifixos aureos dividere Christiani vel erubescerent, vel timerent, Judacos vocat, qui illa comminuant. Thefauro omnibus paene corruptis Romanis, & Petro apud Sanctum Petrum ob parentelae potentiam commorante, Innocentius cum Cardinalibus duabus vestitus Galeis in Franciam transit, & a Ludovico Rege suscepitus est, omnibus Galliae & Germanis Episcopis sibi adhaerentibus. Illuc ei occurrit Henricus Rex Angliae. Hic Remis congregavit primo Concilium, & secundo Pisis. Imperator enim Lotharius expeditionem paravit in Italianam, & cum Episcopis & Archiepiscopis Innocentio occurrit, & Romanam deduxit. Petrum verò Leonis expugnans cum tota

A progenie sua extirpavit, & ab Urbe relegavit, & Innocentium in sua Se-de locavit. In hoc reditu Innocentius pacificatis Januensibus & Pisaniis, attendens quod servivissent Ecclesiae, Episcopum Januensem, qui sub Mediolanensi erat, Archiepiscopum fecit: Pisanium verò, Primatem Sardiniae. Et transiens cum Lothario per Apuliam, fugato Rogerio, qui Petro Leonis adhaeserat, & Raynone in Apulia Comite constituto, Romam ivit. Praemissus autem fuit in Italiam ad reconciliandos animos de consilio Regis Franciae Beatus Bernardus, qui in hoc multum & utiliter laboravit, sicut & in Francia, ut in Concilio Innocentius susciperetur, operam dedit. Hic constituit, ut violentas manus in Clericum injiciens, Monachum vel Conversum, sententiam excommunicacionis incurrat, ne possit absolviri, nisi per Romanam Curiam (XVII. Quaest. IV. Si quis suadente, in Concilio Claramontis.) Hic Innocentius solemni Concilio celebrato in Laterano moritur, & in Lateranensi Ecclesia sepelitur.

Particula III. de initio Carthusiensi, & quibusdam eventibus.

Hugo Gratianopolitanus Episcopus religiosae admodum vitae obiit MCXXXII. Hic &c. Romani vigente schismate Pontificum, Senatum innovant, qui longo jam tempore nec nominabatur, quem Innocentius morte praeventus * annulare non potuit. Mulier quaedam in Hispania monstrum enixa est &c. Lotharius post subactam Romanae Ecclesiae Apuliam, rediens in patriam suam, Veronae moritur. Et Comitissa Mathildis apud Mantuam obiit.

CAP.

CAP. CCXXVII.

De Imperio Conradi, & fibi contemporaneis:

Cujus Particula I. de quibusdam eventibus.

COnradus autem nepos Henrici ex sorore, qui ante Lotharium Imperium affectaverat, postea imperavit. Hic electo Lothario restitutus. Qui postea progeniem Henrici humiliavit. Ideo Lotharius cum fratre suo Friderico a Papa Honorio excommunicatus est, & inde Conradus a fratre, & quibusdam aliis factus est Rex contra Lotharium, & cum parvo exercitu intravit Italiam. Et Mediolani, & apud Modoëtiam Coronam portavit. Denique ad partes Romanorum concessit. Et tandem rebus consumatis, in patriam rediit; & cum Lothario, relieto ei Regno, composuit. Nunc autem electus est, praesente Legato Portuensi Episcopo, & statim Aquisgrani in Sede Caroli a Principibus locatus, ab eodem Legato coronatus est. Saxones tamen, & Dux Bavariae Henricus in eum tunc non consenserunt; tandem vero in gratiam omnes recepti sunt, praeter Ducem Bavariae, qui cognominabatur *Superbus*; qui gener fuerat defuncti Imperatoris, quiq[ue] contumaciter adhuc detinebat insignia Imperialia idest Crucem, Lanceam, Coronam, Gladium Sceptrum, Pommum aureum. Versiculi:

„ Ut scriptura tonat, Crux, Ensis,
 „ Sceptra, Corona,
 „ Lancea, Rila, bona verba, insignia
 „ donant.

A

Postremo insignia dedit, & consilio Principum proscriptus, & a suis derelictus, vix quatuor militibus comitatus, in partes Saxoniae cessit, ubi cito miserabiliter mortuus est. Tunc quidam pseudo-Imperator in partibus Alemanniae surrexit, qui per aliquot annos apud Solodorum in reclusione vivens, egressus inde, Imperatorem Henricum se esse mentitus est. Et quum multos seducendo allexisset, in tantum ut pro eo fierent homicidia & proelia, aliis seductorem palam acclamantibus, declarata ejus falsitate, Cluniaci in Monachum attonsus est.

B

Particula II. de Summis Pontificibus.

C

Caelestinus natione Tuscus sedit menses V. dies XIII. Cessavit Episcopatus dies IV. Hic fuit Presbyter Cardinalis & Cancellarius. Eugenius natione Pisanus sedit annos VIII. dies XX. Cessavit Episcopatus dies II. Hic vocatus est Bernardus Monachus Clarevallenfis. Fuit discipulus Sancti Bernardi, & Abbas Sancti Anastasii. Hic electus, ad Farfense Monasterium propter metum Senatorum, qui contra voluntatem praedecessoris sui electi fuerant a Populo, vocatis Cardinalibus & Praelatis consecratus est. Hic prius sermonis mirabilem gratiam & eloquentiam a Deo accepit. Contra hunc Romanus Jordanus Senatorem & Patricium erigentes. Urbe eum deturbant. Ille vero excusso in litigantes pulvere perire eos reliquit, & in Gallias iens, Ludovicum Regem Cruce signavit; & celebrato Remis Concilio ad Urbem rediit; cui Clerus occurrit & Populus cantans: *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

D

E

Particula III. de quibusdam contingentibus.

Habitaculum servis Dei construitur MCXXXIX. in Monte Dei. Quibus Sanctus Bernardus nobilem scripsit Epistolam. Petrus Abaleardo Magister insignis &c. Innocentio succedit Guido Castellanus, vocatus Caelestinus, cui post menses V. successit Lucius ex Gerardo Cancellario. MCXLIII. mortuo Rege Fulcone &c. Arnaldus de Brixia, cuius dieta propter ardentem vitam, quam tenebat, plurimi decepti sequebantur, dum Romae delitias Clericorum & superfluitates argueret, a quibusdam captus suspenditur, & crematur. Erat enim, ut ait Sanctus Bernardus in Epistolis, homo non manducans, neque bibens, sed cum Diabolo esuriens sanguinem animarum, cuius conversatio mel, doctrina venenum: cuius caput columbae, cauda scorpionis erat: quem Brixia evomuit, Roma exborruit, Francia repulit, Germania abominata est.

Particula IV. de causa desolationis, & amissionis Terrae Sanctae promissionis, factae tempore Saladini, habens causas sex.

Prima causa continet Graecorum ritum, ac Surianorum intra promissionis habitaculum. Terram promissionis Constantinopolitano Imperatori subjectam fuisse annis non paucis, ac per hoc &c. Secunda caussa continet eorum mores, qui Puiani & Maronitae dicuntur, & illustrium virorum, qui ad Sanctae Terrae tuitionem &c. Tertia caussa continet eorum ritus & mores, qui Armeni & Georgiani dicuntur. Armeniorum Populus in Armenia Provincia prope

A Antiochiam inter Christianos, & Saracenos seorsum inhabitat. Quarta causa continet ritus & mores Jacobitarum, Nestorianorum, & Mosaram. Sunt & in Terra Sancta &c. Quinta causa continet multorum Occidentalium ad Terram Sanctam concurrentium pravitatem. Ad Terrae Sanctae succursum venit fortitudo maris de maritimis Terris Italiae, & fortitudo gentium de ultramarinis partibus Occidentis & Aquilonis &c. Sexta causa continet Clericalis & Regularis status depravationem. Postquam omnis poene fidelium Populus &c.

Particula V. de quibusdam aliis incidentibus.

Bernardus Abbas Sancti Anastasi Papae eligitur, & vocatur Eugenius. Et MCXLVIII. Remis Concilium celebravit, ubi Sanctus Bernardus Guibertum Porestanum disputando confutavit &c.

D *Particula VI. de raptu animae Tundali.*

Tundalus ex Hibernia oriundus, nobilis genere, crudelis aetione, formâ egregius, fortitudine robustus, sed de anima nihil solitus &c.

Particula VII. de visione Daemonis, & boni Angeli.

Primo quidem &c.

Particula VIII. de poena homicidarum, & infidianorum.

Secundo ostenditur ei &c.

*Particula IX. de poena superborum,
& avarorum.*

Postea venit &c.

*Particula X. de poena furantium,
& luxuriantium.*

Longius autem eundo &c.

*Particula XI. de poena Clericorum,
Religiosorum, & de Vulcano.*

Exinde vidit &c.

*Particula XII. de poenis Inferni, &
infernalium bestiarum, & spe-
cialiter Luciferi.*

Postremo videbis &c.

Particula XIII. de Gloria Paradisi.

Post haec ait ei Angelus &c.

*Particula XIV. de Sancto Malachia
Archiepiscopo.*

Eodem Anno &c.

*Particula XV. de quibusdam inci-
dentibus.*

LUDOVICUS Rex Francorum &c. Eugenius pace cum Romanis reformatam Romam redit. Conradus vero moritur, & benedictione Imperiali caruit.

Tom. XI.

A

GAP. CCXXVIII.

*De Imperio Friderici I. & sibi
contemporaneis.*

*Cujus Particula I. de quibusdam
contingentibus.*

B

FRIDERICUS I. Dux Sueviae nepos ejus, filius Friderici Ducis Suevorum, fratriss Conradi II. Regis de progenie Carolorum, postea imperavit. Et ab Adriano IV. Romae in Ecclesia Sancti Petri coronatus est. Quinto Anno Eugenius vir sanctus moritur, & Anastasius ei succedit. Alphonsus Rex Hispaniae &c.

C

Particula II. de Summis Pontificibus.

D

ANASTASIUS natione Romanus seddit annum I. menses IV. dies XXIV. Cessavit Episcopatus dies XX. Adrianus natione Anglicus seddit annos IV. menses VIII. Cessavit Episcopatus dies XVIII. Hic fuit Episcopus Albanensis, & Legatus convertit Norvegientes. Hic fuisse dicitur primus Papa, qui Romanam Curiam de Roma ad aliam Civitatem transalpavit. Hic propter vulnerationem unius Cardinalis, usque ad condignam satisfactionem Urbem supposuit Ecclesiastico interdicto. Eo vero mortuo Cardinales divisi duos elegerunt, Rolandum Cancellarium, qui Alexander dictus est, & Octavianum. Imperator Octaviano adhaesit, qui Victor acclamatus est. Reges aurem Franciae, & Anglie Alexandri adhaeserunt. Alexander natione Senensis seddit anno: XXI. menses XI. dies XIX. Hic superavit quatuor Antipapas. MCLXI. Alexander videns omne Patrimonium Sancti Petri, & adja-

E

X X

cen-

centem regionem occupari, in Gallia transiit, & MCLXIII. Concilium celebravit. Et MCLXV. in Italiam rediit. Cui occurrit Rex Guillielmus, & Regnum ab eo cognoscit, renovato fidelitatis juramento. Deinde Romam iens cum magna processione suscipitur a Romanis, & MC-LXXIX Romae Concilium celebravit. Et Imperator relieto Papa schismatico, Alexandro subjectionem exhibuit. Fuerunt autem tres Antipape Cardinales, & omnes male perierant. Lucius natione Tuscus sedet annos quatuor, menses duos. Cessavit Episcopatus dies XIII. Veronae mortuus est, in cuius Epitaphio scriptum est:

„Luca dedit lucem tibi. Luci, Pontificatum
„Ostia, Papatum Roma, Verona mori.
„Intra Verona dedit verum tibi vi-
„vere. Roma
„Exilium. Curas Ostia. Luca mori.

Vidi Privilegium istius Lucii III. in quo ipse subscripsit sic: *Ego Lucius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.* Et Cardinales similiter subscriperunt sub ipso Papa Episcopi, ab uno latere Presbyteri, ab alio Diaconi. Sub remaibus autem Cancellarius sic. Datum per manus Alberici Sandae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis & Cancellarii: II. Nonas Julii, Indictione I. Incarnationis Dominicae Anno MC-LXXXIII. Pontificatus vero Domini Lucii Papae III. anno secundo. Nec ponit locum ubi datum sit. Urbanus natione Mediolanensis sedet an-

A num I. menses X. dies XXV. Gregorius natione Beneventanus sedet mensem I. dies XXVII. Cessavit Episcopatus dies XX. Clemens natione Romanus sedet annos III. dies XVI. Hic fuit Episcopus Praenestinus.

B *Particula III. de Petro Lombardo & de Comestore.*

C Floruit tunc Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus &c.

D *Particula IV. de quibusdam incidentibus.*

Millesimo Centesimo Quinquagesimo Quarto, Rege Hierosolymorum Ascalonem obsidente Milites Templi se Civitatem capturos putantes, ingressi trucidantur. Ceteri vero oblessores ante Crucem Domini se prosternentes. divinum cum lacrymis imploraverunt auxilium, quod eis continuo affuit, ita ut Paganii Civitatem traderent. Urbe abiisse permisisti. Rogerio Regi Siciliae successit Guillelmus tam in Regno quam in viatoriis. Alexandria in honorem Alexandri Papae aedificata est, rebellantibus Friderico omnibus Civitatibus Lombardiae praeter Papiam. Et Johannes Papiæ Episcopus Cruce & Pallio, quibus antea utebatur, privatus est. Alexandriae vero Episcopalis titulus concessus fuit, quo satis cito privatur, quia primus ibi Episcopus occisus est (a). Norandinus autem Damasci jam Princeps effectus &c Signum Crucis in Luna apparuit MCLVI. Fridericus per septennium fere Mediolanum obsidet &c. MCLXII. Corpora trium Magorum, clim

(a) In MS. Codic. Vaticano habentur haec, quæ sequuntur in margine descripta eodem charaktere: In Aegypto Zampnes Civitatem diripuerunt, & revertentes, dolum Imperatoris Constantiopolitani incurrerunt: Et licet quantitate naviij essent inferiores, Graecorum tamen CXL. naves superavit & spoliavat. Postea Massauntas, qui Putcolum spoliarerant, exterminavit aut cepit.

olim per Imperatorem translata de Perside in Constantinopolim, & inde a Sancto Eustorgio Mediolanensi miraculose sunt transvecta. Super concessam enim sibi a Constantino Imperatore Arcam, & in mare projectam, ascendit Sanctus Eustorgius, & divino regimine ad Italiam Arca natavit. Arca quoque ipsa immensi ponderis, super eminē carructā cunctis stupentibus posita, non solum sustentatur, sed a duabus vaccis trahitur faciliter usque prope Mediolanum. Sancto quoque Eustorgio quiescente nocte prae labore, vaccarum alteram lupus extinxit, quo Sanctus Eustorgius percepto, vaccae vicem supplevit. Mediolanenses vero Reliquias Sanctas honorifice suscepserunt. Et eidem Sancto Eustorgio Ecclesiam dedicantes Sanctorum Magorum Corpora inibi locaverunt. Destructa autem Urbe Mediolanensi per Imperatorem, a Raynaldo Colonensi Episcopo, e Mediolano Coloniam transferuntur. Sanctus Helinandus &c.

Particula V. de Thoma Cantuariensi.

Hic juventute valde gratus &c. Interea Alexander Papa in Gallias venit, adhaerente Imperatore quatuor Schismaticis contra Alexandrum. Nam post Octavianum eligitur Guido Cremensis. Post hunc Johannes Strumiensis. Post hunc Lando. Unde & congregata magna multitudine tentabat in Burgundiam transire. Sed contra agentibus Franciae & Angliae Regibus, nil profecit &c.

Particula VI. de quibusdam incidentibus.

Eodem Anno, quo revocatus est ab exilio Sanctus Thomas, Alexander Papa Romae cum honore

A suscipitur &c. MCLXVII. dum Imperator Romam obsidet, omnis paenae exercitus ejus peste perit, unde cum paucis ad propria redit. MCLXVIII. in Sicilia multa Castra cum innumerabili Populo concussa sunt; Urbs vero Catania ante horam primam terrae motu subvertitur. Episcopus, & Clerus, Abbas de Miletio cum Monachis XL. & omnis Populus, circiter XV. millia, repentina morte perit. Almaricus Rex Hierusalem &c.

Particula VII. de Martyrio Sancti Thomae.

Henricus Rex &c.

Particula VIII. de similitate Regum Franciae & Angliae.

Ludovicus VII. Rex Franciae &c. MCLXXVII. in Septembri Fredericus Romae pacem Sebastiano Duci & omnibus Venetis juramento firmavit, super hoc per Ducem & Commune Venetorum Syndico specialiter destinato. Eodem Anno Almaricus moritur &c. Eodem anno MCLXXVII. Beatus Thomas Cantuariensis canonizatus est a Papa Alexander. Anno eodem Alexander Papa Venetas venit propter Civium fidelitatem, & Civitatis inexpugnabilem securitatem. Tunc Sebastianus Ziani Dux Imperatori Legatos & dulcia mittit epigrammata, quae Alexander Papa conspiciens plumbeam Bullam muniri jussit, & Ducem suas literas de cetero taliter sigillare concessit. Imperator nuntios grates suscepit, sed quum de pace & concordia legit, mutato vultu sententialiter respondit.

„ Ite: Duci vestro nostrum reddatis
 „ amorem.
 „ Et licet haec nostra reserat sibi pa-
 „ gina chartas,
 „ Ore nibilominus haec reseratis amico
 „ Verba Duci nostro: Nostrum non am-
 „ plius hostem
 „ Sustineat, mittat fidis custodibus
 „ illum.
 „ Ac si forte negat fugitivum tradere
 „ Papam,
 „ Credat amicitiae dissolvi foedera
 „ nostra.
 „ Securum se Dux faciens, quod in
 „ aequore classes
 „ Injiciam, quum tempus erit, tanti-
 „ sique Galeis
 „ Propulsabo fretum, Venetos quod re-
 „ mitigate Portus
 „ Ingrediar, Marciique eadem, sigam-
 „ que Plateis
 „ Victrices Aquilas, non ante in secu-
 „ ta fixas.

Dux autem confortans Papam ait:

„ Si Ruber nobis Federicus bella mo-
 „ vebit,
 „ Nos non inveniet clausos, sed in ae-
 „ quore lato
 „ Obvius ibo sibi, Venetis comitautibus
 „ armis.

Igitur contra Othonem Imperato-
ris filium venientem cum Galeis
LXXV. proficisciентi Sebastiano Ve-
netorum Duce cum Galeis non am-
plius XXX. Papa ensem. splendide
ornatum tamquam Ecclesiae pugili
dedit, quem Veneti Duces ante se
portari de cetero faciant in signum
praedicti honoris. Et quum proce-
ssissent Veneti per millaria L. de
Christi auxilio confidentes, stolum
Imperatoris aggressi, victoriam obti-

A nuerunt, & Imperatoris filium Ve-
netias perduxerunt. Tunc Summus
Pontifex gratias Deo agens anulum
Duci porrexit, dicens: Te, fili. Dux,
tuosque successores aureo anulo singulis
annis mare desponsare volumus, sic uir
subjectam sibi deponat uxorem, quia
ab investiture nostris mare taliter
quietasti. Post aliquod vero detentio-
nis tempus filius Imperatoris a Sum-
mo Pontifice, simulque a Communi
Venetorum impetrat ad patrem ire,
& pacem atque concordiam procura-
re. juramento se adstringens; quod
si id perfidere non valebit, potestati
Domini Papae & Communis Vene-
torum plenarie se submittaret. Quidam
autem filius patrem pertraxisset ad
pacis consilium; praeter haec enim
cernebat Imperator, Papae prospera
cuncta procedere & ad eum totam
Italiam declinare, ille multis cum
Proceribus procedens, Papae ac Duci
Venetorum denuntiat Imperatoris ad-
ventum. In crastino verò, id est in
die Ascensionis attigit litora Vene-
torum, & honorifice perductus ad
Ecclesiam Sancti Marci ante fortes
Ecclesiae humiliavit se pedibus Sum-
mi Pontificis, & absolutionem ac
benedictionem, & gratiam ejus pro-
meruit. Sic Ecclesiae & Imperii lon-
gum diffidium finem accepit, quo
nullum prius aut incanduit vehemen-
tius, aur perleveravit diutius; quia
annis XVI. Historia autem hujus re-
conciliationis in Ecclesia Lateranensi
depicta erat cum his versibus:

„ Cessit Alexander veniam tunc Papa
 „ Beati
 „ Ecclesiae Marci. Tertius ille fuit.
 „ Si quis Accensu Domini cum venerit
 „ illuc
 „ Confessus verò, corde puro poeni-
 „ tens,
 „ Vesper

„ *Ve, per utramque landat, totum, quod
„ inter utrumque*
„ *Tempus, cum culpa poenaque nul-
„ la manet,*
„ *A die, & rursus Octavae tempore
„ tota,*
„ *Septima peccati pars relevatur ei.*

Iis autem peractis, Dux receden-
tes juxta conditum, Papam atque
Imperatorem sociavit usque Anco-
nam. Anconitani vero duas Umbrel-
las praesentant, unam Papae, Im-
peratori aliam. Tunc Summus Pon-
tifex ait: *deseratur tertia Ducis Vene-
torum, cui merito congruit, qui nos
ab aestu turbationis liberans, in refri-
gerio pacis posuit, quod bene Umbrella
significat.* In cujus rei memoria Duces
Venetos volumus in suis solemnitatibus
eā uti. Denique quum Romanum ap-
propinquarent, occurrerunt Romani
cum octo Tubis argenteis, & eōto
Vexillis diversorum colorum. Quae
omnia Papa mandavit, Ducis Venetorum
offerri in memoriam victoriae
supradietae, eisque voluit futuris tem-
poribus uti Venetorum Duces. Post
ostensas autem Reliquias varias Im-
peratori & Duci, Dominus Papa in
Sede sua locatus praedicans, hono-
rantias omnes Ducis Venetorum datas
confirmavit, ac roboravit. Ille vero
Apostolica benedictione suscepit ad
propria remeavit. Ortā guerrā inter
Henricum Regem Angliae & filios
ejus Henricum, Ricardum, & Gof-
fridum, auxilio Ludovici Regis Fran-
ciae, Normanniam graviter vastave-
runt.

*Particula IX. de duobus San-
tis Abbatibus.*

Floruit hoc tempore Petrus Mo-
nachus Abbas Clarevallenensis, qui

A sublimitatem sui generis quanta po-
tuit semper d' simulatione celavit &c.
Floruit etiam tunc venerabilis Hugo
Abbas Bonaevallis &c.

Particula X. de quibusdam incidentibus.

MCLXXXIV. quum Rex Philip-
pus contra Philipponum Flan-
drensem processisset &c. MCLXXXVI.
Henricus Friderici filius a patre prae-
ficitur Italiae, & uxorem ducit Con-
stantiam. Rogerius enim primus Rex
Siciliae misit primogenitum suum ad
Curiam Roberti Comitis Licii, ut
nobilibus imbueretur moribus, qui u-
nam Comitis filiam diligens, nimio
usu venereo factus ethicus. revocatur
a patre, habens ex ea filium Tan-
crenum & filiam. Et videns quod
liberari non posset, negotii seriem
patri aperuit, qui indignanter com-
motus, in dictum Comitem indigna-
tione animadversionem comminatus
est, & totius parentelae ejus destru-
ctionem. Sed filius cum lacrymis ob-
tinuit Comiti veniam, & ut posset
ejus filiam desponsare, ne liberi sui
pro spuriis haberentur. Rex tamen
Rogerius mortuo filio promissa fran-
gens, praedictum Comitem perse-
quens, in Romaniam cum suis coē-
git fugere. Mortuo Rogerio Guillel-
mus successit ei in Regno. Et huic
successit sublato per mortem primo-
genito ejus Guillelmus secundogeni-
tus, qui accepit uxorem filiam Re-
gis Angliae, de qua tamen prolem
non habuit. Hic pacificus & iustus
fuit. Tancrenum de Romania, cum
iis qui supervixerant, revocavit, ei-
que concessit Licii Comitatum, &
Dominam Constantiam Henrico filio
Imperatoris tradidit. Eodem anno
Rex Philippus &c.

Particula XI. de amissione Sanctae Crucis, & proditione Comitis Tripolitani.

Dum haec aguntur, veniunt ad Regem Philippum nuntii transmarini &c.

Particula XII. qualiter Christiani ad recuperandum Sepulcrum Domini animantur.

DEلتا re tam lugubri &c. MC-LXXXIX. &c. Eodem Anno Fridericus Imperator cum filio suo Duce Sueviae transmarinum iter arripuit. Archiepiscopi etiam Ravennas & Pisanus. Et fit ingens peregrinorum motio. Praedicti vero Archipraefules cum magno de Italia agmine Tyrum appulsi, magnum solatium praebuerunt Tyrensis &c. Imperator autem inter Nicaeam & Bithyniam strenuissimus Princeps, qui jam Soldanum Iconii, qui ei promissum non servaverat, persequutus Turcos debellavit, parvum fluvium transiens equo cecidit, & vix extratus, paulo post obiit. Moriens vero totum exercitum filio regendum commisit. Ille vero parvo post tempore naturali lege vitam finivit &c.

GAP. CCXXIX.

De Henrico VI. & sibi contemporaneis:

Guus Particula I. de recuperatione Acon, & Henrico.

HEnricus imperavit annes VII. & vacavit Imperium annos XII. In MCKI. obiit Clemens III. cui successit Caelestinus natione Roma-

A nus, qui in die Paschae consecravit Imperatorem. In Junio ac Julio ex nimietate pluviarum segetes ante messem germinarunt &c.

Particula II. de Summis Pontificibus:

CAELESTINUS natione Romanus seddit annos VI. menses VIII. dies XI. Cessavit Episcopatus..... Hic fuit Diaconus Cardinalis, & fuit grandaevus & gratiosus. Innocentius natione Campanus seddit annos XVIII. Hic subtilis fuit valde, tam in Jure quam Theologia, & factus Cardinalis, in moribus & scientia gratus fuit nimis. Decretales complures, & Sermones ipse composuit, & Librum de Misericordia hominis, & alia. Inter cetera fecit Hospitale Sancti Spiritus, & renovavit Ecclesiam Sancti Sixti, & omnibus Ecclesiis Romae dedit unam Libram auri pro Calicibus fiendis. Livonia provincia Dacis & Polonis confinis pro majori parte conversa est ad Fidem per ejus solicitudinem: ibique dominantur Fratres Alamanni, quia ipsi expugnaverunt terram. Hic confirmavit Regulam Fratrum Minorum; & Fratribus Laicis, qui Beatum Franciscum sociaverant, factis sibi coronis, Privilgium dedit de P..... praedicanda mandatum.

Particula III. de morte Saladini.

MCXCVI. Saladinus obiit apud Damascum &c. Eodem tempore Imperator totam Calabriam & Siciliam suo subjicit imperio, & Censem Regis Guillelmi solvit Ecclesie. Postquam enim Constantiam accepit conjugem, voluit eam in Theutoniam ducere. Propter auditam autem nova quaedam dimisit eam in finibus

finibus Regni, quae se contulit Gajetam. Et tunc mortuus est nepos ejus Rex Guillelmus, & Domina invi vit Salernum. Tunc Tancredus occupavit Regnum, & praedictam Constantiam occultavit in quodam Castro, ita ut Comites omnes de Regno putarent eam mortuam. Imperator rediens Romam, petiit a Papa, ut uxorem suam faceret sibi reddi. Qui ad hoc plures misit. Et respondebatur, quia defuncta esset. Imperator obsedit Neapolim, & nihil proficiens in Theutoniam rediit. Et ex tunc misit Panormum per unum leprosum literas; qui multa industria fecit sub specie mendicandi, quod Domina habuit literas de vita Imperatoris, & dedit eidem nuntio responsivam. Post haec dixit Tancredo, qui ante eam servabat, & vocabat eam Dominam suam: *Male bastarde, vivit meus vir, & ecce litterae suae.* Tancredus vero nil scire valens de nuntio, iracundiā commotus, fecit propter malam custodiā interfici Castellanum, & febre corruptus mortuus est. Imperator autem veniens accepit uxorem cum Regno. Filios Tancredi abacinavit; filias vero liberas dimisit. Denique audiens & admirans, quod Domina esset grāvida, quum quinquagesimum transisset annum, consuluit Abbatem Joachim, rogans ut interpretaretur quaedam dicta Merlini & Erichiae. Quod & fecit, dicens, quod Fridericus esset filius ejus, & dictae Imperatricis; & multa praedixit sibi, filio, ac successoribus suis, & specialiter quod debebat mori in partibus Melatii, & quando. Et sic accidit. Scripsit quoque idem Epistolam in hac forma. Henrico VI. inclito Romanorum Augusto, Joachimi dictus Abbas. Humiliari sub divinae potentia

A Majestatis. Dum meae simplicitatis inertiam literis & nuntiis recurrentibus urgetis, ut quae per Chronicas veteres & Annales nova Populorum discrimini, in quibus universalis Ecclesia fluctuat, juxta Hieremiae vaticinium & scriberem & legerem. Tamen quia consilium Domini nemo novit, imperio vestro vale timidis hucusque non parui, tamquam qui cum ipso Prophetā loqui nec didici, nec prophetiae mīhi spiritum arrogavi. Jam vero quia sub sexto sigillo & Ecclesiae tempore, cuius initia pervenimus, phiala divini furoris effunditur, & Liber solutis paene signaculis aperitur, ad deprimendam superbiam hominum, & mentes simpli- C cium instruendas, elegi commodius ex conscientia veterum nova dirigere, quam ad oppositiones hominum vias investigabiles indagare. Quaeſo proinde, ut dicta simplicia, quae quodammodo sicut ambigua fuerint, sic & apud multos non esse non poterunt involuta, vestro soli servetis examini, nec alterius Prophetae propterea improbare contendatis articulum, qui contra novorum Chaldaeorum Imperium, Alemannorum, nec dubium, inducitur discidendum. Habetis insuper de Opusculis aliis concors in Apocalypsis expositione compendium, in quibus experiri poteritis, quam in diebus istis Caritas Christiana deferreat, & mundanae persecutionis iniqitas graviter inardescat. Unde in his carminibus, auspiciis vestris omnino consulitur, ut non sumatis de virtute praestitae potestatis audaciam, ubi Regum Rex temporalem in suis exerit disciplinam. Nam ut liberins eloquar, mallem ego aemulorum ictus recipere, quam vos universae terrae malleum vestris in posteris, contra satagentis Ecclesiae filios durius provocare. Expositio Jereniae. Ecce, Caesar, virginem farroris Domini. Sufficenter Hierenia expli-

explicatur, qui in replicandis afflictionibus ubique cernitur impeditus. Ut & tu non sis expers divinae formidinis, quam ad radicem Imperialis culminis apponenda sit Evangelica jam securis.

Particula IV. de electione Othonis, & captione Constantinopolis per Venetos & Barones transfretantes.

HENRICUS Imperator in Sicilia Par normi moritur, qui per tyrannidem in Regno multos & magnos peremit. Archiepiscopos & Episcopos trucidavit, & contra Ecclesias semper tyrannidem exercuit. Propter quod Innocentius III. qui eodem anno in Papatu Caelestino successerat, promotioni Philippi fratris ejus contrarius fuit, omnesautores ejus excommunicavit, Othoni vero viriliter adhaesit Duci Saxoniae, & eum Aquisgrani in Regem Alamanniae consecrari fecit M^{CM}XCVIII.

Particula V. de electione Alexii, & successione Baldwini.

Capt^a Civitate pater adolescentis &c.

Particula VI. de victoriis Tartarorum, & qualiter cooperant dominari.

Particula VII. de forma & qualitate Tartarorum.

Particula VIII. de rito religionis ipsorum.

Particula IX. de superstitionibus eorum.

Particula X. de legibus & consuetudinibus eorum.

Particula XI. de moribus eorum.

A

Particula XII. de vi^{tu} eorum.

Particula XIII. de stationibus.

Particula XIV. de luxuria & crudelitate eorum.

Particula XV. de morte & sepultura ipsorum.

Particula XVI. de Terra Tartarorum.

Particula XVII. de initiis bellorum Tartarorum.

Particula XVIII. de bello eorum contra Kytaos.

Particula XIX. de bello eorum contra Indos.

Particula XX. Quomodo Tartari versus Occidens dilataverunt imperium.

Particula XXI. de gestis Regum Armeniae cum Tartaris.

Particula XXII. Qualiter Persis post multa dominia Tartari dominantur.

Particula XXIII. Qualiter successores Halavonis se habuerunt cum Christianis & Saracenis.

Particula XXIV. de quibusdam incidentibus illius temporis.

DE Tartaris sufficienter explicato, ad Terram Sanctam redeuntes &c. MCCVI. Otto cum Philippo Duce Sueviae de Imperio contendit &c. Venetiarum Dux eligitur Dominus Petrus Ziani Eodem Anno Beatus Franciscus mundum deserens &c.

Particula

B

C

D

Particula XXV. de figuris & prophetia duorum Ordinum.

De eis Joachim super Hieremiam sic ait: Tales &c.

Particula XXVI. de conversatione Beati Francisci in habitu seculari.

Apparuit gratia Salvatoris nostri Dei, diebus istis novissimis in servo suo Francisco, qui Pater &c.

Particula XXVII. de sancta ejus conversione ad Dominum, ac repartitione trium Ecclesiarum.

Particula XXVIII. de institutione Religionis, & approbatione Regulae.

Particula XXIX. de profectu Ordinis sub manu ipsius.

Particula XXX. de spiritualibus sociis Beati Francisci.

Particula XXXI. de origine Sancti Dominici, & legatione XII. Abbatum contra haereticos.

Dominicus Praedicatorum Dux & pater inclytus, ex Hispania, Villa Calaroga, Oxomensis Dioecesis &c.

Particula XXXII. de ejus libello ab igne illaeso.

Particula XXXIII. de initio desolationis in Marchia Trivisana & Lombardia per Ezelium.

Eodem Anno idest MCCVII. de Venetiis exierunt XXXI. Galeae, & ceperunt Corsu & destruxerunt Montem. Eodem Anno Azzo Marchio Estensis regimen Veronae suscepit de communi voluntate duarum partium, scilicet Comitis Sancti Bonifacii, & Monticulorum. Sed Monticuli furore Ezelini de Romano eum de Verona expulerunt. Ille vero convocatis amicis & exercitu praeparato Veronam aggreditur, faventibus sibi Mantuanis, & parte Comitis Sancti Bonifacii. Ezelinus autem alteri parti favens, cum exercitu copioso venit, sed dum praevalere non potuit, cum omnibus de parte sua territus fugit. MCCVIII. pars Monticulorum cepit Castrum Piscariae, indeque per Veronensem districtum currentes, rapinis & incendiis omnia devastabant. Sed Marchio & Comes praediis parato exercitu eos obsederunt, & captos in compedibus posuerunt, qui ad mandatum sequentis Othonis, quum in Italiam venit, dimissi sunt. MCCVIII. Veneti ceperunt Candiam, & totam Insulam Cretensem. Eodem Anno venerunt solemnes Nuntii ad Philippum Regem Franciae, ut de apto viro ad defendendam Terram Sanctam provideat Mariae jam nubili heredi Regni.

CAP. CCXXX.

De Imperio Othonis, & sibi contemporaneis:

Cujus Particula I. de ejus coronatione; & ejus scandalo cum Ecclesia.

Otho filius Ducis Saxonie, & nepos ex filia Henrici II. Regis Anglorum, postea imperavit. Post mortem enim Henrici orta est dissensio inter Principes Alamanniae. Una pars elegit Othonem, alia Philippum Ducem Sueviae superioris Henrici fratre.

fratiem. Innocentius autem Papa propter causam superius allegatam contra voluntatem Regis Franciae, qui conjuratus erat cum Philippo, ut de Comite Flandriae, & aliis brigis suis commodius triumpharet; contradicentibus quoque pro magna parte Romanis, multis etiam ex Magnatibus Imperii dissentientibus, Othonem coronavit. Cujus pater Dux Saxoniae de crimine laesae Majestatis ab Imperatore Friderico convictus, & universo Baronum judicio condemnatus fuit, & perpetuo a Ducatu dejectus. In ipsa autem coronatione Papa iurandum accepit ab eo de Patrimonio & jure Sancti Petri indemniter & contra quoslibet defendando. Sed ipsa die contravenit. Igitur propter hoc, & propter expensas, quas ab Imperatore Romani petebant, ortâ discordia, Romani cum eo conflixerunt, multique de Theotonicis occisi sunt. Imperator quoque, quum de dannis resarciebatur, dicebat se MC. equos amississe. Rediens verò, sicut animo conceperat, Castra & munitiones occupavit, quae erant juris Beati Petri, Radicofanum, Montem Flasconis, ac paene totam Romagnam. Inde transiens in Apuliam oppugnavit Terram Friderici filii Henrici Imperatoris, cepitque multas Urbes & Castella in Regno Apuliae, quod totum est de Feudo Beati Petri. Missis ergo hinc inde nuntiis, quum Imperator ea, quae occupaverat, resignare nullatenus vellet, & miseros Romipetas a suis, quos in Castris posuerat, expoliari saceret, Papa excommunicationis sententiam promulgavit in eum. Deinde quum nec sic rescipiscere vellet, & in praedictis procederet, Papa subditos ipsius ab ejus fidelitate absolvit, sub anathematis intermina-

A tione prohibens, ne quis Imperatorem eum haberet, aut nominaret. Sicque recesserunt ab eo Rex Bohemiae, Dux Thuringiae, Lantgravius, Dux Austriae, multique alii tam Seculares, quam Ecclesiastici.

Particula II. de Almarico Haeresiarcha.

Tunc quidam Almaricus de territorio Carnotensi &c.

Particula III. de Elynando, & electione Friderici.

EN territorio Belluacensi floruit Elynandus Frigidi Montis Monachus &c. Othonem igitur damnato ut dictum est, Barones Alamanniae, Regis Francorum consilio mediante, Fridericum Henrici quondam Imperatoris filium unanimiter elegerunt Imperatorem, rogantes Papam, ut ejus confirmaretur electio. Qui licet satis hoc vellet, quia tamen Roma Ecclesia tarditatem & gravitatem in magnis rebus observare consuevit, dissimulabat. Er etiam, quia illam progeniem non amabat. Fuit autem electus quarto Othonis Anno.

CAP. CCXXXI.

De Imperio Friderici II. & sibi contemporaneis:

Cujus Particula I. de ejus initiosis & conversione Beatae Clarae.

Fridericus postea imperavit, vocatus a Baronibus de consilio Regis Franciae, Romam venit, & a Romanis honorifice suscepitus est. Inde intravit Alamanniam, & venit Constantiam. Cujus adventum sciens Otho, sequebatur eum cum CC. militi-

litibus. Jamque praemiserat famulos A & equos suos in eamdem Urbem ipsâ die venturus. Itaque quum Fridericus Urbem intrasset, Othonem per tres leucas distante, Otho ipse cum suis repulsus est. Dicunt autem, quod si Fridericus per tres horas tardasset, Alamanniam non intrasset. Otho igitur a Constantia sic repulsus accessit Brisachum, unde non minori dedecore est repulsus. Fridericus ibi, sicut & ab aliis Imperii Baronibus est receptus. Eodem Anno Fridericus iniit foedus cum Rege Francorum, sicut exsriterat inter praedececessores eorum. Eodem etiam Anno Virgo Clara Deo devota &c.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Honorius natione Romanus seddit annos X. menses VIII. dies XXIII. Cessavit Episcopatus dies XXIII. Hic renovavit Ecclesiam Sancti Laurentii extra muros, & Basilicam quae dicitur Sancta Sanctorum, & composuit Decretales, & confirmavit Ordinem Praedicatorum. Gregorius natione de Anagnia seddit annos XIII. Hic fuit Episcopus Ostiensis. Et per Fratrem Raymundum Ordinis Praedicatorum, Poenitentiarium suum, compilavit Volumen Decretalium; aggravavitque sententiam, quam Honorius tulerat contra Fridericum Secundum. Hic fuit protector Ordinis Minorum, quum esset Episcopus Ostiensis, & adstitit Beato Francisco in condendo Regulam. Et Beatus Franciscus illi praedixit, quod esset Papa futurus. Unde Ordinem tantum dilexit, quod lotionem pedum, quae per Summos Pontifices fieri solet, in habitu Fratrum Minorum faceret, & in ipso habitu, ut esset incognitus, pia loca intra

Urbem aliquando visitabat. Hic canonizavit Beatum Franciscum MCCXXVIII. & Beatum Antonium ejusdem Ordinis MCCXXXII. & Beatam Elisabeth. Et Privilegium fecit de Stigmatibus Beati Francisci. Et Provincialibus Praedicatorum scripsit, ut Fratrem Eventardum praedicantem contra Stigmata Beati Francisci, suspensum a praedicationis officio sibi mittant, pro meritis puniendum. Et Oionotonum Episcopo mandat, quod de cetero contra Stigmata Beati Francisci nihil attinet. Prohibuerat enim ea dipingi. Caelestinus natione Mediolanensis seddit dies XVII. Cessavit Episcopatus menses XXII. dies XIV. Innocentius Cardinalis, natione Januensis de Comitibus Lavaniae seddit annos XI. menses VI. De ejus creatione in Curia Friderici exultatio magna fuit, quod ejus esset amicus. Sed Imperator afferuit eum de cetero non amicum. Hic nobiles Cardinales fecit, Othonem Cancellerium Parthensem, magnum Hugonem Ordinis Praedicatorum, qui totam Bibliam utiliter postillavit; & constituit, ut Cardinales, dum equitant, capellum rubeum portent, unde ab aliis discernantur, in signum quod præ ceteris oportet pro fide & Ecclesia caput exponere. Romanam Ecclesiam a tempore Papæ Gregorii multis debitibus oneratam suâ industria exoneravit. Fere annis duobus quæsivit modum pacis cum Imperatore, ut finem imponeret tantis malis. Considerans vero, quod in tractatu nil proficeret, ivit in Galliam circa festum Beati Andreæ. Fridericus autem Romani in circuitu vastat. Papa vero Concilium celebravit Lugduni MCCXLV. a Nativitate Johannis Baptiste, usque ad Octavam Nativitatis Beatae Virginis. Quæ Octava

tunc instituta est. Dum autem Concilium congregatur, Imperator & Summus Pontifex per suos Logothetas invicem scribunt. Fitque Apologeticus in quaestionibus motis, ubi inter cetera Papae transmittitur.

- ,, Fata monent, stellaeque docent, a-
- ,, viuuque volatus,
- ,, Quod Federicus ego, malleus or-
- ,, bis ero.
- ,, Roma diu titubans, variis erroribus
- ,, alla,
- ,, Concidet, & mundi desinet esse
- ,, caput.

Quibus responsum est:

- ,, Fata silent, stellaeque tacent, nil
- ,, praedicat ales.
- ,, Solius est proprium scire futura
- ,, Dei.
- ,, Niteris incassum navem submergere
- ,, Petri :
- ,, Fluuit, & numquam mergitur
- ,, illa ratis.
- ,, Quid divina manus possit, sensit
- ,, Julianus.
- ,, Tu succidis ei. Te tenet ira
- ,, Dei .

In processu autem Concilii, XVI. Kalendas Augusti, Papa Imperatorem tamquam hostem Ecclesiae damnat. Ipsum tam Imperii quam Siciliae Regno privat. Et omnes Vassallos ejus absolvit a fidelitatis praefito juramento; sicut appareat in VI. Decretalium de Simonia in Sacro praesente: & in Ad Apostolicae; ubi quatuor causae depositionis assignantur. Prima perjurii, quia non servavit juramentum, quod praestitit Ecclesiae tam de Imperio, quam de Regno Siciliae ratione Feudi. Secunda fuit sacrilegii in captione Praela-

A torum tam nunc quam tempore Gregorii. Tertia, quia notatus est de haeresi. Quarta, quia annis undecim non solvit Censum de Regno, quod ab Ecclesia tenebat in feudum. Quod Innocentius ibidem ait esse speciale patrimonium Sancti Petri. Obiit autem Innocentius Neapoli in festo Beatae Luciae, sepultus in Ecclesia Majori.

Particula III. de quibusdam incidentibus.

E Odem Anno Rex Philippus &c. Eodem Anno Azo Marchio Estensis moritur, & supradictus Comes Sancti Bonifacii. Primus reliquit filios Aldebrandinum & Azolnum. Secundus Ricardum & Azolnum. Eodem anno pro reparando Cleio & divino Offio, quod jam annis VII. vacaverat. Rex Philippus in Angliam transfretare dispositus &c. MCCXXIII. Petrus. Rex Aragorum &c. Eodem anno Mediclanenses propter odium Friderici, ex causa supra posita, contra Papiensens, qui eum sociaverant, & contra Cremonenses, qui eum receperant, congregaverunt exercitum. Et eodem anno bis debellati fuerunt propter suas haereses, & quia Othoni adhaerebant. Cremonenses vero eorum Carrocium, Vexilla, & Scuta accipientes, suum Palatum ornaverunt eisdem. Eodem anno Johannes Rex Angliae &c. Eodem Anno Paduani Terram Estensem Aldebrandino Marchioni Estensi accepérunt. Tunc autem sub regimine Domini Marini Zeno pacificaverunt Monticulos cum illis de parte Comitis Sancti Bonifacii. Apud Urbem Byterim &c.

Particula IV. de confirmatione Ordinis
Praedicatorum.

TOLOSANUS Eoiscodus dictus Fulco
Summum Pontificem adiens,
virum Dei Dominicum secum duxit,
qui tunc ab Innocentio petiit confir-
mari Ordinem, qui Praedicatorum
diceretur &c. Sed Anno MCCXVI.
confirmatus est Ordo &c.

Particula V. de eorum dispersione
ad praedicandum.

Dum autem vir Dei Dominicus
Romae esset &c.

Particula VI. de quibusdam miraculis
Beati Dominici.

QUAM die quadam Dominus Ste-
phanus Cardinalis ad Sanctum
Sixtum, ubi vir Dei Dominicus cum
Fratribus suis morabatur, venisset,
nepos ejus equo praecipitatus in fo-
veam, plangentium manibus fereba-
tur exanimis. Tunc vir Sanctus,
hortante Fratre Tancredo approbato
viro atque dicente: *Quid agis, Pater
carissime! iste tuae virtutis experimen-
tum expedit;* mira res agitur super-
nâ virtute; quod certus de futuro
signo effectus defunctum in quadam
camera, semotum ab aliis introduci
fecit, & oratione praemissa, incolu-
mem reddidit. In eodem loco &c.

Particula VII. Quomodo claruit spiritu
Prophetiae.

Particula VIII. de austeritate vitae Bea-
ti Francisci, & quomodo cytharae
praebeant ei solatum.

Particula IX. de Humilitate & Obe-
dientia ipsius.

A

Particula X. de amore Paupertatis, &
mira suppletione defectuum.

Particula XI. de Pietatis affectu, &
quomodo ratione carentia videban-
tur ad ipsum affici.

Particula XII. de fervore Caritatis,
& desiderio martyrii.

Particula XIII. de studio & virtute
Orationis.

Particula XIV. de Intelligentia Scriptu-
rarum, & Spiritu Prophetiae.

Particula XV. de efficacia praedicandi,
& gratia sanitatum.

Particula XVI. de Stigmatibus Sacris.

Particula XVII. de confirmatione quo-
rundam Ordinum, & Pizazio Gene-
rali, & quibusdam incidentibus.

D

AD gesta Papae Honorii redeun-
tes dicamus, quod Anno MCC-
XVI. Pontificatus sui primo, confir-
mavit Ordinem Praedicatorum, Mi-
norum vero anno octavo. Ordinem
etiam de Valle Scholarium, cuius
institutor fuit Guillelmus, qui Scho-
laris Parisius postea rexit in Burgun-
dia, & tamdem cum quibusdam Scho-
laribus suis ad eremum convolavit,
& formam vivendi ex diversis Reli-
gionibus elegit. Carmelitarum quo-
que Ordinem habitantium in Monte
Carmeli cum quibusdam observantiis
regularibus a Patriarcha Hierosoly-
mitano eisdem traditis. Postea au-
tem Gregorius eamdem Regulam con-
firmavit, & ne possessiores vel redi-
tus perciperent, districte eis prohi-
buit. Sed MCCXXXVIII. propter

E

Page-

Paganorum insultus compulsi sunt a loco illo per varias mundi partes dispergi. Mortuo quoque Henrico Dago Imperatore Constantinopolitano &c.

Particula XVIII. de captione Damietae.

Particula XIX. de quibusdam incidentibus.

Particula XX. de quibusdam gestis trium Regum.

Johannes Rex Hierusalem MCC-
XXI. ad Regem Franciae se con-
tulit, auxilium petiturus propter malum
Statum Terrae promissionis. Fridericus Rex Romanorum signo Cru-
cis prius assumto unicam filiam Re-
gis Hierusalem dicit uxorem de con-
silio & voluntate Summi Pontificis,
& totius Consistorii, & Magnorum
ultramarinorum, qui pro consilio vo-
cati fuerant. Ipse vero promisit eam
ducere, dum pubesceret, idest usque
ad IV. annos, & inde ad duos ire
in auxilium Terrae Sanctae. Et pa-
cta sunt juramento firmata, & sen-
tentia excommunicationis est apposi-
ta. Statuto tempore Rex Hierusalem
ad Imperatorem adduxit filiam Brundusium.
Et despontata puerilà Imperator
patrem requisivit, ut Regna &
regalia jura resignet. Stupes factus ille
obedit; & mittitur Bailivus Hugo
de * Monre Beliart. Et post eum mi-
sit Comitem, qui majoris fuit reputa-
tionis, quam in suo adventa fuerit
Imperator. Tunc Alamanni Castrum
de Monte Forti cuperunt. Rex au-
tem, qui fuerat Hierusalem, in Fran-
ciam profectus est. Postquam vero
tempus transfretandi advenit, cum
XX. Galeis & militibus non amplius
centum ire disposuit. Papa illi man-
dat, ne tamquam Crucis signatus eac,

A donec ab excommunicatione, quam
incurrerat, esset absolutus, & de
perjurio satisfecisset. Imperator pre-
dicta parum attendens, in Cyprus
ivit, & Dominum Baruth ad se vo-
cat, nominans eum avunculum ca-
rissimum propter uxorem jam defun-
ctam, quae reliquerat Conradum.
Ille vocatus, contra consilium sibi
datum, post prandium productis ar-
matis ab Imperatore requisitus pri-
mum fuit, quod redderet Beritum,
quod non rite tenebat. Secundum,
quod de omni percepto a tempore
mortis Regis Hugonis (erat enim fi-
lli BJ Julius) usque tum, idest annis
X. perceperat, redderet rationem se-
cundum consuetudinem Curiae Alc-
mannorum. Sed bonis viris media-
tibus convenitur, ut de primo secun-
dum consuetudinem Curiae Regni
Hierusalem, de secundo secundum
consuetudinem Regni Cypri, rationi
parebit. Inde Ptolemaidam profectus,
Soldano transmittit tamquam fratri
munera; & quod non acquirendae
terrae causâ venerat, sed Sanctorum
locorum gratiâ; & quod filius ejus
heres sit Regni Hierusalem; & si
haec pacifice reddat, pacificus erit
regressus. Interim duo fratres Mino-
res literas Papae praesentant Patriar-
chæ, ut eum excommunicatum de-
nuntiet. Et post haec Imperator ac-
cepit, quod Ecclesia Regnum Siciliae
occuparet. Ille cum Soldano concor-
dat, ut partem Hierusalem accipiat,
Bethleem, & Nazareth, & Casalia
intermedia in recta via, & Terram
Tyronis, & pertinentia ad Sidonem.
Et profectus Hierusalem, absque ulla
benedictione Coronam posuit super
Altare, deinde super caput suum, &
Brundusium rediit MCCXXIX. Dici-
tur, quod Fridericus bona habuit i-
nitia. Tamen mortua matre ab ini-
quis

quis perversus, coepit in Regno gravare Ecclesiastis, & in servitatem redigere. Saracenos quoque per Regnum dispersos congregavit, & in una Civitate fortificavit, quae Luciferia Saracenorum dicta est, eam illis sub tributo concedens. Et Honori admonitioni non acquiescens excommunicatur. Nec cessavit a MCCXXI. utque ad finem vitae suae. Ideo Honorius omnes Barones Regni Apuliae & Imperii a juramento fidelitatis absolvit. MCCXXII. Tartari transiuntes Montes Riphaeos &c.

Particula XXI. de dominio Ezelini in Verona, & de Regno Castellae.

A Zo Marchio Estensis, & Ricardus Comes Sancti Bonifacii cum Veronensibus, & Mantuanis obfederunt in Ferraria Salinguerram. Qui Comiti suasit, ut introiret Ferrariam, & quum introisset, captus est cum sua comitiva, ac per hoc fuit soluta obsidio. Mansit autem Comes in vinculis, donec reformata fuit compositio post modicum tempus. Eodem anno, vel secundum alios MCCXXXIV. Fernandus Rex Castellae &c. MCCXXV. &c. Eodem anno multi Nobiles ex parte Comitis Sancti Bonifacii pecuniâ inducti, parti adhaeserunt Salingueriae, & Comitem de Verona subito expulerunt. Et tunc Ezelinus primo coepit habere dominium in Verona. Mantuani autem Comitem receperunt. & in guerra juverunt, donec compositio intervenit, mediantibus Rectoribus Lombardiae.

A

Particula XXII. de transitu Beati Francisci.

B **M**illesimo Ducentesimo Vigesimo Sexto &c.

Particula XXIII. de quibusdam gestis Gregorii IX. & morte Regis Ludovici.

C **M**CCXXVII. Gregorius IX. natione Campanus, vocatus Hugolinus Episcopus Ostiensis, hic missus fuit in Lombardiam, quae occasione Friderici tota divisa erat. Fuerunt enim duo fratres de Tuscia Nobiles. Unus dictus est Gibellinus, qui sequutus est Imperatorem. Alius Guelfus, qui sequutus est Ecclesiam; a quibus illi de parte Imperii dicti sunt Gibellini: illi vero de parte Ecclesiae dicti sunt Guelfi. Eodem anno primo monuit Fridericum, ut ab inceptis desisteret; & non proficiens, sententiam Honori renovat. Eodem anno Tolosani tribulationibus attriti, paci consentiunt coram Rege Ludovico & Legato &c.

D

Particula XXIV. de Canonizatione Beati Francisci.

E

Particula XXV. de indole Beatae Elisabeth.

Particula XXVI. quomodo in statu maritali nescivit thorum in delicto.

Particula XXVII. quomodo erat ad orationem solicita.

Particula XXVIII. de humilitate ipsius.

Particula XXIX. de austерitate vitae;

Parti-

Particula XXX. de pietate ipsius ad pauperes.

Particula XXXI. de naturali patientia ipsius post mortem viri.

Particula XXXII. de fervore ipsius ad votum castitatis servandum.

Particula XXXIII. de gratia perseverantiae, & despetu mundanorum.

Particula XXXIV. de visionibus sibi a Deo monstratis.

Particula XXXV. de Hospitali; & quomodo diligenter pauperibus serviebat.

Particula XXXVI. de felici ejus transitu.

Particula XXXVII. de nativitate & bonis initiis Beati Antonii Confessoris.

Particula XXXVIII. qualiter zelo martyri Ordinem Minorum intravit, & de mutatione nominis ipsius.

Particula XXXIX. de via Beati Antonii in Marocium, & reditu ejus.

Particula XL. qualiter Fratribus scientia ejus innotuit, & de utili praedicatione ipsius contra haereticos (a).

Particula XLI. de fama praedicationis ejus (b).

Particula XLII. de transitu e vita.

A

Particula XLIII. de quibusdam incidentibus.

B

Fridericus post reditum suum de ultra mari amicos Ecclesiae de Regno extirpat morte vel proscriptione. De Apulia per Venetias & Forum Julii transivit in Alemanniam, in qua via cum Ezelino composuit. Interim Regina Cypri &c. Henricum primogenitum suum, quia Ecclesiae favebat, capit, qui in carcere moritur, & ejus loco Conradum instituit. Deinde exercitum parat, ut Romam veniat. Gregorius Papa facta Processione, & proposito verbo Dei, de Friderico querelam Romano proponit Populo, qui ei favere videbatur, & persequi Ecclesiam; & Capita Apostolorum Petri & Pauli tenens in brachiis, se ait illa non posse defendere absque Populi Romani virtute, in cuius se protectione ponebat. Sic ei devoto clamore Populus defensionem promittit. Quo auditu Fridericus cum exercitu retrocessit eodem anno. Quum vero Papa Romae Concilium congregare vellet contra eundem Fridericum, ille per suos complices vias claudit. Unde duos Cardinales cepit, missos pro subsidio Ecclesiae, Dominum Jacobum Praeneftinum ad Regem Franciae, & Othonem in Angliam, cum pluribus Praelatis, per naves Pisaniorum; & apud Melfim mittuntur. Sanctus autem Ludovicus mandavit Imperatori rogando, ut sui Regni Praelatos captos dimitteret. Cui ille rescripsit, quod non miraretur, si Caesar illos in angusto tenebat, quia Caesaris angusta traxerat.

C

D

E

(a) In eadem Particula XL. describit Jordanus, quomodo Mulus Eucharistico Panis genua flectens, obsequiosam venerationem Sacramento prodigiose praestitit.

(b) In Particula XLI differit idem Jordanus de adventu, morâ, & praedicationibus Beati Antonii, in Urbe Patavina ab eo habitis. Sed ne verbum quidem facit de Pisaniis miraculo, quos ad praedicationem Antonii auscultandam convenisse Scriptores aliqui referunt.

tractabant. Rex vero illi iterum mandavit, ne locum contentioni ultra faciat, quia Regnum Franciae non erat adeo debilitatum, quod se permetteret ejus calcaribus perurgeri. Tunc, licet invitus, illos dimisit. Jacobus Rex Aragonum &c. MCG-XXXV. &c. Eodem anno Beatrix filia quondam Aldrovandini Marchionis Estensis Regi Hungariae nupsit. MCCXXXVI. &c. Eodem anno Marchio Estensis cum Paduanis exercitum parat. Ezelinus & Veronenses pro Imperatore mittunt, qui erat in partibus Lombardiae. Et subito venit eis in auxilium, & Vicentiam cepit, eamque combusit in Festo Omnium Sanctorum. Eodem anno moritur Rex Hungariae, & Bela filius ejus regnat pro eo. Beatrix grida timens privignum suum regnantem, in habitu virili fugit, & editum filium Stephanum vocavit. Floruit doctus Accursius Doctor Juris Civilis, qui totum Corpus Juris Civilis glossavit. Fuit autem de Comitatu Florentino. Cujus Magister fuit Azo Bononiensis, qui Summam fecit. MCCXXXVII. Nuntii Imperatoris cum Ezelino Paduam intrant, savenibus eisdem quibusdam Magistratis de Padua. Ultimo Tarvisini, qui soli liberi remanserant, in Marchia Tarvisina, posuerunt se sub dominio Ezelini. Marchio etiam Estensis Nuntiis Imperatoris se subjectit. Postquam autem Ezelinus obtinuit Paduae dominium, Nobiles de Civitate cum filiis in exilium destinavit, & diris carceribus mancipavit. Tunc filius Duxis Venetorum Potestas Mediolanensem cum ipsis, & eorum amicis contra Fridericum progreditur, qui per districtum Brixiae omnia destruerat. Sed fluvio interposito minime precelium commiserunt. Tamdem

A Mediolanenses revertuntur; & dum mali nihil suspicarentur, Fridericus cum militia sua eos praevenit, & facto impetu apud Turrem Novam in eos, multos ex eis cepit, plures occidit. Sed & Potestas praeditus captus est, & Carrocium. Tunc Fridericus in exercitu habuit Elephantem, ad quem videndum confluebant Populi Lombardiae. MCGXXXVIII. Soldanus Aegypti &c. Eodem anno Fridericus Imperator Paduam ivit. Post haec Vecilus de Camino, & Albericus de Romano Tarvisium viriliter accedunt, fugantque Jacobum de Mora, qui ibi pro Imperio erat, & omnia agebat de consilio Ezelini. Marchio quoque Estensis, & amici ejus recesserunt ab Imperatore, vindentes eum inclinatum totaliter ad vota Ezelini. Imperator autem, relieto Tebaldo Francisco Potestate Paduae, & Vicario totius Marchiae, cum conditione, ut mandatis Ezelini in omnibus obediret, in Apuliam properat. Marchio autem recuperavit Terram Estensem, Cerrum, & Calaonem. Sicque guerra periculosa per totam Marchiam inchoatur. MCCXL. Regina Haylisia &c. Anno eodem Dominus Gregorius de Monte Longo Legatus Apostolicae Sedis cum auxilio multorum Populorum, maxime Venetorum, post menses quatuor, sub quadam compositionis specie Ferrariam habuit. Nihilominus Dominus Jacobus Teupulo Dux Venetorum Salinguerram captum duxit Venetas, ubi captivus mortuus est. Tunc Veneti in Ferraria a praedioto Legato honorantias, & libertates, & privilegia magna obtinuerunt. Eodem anno Corona Domini Spinea &c.

*Particula XLIV. de Coelestino Papa,
& aliis incidentibus.*

Gaufridus Episcopus Sabinensis in Papam eligitur, & Caelestinus vocatur. Natione fuit Mediolanensis; virtù & scientiā laudabilis, proiectae aetatis, & quasi semper languens. Ideo propter labores officii vixit tam XLVII. diebus. Eo tempore apud Cremonam facta est tempestas maxima, ceciditque lapis grandis, in quo erat Crux & imago Salvatoris. Desuper quoque erat literis aureis scriptum *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum*. Cecidit autem in Monasterio Sancti Gabrielis, & de aqua, in quam liquefactus est, inunxerunt Monachi cujusdam Fratris coecutientis oculos, statimque clare vidit. Ipso tempore Tartari &c. MCCXLIV. Salih Soldanus &c. Tunc in contemnum Ecclesiae Fridericus cum magno exercitu Romam properat, & in circuitu duobus mensibus immoratus, totam vastat. Eodem anno mense Iulii a Venetis Jadria capitulatur, Capitaneo Domino Raynero Zeno, Duce vero Domino Jacobo Teupulo.

CAP. CCXXXII.

De Imperio Langravii, & sibi contemporaneis:

Cujus Particula I. de quibusdam eventibus.

LAngravius, deposito Friderico, eligitur protinus. Papa enim Electores Imperii monuit, ut aliquem strenuum virum ad gubernandum Imperium eligerent. Qui eligunt Langravium Ducem Thuringiae. Ipse autem pro utilitate Reipublicae diade-

A ma Regni Alemanniae suscepit. Et contra Conradum exercitum congregavit, eumque bello superavit. Imperiali tamen benedictione caruit.

Particula II. de perturbationibus Lombardiae, & passagio Sancti Ludovici.

FRidericus de Apulia venit in Lombardiam cum maximo apparatu. Et dum apud Taurinum moram faceret, Rex Henricus filius ejus naturalis cum exercitu Cremonensium ivit ad obsidendum quoddam Castrum Brixiae. Tunc habità opportunitate consanguinei Papae cum expulsis de Parma, qui in Placentia residencebant, Parmam de assensu Populi audacter intraverunt, & partem Friderici expulerunt. In quorum auxilio fuit Gregorius Legatus Papae, cum multis Civitatibus Lombardiae. Quo auditio Fridericus velociter illuc pergit cum Ezelino, qui in ejus auxilium venerat cum militia Marchiae Tarvisinae. Fecit autem Fridericus circa Parmam, Civitatem, quam V. etriam nominavit, afferens, se numquam inde nisi cum victoria recessum. Expugnabat autem Parmam sex mensibus, donec hyems obsidionem solveret; sed renovato tempore Legatus cum civibus habita delibera-
tione in Victoriam Civitatem irruerunt. Fridericus autem impetum sustinere non valens, dimissis multis divitiis, verus Cremonam pavidus fugit. **S**anctus Ludovicus fratri suo Carolo Andegavensi Comiti dedit conjugem filiam Comitis Provinciae, sororem Reginae Margaritae, quae jure hereditario habuit Provinciam. MCCXLVI. Papa Minores & Praedicatorum mittit ad Tartaros convertendos. Principaliter inter Minores fuit Frater Johannes de Plano Carpini,

pinis, inter Praedicatorum Frater Ezelinus Lombardus. Eodem Anno Soldanus Damasci &c. M^{CC}XLIX. Rex Henricus bellicosus valde captus est a Bononiensibus, & usque ad finem vitae suae in carcere detinetur. Eodem anno Castrum Montis Silicis Fridericus tradidit Ezelino. Deinde obtinuit Burgum Estense, & fortitudo Marchionis.

Particula III. de captione Damiatae.

Eodem anno Rex Ludovicus post longam moram in Cypro &c. Ipso anno Januenses & Pisani in Ptolemaida & aliis locis se mutuo offenderunt. Postea inter se sunt pacificati. Ibi aestate tota &c.

Particula IV. quælitter Damiata est reddita Saracenis. Et de Pelavino, & crudelitate Ezelini, & quibusdam incidentibus.

Post aliquos dies &c. (a)

CAP. CCXXXIII.

De Imperio Guillelmi, & sibi contemporaneis:

Cujus Particula I. de morte Friderici, & perturbationibus Lombardiae.

Guillelmus Comes Hollandiae, mortuo Langravio, electus est, vivente adhuc Friderico, & anno quinto a Frixonibus occiditur, & Imperiali caruit benedictione. MCCL. Cremonenses contra Parmenses vadunt, illique improvide eis cum Car-

A rocio occurunt, & de proelio suientes Carrocium dimitunt. Eodem Anno Fridericus vadit in Apuliam, & gravi pressus infirmitate ibi moritur, qui omnes Augustos divitiis, potentia, gloria, a Carolo Magno citra superavit, nihil secum praeter peccata portans. Aliqui dicunt, quod Manfredus Regnum Sicilie ambiens, eum cuscino ori superposito suffocavit. Guillelmus de Podio scribit in suis Chronicis, quod Fridericus in fine suum cognoscens errorem, & dolens, prohibuit sibi Imperialia funera exhiberi. Per idem tempus Populus Placentinus contra suos Milites concitatus, auxilium Cremonensem imploravit; & expulsis Militibus, Ubertum Pelavisnum in suum Dominum elegit. Eo quoque tempore mortuus est in Apulia Raynaldus filius Marchionis Estensis, quem pro obside Fridericus acceperat. Reliquit autem filium Obizum, & filiam, quos Marchio legitimari fecit tam per Papam, quam per Regem Alamanniae. Nati enim erant ex quadam nobili puella de Apulia, & non de legitimo thoro. Dominus Gregorius de Monte Longo, Legatus supra memoratus, Patriarcha Aquilejensis efficitur. Ezelinus autem firmiter credens, magnam conspirationem factam contra se a militibus Marchiac, maximam eorum stragem edidit. Soldanus Alepiæ congregavit usque ad triginta millia equitum, & ivit in Aegyptum, & superatus est, vixque redierunt duo millia, & de Aegyptiis duo millia occisa sunt.

B

C

D

E

(a) In eadem Particula agit Scriptor tantummodo de Damiatae captione, & de Ludovico Rege ac Pastoribus, qui, ut eum liberarent, simul convenere. De Pelavino, Ezelino, & aliisque emergentibus omnimodo filet, de quibus tamen scribit in Particula I. sequentis Capituli CCXXXIII.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Alexander natione de Anagnia sedit annos VI. & dimidium. Cessavit Episcopatus menses III. dies III. Hic fuit Ostiensis Episcopus; pauperibus pius. maxime praedicantibus Evangelium. Ordinem Minorum valde dilexit. Unde requisitus, ut daret Ordini Protectorem, respondit, quod in vita sua nullum habarent alium Protectorem. Ipse enim volebat esse immediatus Ordinis Protector. Ipse Libellum damnavit Guillielmi de Sancto Amore dogmatizantis, quod Religiosi Mendicantes non erant in statu salutis, quamquam de licentia vel commissione Romani Pontificis, seu Dicecesanorum, praedicationis officium exercere, & Confessiones audire absque Sacerdotum Parochialium veniam valerent. Praeditus autem Libellus coram Sancto Ludovico, convocata multitudine, combustus est, & dictus Guillielmus de toto Regno Franciae expulsus. Fecit & comburi alium Libellum dogmatizantem, quod Evangelium neminem ad perfectionem adduxit. sed Lex Spiritus. Et sicut Lex Veteris Testamenti per Evangelium evacuata erat, ita & Lex Novi Testamenti per Legem Spiritus excurso MCCLX. Et appellabatur Libellus Evangelium aeternum.

Particula III. de quibusdam Regibus, & Tyrannis, & Doctoribus.

Manfredus Regni Siciliae assumuit dominium, sed non in toto propter Regem Conradum. Innocentius a XLIII. anno usque ad LII. Lugduni morem contrahens, Librum compositum per modum apparatus De-

Acretalium, quem totum quasi Canonicæ Magistri imitantur. Fecit & Decretales, quas omnes Bonifacius in Sexto inseruit. Fecit & Libellum de jurisdictione Imperii. & auctoritate Papæ, ubi respondet præclamtuosis definitionibus Logothetae Friderici, idest Petri de Vinis, quem Apologeticum nominavit. MCCL. Rex Franciae firmavit Caesarem, & Rex Conradus intrat Regnum Apuliae, & Neapolim capic. Et sequenti anno Castrum ibi aedificavit, quo anno moritur. Reliquit autem filium parvulum Conradinum, quem mater in Theotoniam portari fecit, ibique nutriri. Aliqui dicunt, quod duorum erat annorum. Mater vero nupsit Comiti de Tirolo. Relictus est autem pueri Bajulus Bertoldus Marchio de Honnemburch qui postea in Bajulatu cessit Manfredo. At ille sub tali praetextu assicuravit dominium. Quod audiens Innocentius, eodem anno in Italiam veniens, primo venit Perusium, ibique magnum paravit exercitum. Eodem anno Ludovicus Rex Franciae firmavit Japham &c. MCCLIII Innocentius vadit Neapolim, quo quum pervenisset, quasi statim infirmatus est & mortuus, sepultusque in Majori Ecclesia Sancti Laurentii, & omnes de exercitu ad sua redierunt. Soldani Aegyoti & Damasci &c. MCCLIV. Manfredus simulata morte Conradi, consummatoque planctu, post paucos Vicariae suae annos, & assumitis quibusdam Baronibus, diadema Regni sibi impo- sit, & salutatus ut Rex imperat annis XI. Excommunicatur autem a Papa, & mandatur, ut nullus Fidelium eum Regem vocet. Qui etiam exercitum contra eum misit, & nihil profecit. Conradinus autem cognita Manfredi militia per solempnes nun-

nuntios misit 1 teras Magnatum cum sigillis pendentibus Papae & Cardinalibus in testimonium vitae suae. Duriorem quoque Papa innovavit sententiam; sed Manfredus suā industriā & liberalitate amicos sibi accumulat. Partem patris in Tuscia & Lombardia fovet. Gibellina tamen pars de Florentia pellitur. Tunc erat in Curia unus Cardinalis de Dioecesi Florentina, nomine Octavianus, cui impositum fuit, quod fraudem commiserit in exercitu contra Manfredum, & in Curia multum habitus est suspectus. Rex Franciae expleto muro Sidonis, in Franciam reddit, relictis C. militibus ad custodiam Ptolemaidis. MCCL. Tridentini recesserunt a Domino Fzelino. In Lombardia vero duo erant Tyranni, multum faventes Manfredo, Pelavisinus, & Ezelinus, contra quos missus est Legatus in favorem amicorum Ecclesiae in dicta provincia. Et fuit Dominus Philippus Archiepiscopus Ravennas, homo strenuus. Qui congregans exercitum contra eos, captus fuit in bello ab Ezelino, qui jam ab Innocentio tamquam haereticus fuerat excommunicatus. Sicque Manfredus fortificatur in tota Italia. Pro sui quoque favore Nobiles, quos suspectos habuit, de Regno expulit, aliis substitutis. Eodem Anno Marcus Justinianus venit Achen Consul Venetorum, & praesentavit literas Papae Patriarchae, ut Venetos poneret in possessione Sancti Sabae. Januenses autem portaverunt similes literas Priori Hospitalis pro hac caufsa. Sequenti anno coepit discordia inter eos. Et eodem anno Januenses debellaverunt Venetos cum auxilio Pisanzum, & cucurrerunt in eorum habitationem usque ad Sanctum Marcum. Postea Pisani concordarunt cum Ve-

Aneris, & acceperunt Lecabam, & Imulas Venetorum, & promiserunt mutuum auxilium XX. annis. His temporibus pontificante Alexandro IV. venerabilis Frater Johannes de Parma &c. Generalis Ordinis Minorum assumitur &c. Cui succedit Frater Bonaventura &c. Eodem anno Taurinenses consilio Astensium cuperunt Thomam Comitem Sabaudiae Ducem suum.

CAP. CCXXXIV.

De Imperio Ricardi, & sibi contemporaneis.

C *Cujus Particula I. de electione ejus:*

DRICARDUS Comes Cornubiae, frater Regis Angliae, est ab una parte electus, ab alia Alphonsus Rex Castellae. Ricardus autem intravit Alamanniam. Erat enim ditissimus, & ab Archiepiscopo Colonensi coronatus est, & pro magna parte Alamanniae Regnum obtinuit. Eodem anno pars Ezelini partem Ecclesiae ejicit de Brixia; tamen Ezelinum intra Civitatem recipere noluit. Eodem tempore Ezelinus generum suum cum filiis in carcere fame & aliis cruciatibus extinxit. Sicut praecedenti anno Ezelinum de Igna filium sororis suae vinculavit, & Ziramontem fratrem ejus tormentis & fame peremit. Habitatis post haec multis consiliis, Legatus coepit praedicare Crucem, & multi Crucem devote suscipiunt. Tunc Ezelinus Mantuam obsidet, eique in auxilium venit Pelavisinus callidus & astutus cum Cremonensibus, Placentinis, & aliis. Mantuae vero succursum dabant solimmodo Ferrarienses & Bononienses. Interim autem Legatus omnes expul-

E

expulso de Civitatibus Marchiac, & omnes Crucisignatos apud Terram Baibae in districtu Venetorum congregavit, & infinita copia balistarum & virorum pugnatorum ac victualium a Duce Venetorum imprestatâ versus Paduam iter arripuit. Ansidius autem Potestas Paduae pro Ezelinio Plebem Sacci venit. Ubi autem advenientium audaciam compedit, & quod Buvolentam ex adjacentibus partibus occupassent, trepidus cum apparatu Paduam fugit. Quo auditio versus Paduam properat exercitus Domini, sequens vitoriale Crucis signum, & de Coelo sperans auxilium, & ad Pontem Corvum usque pervenit. Quumque dubium ibidem gereret bellum, aquas fluminis tamquam audaces transvadando, ad Burgum perveniunt, contemnendo mortis pericula. Deinde cum Gatto ignem supponunt Ponti Altinati. Balistarii quoque adstantes, contra muros spicula dirigebant. Sicque per scalas muros ascenderunt. Potestas autem vitoribus cedens fugit. Tunc Ezelinus relieto Mincio, cum furia Veronam rediit, & capi fecit circa duodecim millia Paduanorum, & pedibus alligari, qui quasi omnes fame & variis afflicti tormentis perierunt. Ezelinus autem in semetipso furens exercitum undecumque vocat, & post mensem Paduam pergit. Illi autem Venetorum auxilium petunt & recipiunt. Patriarcha quoque Aquilejensis, Mantuani, & Ferrarenses eisdem succurrunt. Periit pravum desiderium impii Ezelini, & vacuus rediit.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Urbanus natione Grentensis sedit annos III. mensem I. dies IV.

A Cessavit Episcopatus dies IV. Hic fuit Patriarcha Hierosolymitanus. Hic fecit Cardinales XIV in duabus Ordinationibus. Hic Officium Corporis Christi ordinavit. MCCLIV. nobilis Cometa apparuit, & nemo viventium similem viderat. Ab Oriente enim cum magno fulgore surgens, usque ad medium Emisphaerii versus Occidens lucidam protrahebat comam. Duravitque pluribus mensibus. Quo primò apparente Papa Urbanus coepit infirmari. Et ipsa nocte, qua mortuus est, disparuit. Clemens natione Provincialis, Patriarcha Hierosolymitanus, de Oppido Sancti Aegidii, sedit annos III. menses IX. dies XXI. & cessavit Episcopatus annos II. menses II. Hic vir magnae probitatis fuit, omnem mundi statum expertus, & in quolibet eximius, & virtuose se habens. Conjugatus enim fuit, & tunc in divino cultu filios enutritivit. Famosus Advocatus in Curia Sancti Ludovici, in utroque Jure peritus, ad secretum vocabatur Consilium. Factus Clericus primo fit Aniciensis, tum Podiensis Episcopus, postea Archiepiscopus Narbonensis, & per Urbanum Episcopus Sabinensis. Et Legatus in Angliam mittitur propter turbationem, quae erat inter Regem Henricum, & Simonem Comitem Montisfortis. Et quum adhuc esset in Francia, in Papam eligitur, & retento scrutinio & Collegio, pro eo mittitur. Et in habitu Monachali propter dissidia & Manfredi potentiam properavit Perusium. Et post multam precum instantiam, cum lacrymis sumvit Pontificatum, & ivit Viterbum. Creditur autem, quod ejus vigiliis & orationibus multas tribulationes, quas sustinebat Ecclesia, Deus extinxit. Gregorius natio-

ne

ne Placentinus de Domo Vicecomitem sedit annos IV. menses IV. Cef-
savit Episcopatus dies XI. Hic fuit
Archidiaconus Leodiensis. Et quum
ad Terram Sanctam ex devotione
transfretasset, in Palatio Viterbii e-
lectus est. Fecit quinque Cardinales
multum laudabiles: inter alios duos
Magistros in Theologia, Fratrem
Bonaventuram Generalem Fratrum
Minorum, & Fratrem Petrum de
Tarantasia Ordinis Praedicatorum Ar-
chiepiscopum Lugdunensem. MCC-
LXXIV. pro utilitate Terrae San-
ctae, quam intendebat personaliter
visitare, Lugduni solemne celebravit
Concilium, in quo Graecorum &
Tartarorum celebres interfuerunt Nuntii.
Procurante Palaeologo Imperato-
re Graecorum, ibi Graeci solemniter &
alta voce cantarunt de Spiritu
Sancto, quod ex Patre Filioque pro-
cedit. Nuntii autem Tartarorum in
Concilio baptizati ad propria redie-
runt. Ibi multa utilia statuta sunt
pro subsidio Terrae Sanctae, pro e-
lectione Papae, & pro statu univer-
salis Ecclesiae. Fuit enim Papa vir
mirae experientiae in secularibus ne-
gotiis, nec intendebat pecuniarum
lucris, sed pauperum eleemosynis.
Fuerunt autem in Concilio Episco-
pi D. Abbates LXX. & alii Praela-
ti circa mille. Tunc Ordo Saccato-
rum cassatus est. Hic Papa Religio-
fos multum dilexit. Aretii mortuus
est.

*Particula III. de Vita Beatae
Clarae &c.*

Particula IV. de ejus paupertate &c.

*Particula V. de austерitate vitae
ejus &c.*

A

*Particula VI. de oratione & lacrymis
ejus &c.*

*Particula VII. de ipsius devotione ad
Crucifixum &c.*

B

*Particula VIII. de patientia ejus in
infirmitatibus, & transitu mortis
& canonizatione &c.*

C

*Particula IX. de variis commotionibus
Italicorum tam ultra quam
citra mare.*

D

Eodem Anno MCCLVII. Mecha
Civitas Mahumeti caelesti igne
cremata est. Et Januenses ligam fe-
cerunt in odium Societatis Pisano-
rum & Venetorum. Et tandem duas
Turres Pisaniorum obtinuerunt. Eo-
dem anno venit Ptolomaidam pro
Venetis Laurentius Teupulo Capita-
neus XIII. Galearum, & occupavit
Portum Ptolemaidae, Januenses vero
armarunt Galeas in Tyro, pugnave-
runt simul; & ceperunt Veneti tres
Galeas Januensium, & Ptolemaidam
adduxerunt. Eodem tempore primo
die Februarii venit Ptolemaidam Bo-
mundus Princeps Antiochiae, con-
ducens Reginam Cypri Placentiam
sororem suam cum Hugone Reginae
filio, ac herede Regnum Hierusa-
lem & Cypri; & ad inductionem
Magistri Templi, & Johannis de Yae-
lis, & Johannis Comitis Joppe. Ve-
netorum, ac Pisaniorum partes pro-
sequutus est. Tunc Rex Armeniae
ivit ad Tartaros. Et Brixienes in
devotione & reverentia Ecclesiae se
de cetero manere promittunt, &
concives suos a vinculis absolvunt:
quod Ezelino & Pelavifino molestum
fuit nimis. Eodem anno Papienses
primo, deinde aliae Civitates Pela-
visini

E

visini dominium suscepérunt. Tunc Albericus frater Ezelini, qui cum eo diu male fuerat, quasi alter Herodes cum Pilato, confoederatur. In Brixia inimici Ezelini timentes tradi simul cum Civitate in manibus Tyranni illius ab amicis ipsius, eos cum Potestate in vinculis posuerunt. Quidam quoque Cremenses potentes contra suos adversarios concitati, Cremenses & Pelavisiñum in suum vocaverunt auxilium, & expulsâ parte adversâ, Crema Pelavisiño remansit subjecta. Tunc & Veneti in Achon Januenses superaverunt in mari & in terra, capientes ex XL. eorum Galeis XXIV. locumque eorum, ac Turrim munitissimam destruxerunt, cunctaque aedificia. Et Tyri commorantes de cetero non portabant Vexillum in suis navigiis, quum venirent ad Portum Achon, nec de cetero ibi habebant Curiam, vel.... Tunc etiam quum Legatus suprano-minatus Pelavisiño cum exercitu Brixensium & Mantuanorum occurrisset juxta quoddam flumen, subito Ezelinus cum suo exercitu Pelavisiñi exercitui junctus est. Simulque flumen Olei transeuntes, hostes suos in fugam verterunt, capientes Legatum cum multa pecuniae quantitate. Qui vero ad custodiā manserant Civitatis, furore Tyrannorum territi, protinus eis Civitatem tradiderunt. Sed hoc Tyrannis affuit caussa dissidii. Quum enim superbia Ezelini parem non sustineret, Pelavisiñum a domino Brixiae paulatim repellit, & in fine totaliter expellit. Proinde suadente prudente viro Bosone de Dovaria Cive Cremonensi, Pelavisiñus & Cremonenses reliquo Ezelino, a quo plures offensi fuerant, cum Marchione Estensi & Mantuanis se ligarunt. Tuncque implacabilis discordia

A Mediolanensem & Cremonensem sedata est MCCCLIX. Eodem anno in Episcopatu Parisiensi Isabella, virgo, soror Sancti Ludovici Regis Francorum, Monasterium Sororum Minorum super Sequanam aedificavit, ubi vitam religiose duxit. Gibellini quoque de Tuscia plures, sibi mediante Ottobono Cardinali, Manfredo sociantur. Pisana quoque Civitas & Senensis cum eo tenebant.

*Particula X. de mira vexatione
Tyrannorum in Italia.*

C **T**ortuosum autem serpentis malitia Ezelini nec ad punctum soperatur, quin diversas mundi partes excitet & provocet contra Ecclesiam Principes Christianos. Unde ad Regem Hungariae nuntios mittit pro ejus amicitia obtainenda. Nunc inter Principes Alamanniae seminat jurgia, nunc Regi Castellae Regnum promittit Italiae. Cor enim illius impii hominis, quasi mare feruebat. Nec quicquam actum putabat, quum adverteret malum aliquod supereffe agendum. Dum autem Lombardia & Marchia Tarvisina tantis malis premitur, ex alia parte Italiae Manfredus in Regno Apuliae tyrannizat, non dubium propter peccata Populi. Mortuo enim Papa Alexandro MCC-LX. Octavo Kalendas Junii apud Viterbum, in sequente Septembri, Manfredus mittit magnam militiam Theutonicorum in Tusciā apud Senas. Contra quos iverunt Florentini & Lucani, & vieti fuerunt. Atque ex tunc Manfredus praevaluit in Tuscia, & illuc speciale mittebat Vicarium.

*Particula XI. de mira conversione
Populorum & morte Ezelini.*

IN tanto Italiae turbine accidit cunctis poene Populis magna, velut mare, contritio & compuntio a seculo inaudita. Et primo quidem tetigit Perusinos, deinde Romanos, conterminas Italiae Civitates & Castra, indeque transit ad exterias nationes. Nobiles enim popularibus sociati, in quacumque aetate existarent, nudi per Plateas Civitatis & Vicos processionaliter incedebant, sedire corrigiis flagellantes &c. Iis precibus inclinatus Redemptor animarum, finem malis imposuit. Ezelinus enim dum exercitum parat, & in campestribus Urceorum omnia vastat, & stat contra eum Cremonensium exercitus cum Ferrarensibus & Mantuanis, Mediolanensium expletans auxilium, inveteratus dierum malorum, cui omnes decipiendi aderant artes, quibusdam majoribus Mediolanensium confoederatur, ut ab eis Mediolanum accipiat. Sicque Martino de la Turre contra Ezelinum exercitum ducente, Ezelinus de nocte consurgens, exercitum peditum Brixiam mittit, secum vero octo millia equitum tantum dicit. Et sociatus proditoribus Civitatis Mediolanensis illò properat. Sed dum hoc Martino innotuit, celeriter reēundo Ezelinum praevenit. Ezelinus sua intentione frustratus, Vicum Mercati occupat, hunc ad tempus eligens ad manendum. Cremonensium vero & aliorum praedictorum exercitus cognoscens Ezelini nocturnum discessum, usque ad fluvium Adduam ipsum insequitur, & juxta locum, unde transitum fecerat, tentoria figit, Pontem & transitum dili-

Tom. XI.

A genter observans. Quumque exercitui Ezelini vietualia deficerent, & ab inimicis undique violaretur, non audens propter multitudinem cum Mediolanensibus congregdi, eligit per viam redire, qua venerat, sperans vel gladiis sibi aperire viam, vel per medias bellatorum acies fugae invenire remedium. Sed dum Pontem valde munitum cerneret, & suos hortaretur ad pugnam, sagittā in pede graviter vulneratur, ita ut dolore vulneris jam non posset solitā sagacitate de proelio ordinare. Dismisso propterea Ponte, de fuga cogitans, ad vada fluminis properavit, atque nullo impediente, expedite cum exercitu suo transivit. Sed evadere bellum minime potuit. Commisso bello pauci faciliter corripiantur a multis, & capitur impius Ezelinus, ad quem videndum quasi monstrum Populus confluat. Ad Soncinum demum Castrum perducitur, ubi post paucos dies eodem anno, quum esset annorum in senectute pessima deficiens mortuus est, postquam Veronam obtinuit annis XXXIV. Tyrannizavit autem in Tridento, Feltro, Tarvisio, Padua, Vincentia, Verona, Brixia.

*Particula XII. de morte Alberici
fratris ejus.*

E **D**ebine, ut ait Historia Ezelini, Gens potentissima Venetorum, quam divina clementia fecit saepissime de suis hostibus triumphare, audiens Tyrannum horribilem corruisse, assistit Tarvisinis, qui illuc fugerant propter rabiem Ezelini, & Alberici exercitum transmittit contra superstitem Albericum. Ezelini namque fuerat laesa iuriis. Sed Veneti sicut viri astuti, & donis sapientiae & pruden-

A a a

tiae

tiae prae cunctis Italiae Populis dota-
ti opportunitatem semper exspectabant,
ut Tyranno possent pro demeritis re-
spondere. Ipsi cum namque virtute, po-
tentia, & consilio capta fuit Padua a
Legato, & postea defensata ab impetu
Ezelini. Pontem quoque, de quo pro-
xime adiun est, balistarii Venetorum
cum navibus castellatis suo robore &
ingenio, fractis sex grossis catenis, ce-
perunt & viriliter defensarunt. Quae
omnia Albericus recognitans. eorum im-
petum sustinere ausus non est. Sed cum
uxore & filiis, ac militibus Theatoni-
cis note reliquit Tarvisium & ad Ca-
strum Sancti Zenonis conseruit, in quo
erant thesauri Ezelini absconditi; ibi-
que munitione loci confisus, ad manen-
dum se contulit. Sed persequitur eum
auctus exercitus. Accurrunt autem Pe-
duani & Vicentini, & exitus ac in-
troitus Castri totaliter prohibetur. Per
obsidionem autem quatuor mensium ob-
sesi milites & populares, gratiam ob-
sidentium invenire cupentes, primo Ca-
strum, denique Turrim munitissimam,
& ipsum facinorosum Tyrannum cum
uxore, sex filiis, & duabus filiabus in
manus hostium tradiderunt. A quibus
variis lacerationibus & collisionibus oc-
ciduntur. Sicque intra spatum undecim
mensium duo illi fratres feroes quasi
dracones extindi sunt. Tali fine con-
cluditur tremenda potentia, scelerata
parentela. & abbreviata Historia E-
zelini. Michael Palaeologus jam for-
tificatus in dominio, Latinis Constan-
tinopolim abstulit, quem a MCCIV.
usque ad MCCLXI. tenuerant. Con-
tra Papam Urbanum, manentem a-
pud Urbem Veterem, misit Manfredus
infinitam multitudinem Saracenorum,
quos de Patrimonio per
Crucesignatos ipse cito fugavit.

A

Particula XIII. de gestis ultramarinis.

MCCLXII. Aegyptii Antiochiam
obsident &c. Tunc autem
Massilienses consilio cuiusdam Boni-
facii Comitis Castrum, quod dicitur
Castellana Provincia, contra Domi-
nam suum Carolum Andegavensem
Comitem fratrem Sancti Regis Lu-
dovici rebellant, & gentem ipsius ad
Urbis custodiam deputatam perimunt.
Hoc audito Carolus congregato exer-
citu Castrum Bonifacii primo obses-
sum in ditionem accepit, inde
Massilienses longa obsidione & fame
afflictos, & seditionis auctores in
convivio spectans decollari fecit, &
Bonifacium de provincia exturbavit.

B

Particula XIV. Quomodo Carlo I. da-
tur Regnum Siciliae.

D

E

Papa eodem anno MCCLXII. Re-
gnum Siciliae, quod Manfredus
detinebat violenter, Carolo Comiti
Provinciae, fratri Sancti Ludovici
Regis Francorum, ut illud ab eo e-
riperet, contulit. MCCLXIV. tam
notabilis Cometa apparuit, ut nullus
viventium similem viderit. Ab O-
riente enim cum magno fulgore sur-
gens, usque ad medium Hemispherii
versus Occidentem comam perlucidam
trahebat, duravitque plusquam tribus
mensibus. Ipso autem primò appa-
rente Papa Urbanus coepit infirma-
ri, & eadem nocte, qua mortuus
est, disparuit.

Particula XV. de coronatione Caroli,
& ejus victoriis, & quibusdam gestis
ultramarinis, & Rege Aragonum.

Clemens Carolum vocatum per
Urbanum ad recuperationem Re-
gni

gni Siciliae invitat, qui Romam advenit, alium vero exercitum per Lombardiam misit. Anno MCCLXVI. in Sancto Johanne de Laterano Papa illum per quosdam Cardinales coronari fecit, quem etiam tunc Senatum Rem Urbis constituit. Eadem quoque leges circa regimen Regni tradidit, juxta statuta scilicet Regis Guillielmi. Sub eodem etiam juramento ipsum arctans circa fætum Imperii, quod videlicet nec de eo se ingerere, nec electioni de se factae, vel ipsam persequi debeat; alias ipso fæto caderet a jure Regni. Collecta igitur militia eodem Anno de Urbe recedit, & in Campaniam versus Pon tem Ceperani vadit, ubi est Regni initium. Quem Manfredus gente & propugnaculis valde munierat. Sed belli violentia Pons capitur. Simili virtute Sanctus Germanus, & Mons Casinus accioitur. Et diriguntur acies in Manfredum, qui se se in Beneventum recuperat. Rex itaque Carolus Manfredo bellum offert. Pugnatur utrinque in Campo Florido in planicie Beneventi. Tamdem post pugnam acerrimam caesa Manfredi acie, maximè Teutonicorum, & ipse quoque in bello occiditur. Residenzia igitur prius facta in Benevento, eodem Anno & sequenti totum recuperat Regnum, quibusdam sponte se offerentibus, quibusdam vi superatis. Revocantur autem expulsi per eum. Expelluntur sequaces. Eodem Anno Hospitaliis, & Templariis &c. Anno MCCLXVI. misit Rex Carolus D. milites Gallicos in Tusciam cum Milite Guidone Guerra, & cum alia militia partis Guelfae. Et primo de Florentia Gibellinos expellunt, & ad partem Guelfam quasi omnes de Tuscia se convertunt, praeter Pilas & Arethium. Interim fit

A Vicarius in Tuscia Carolus auctoritate Papæ, vacante Imperio, licet duo fuissent electi, Alphonsus scilicet, & Ricardus. Sed circa hoc tempus Ricardus moritur. Eodem Anno, s. Maji, Bendogar venit ante Ptolemaidam &c.

B Particula XVI. de morte Conradii, & quibusdam gestis ultramarinis.

C **A**d dicti Summi Pontificis venit notarium, quod Conradius, filius Conradi parabat se ad intrandum Italiam, instigatus a Pisani, & parte Gibellina Tusciae. Carolus igitur, relicto Marescalco suo in Toscia, cum cetera militia ad obvianendum Conradino, si contingenteret eum venire in Regnum, properat. Igitur MCCLXVIII. Conradius cum militia Theutonicorum, adiunctis quibusdam Lombardorum & Tuscorum, subito intrat Italiam, & venit Veronam. Hoc auditio Papa ei mandat, ut caveat ab offensâ Ecclesiae. Quod ille contemnens, cito transit cum parva manu ad ripam Januensem usque Finale, ubi sunt Domini de Carreto, qui eidem affines, cum amicorum auxilio & navigio deduxerunt eum usque Pisas, nec Marescalcus praedictus obviare potuit. Destructo itaque Lucano territorio ex parte Meridiei, fugatisque Guelphis de Senis, Conradius fortificari coepit. Quod audiens Summus Pontifex contra ipsum, suamque sequelam processum facit. Aliqui dicunt hoc factum, quando Verona fuit. Tunc autem Romae erat Dominus Henricus frater Regis Castellae, qui nepos erat Regis Caroli in secundo gradu. Hic Senatum sibi usurpaverat, faventibus aliquibus Nobilibus Romanis, & aliquâ parte Populi,

puli, & multa mala intulit Romae & Ecclesiis, inibi thesauros distrahens, deposita arripiens. Aliqui dicunt, quod Rex Carolus eum Romanam pro suo misit Vicario. Advenienti igitur Conradino confoederatur, & grandi collecto exercitu XVIII. die Augusti de Urbe egredientes contra Regem Carolum properant; provinciaeque Civitates & Castra jam rebellare incipiunt. Quo comperto Carolus Conradino obviam venit, nec interiora Regni intrare patitur. Concurrunt ergo acies in Campo Palleno. Diu & pugnatur utrinque. Tamdem praevaluit acies Conradini, inventisque armis Caroli, omnia peracta putant, & securitate accepta ad spolia se convertunt. Tunc subito Rex Carolus cum sua acie de occulto in publicum veniens in die Beati Bartholomaei dispersum invadit exercitum, & fundit caelitus, & partim caede, partim fugando annihilat. Omnes Nobiles de parte Conradini Rex decapitari jubet; Henrico nepote detento, atque in quodam Castro recluso. Conradinum autem, & Ducem Austriae, Gerardum quoque Comitem de Pis, de consilio Sapientum, nonnullis tamen contradictibus, in platea Neapolis capite truncari voluit. Post haec ad recuperandas rebellantes Terras Rex Carolus convertit animum, idque agit non sine multa sanguinis effusione: quod Clementi Papae non placuit. Fuit enim vir benignus, generaliter literatus, cantor delicatus, in concionando non habens socium, sibi austerus, ceteris pius. Hic de Palatio suo ubi erat, Viterbii videns transeuntem Conradini militiam, quasi prophetando ait, dolendum super tali puero, qui taliter seductus duceretur ad victimam. Eo-

A dem anno Bendogar VII. Martii ccepit proditione Joppem &c. MCC-LXIX. vacante Romana Sede atque Imperio, Rex Carolus se prosperari cernens, ad partes alias se dilatat, & filio suo Philippo filiam Principis Achajae accipiens, Principatum acquirit, contraque Palaeologum mittit militiam, quae nunc prospere egit, nunc adversa perpessa est.

B Particula XVII. de Passagio Sancti Regis Ludovici in Tunicium.

C M CCLXX. mense Julii Rex Franciae Ludovicus &c. Tunc quoque Rex Carolus requiritur, ut in auxilium vadat Regi Ludovico fratri. Nam quum intrasset Rex Ludovicus regiones Carthaginis, epidemia statim invasit exercitum. & ipse infirmatur. In qua infirmitate Deum laudare non cessans, illa saepe interferebat: *Fac nos pro tuo amore prospera mandi despicere, & nulla ejus adversa formidare.* Et pro populo orabat: *Esto plebi tuae sanctificator & custos: & quam tibi facis esse devotam, benigno resove miseratus auxilio.* Et appropinquans ad finem, caelum suspiciens, ait: *Introibo in Domum tuam. Adorabo ad Templum Sanctum tuum.* Quo dicto obdormivit in Domino, secumque filius Johannes Tristanus, ceterique ei sanguine juncti quasi omnes, praeter Philippum. Post haec Rex Carolus in auxilium Christiani exercitus venit, & propter dioram epidemiam factam compositione cum Rege Tunicii, & accepta magnâ summâ pecuniae propter expensas, quas Reges ibi fecerant, totum exercitum duxit in Siciliam. Ubi Rex Navarrae fuit Theobaldus, qui venerat cum Sancto Ludovico. Et quum venissent ad Portum Trapani-

ta-

tanum, naufragium passae sunt naves, & exercitus per terram rediit Promisit quoque Rex Tunicii, quod omnes Christiani in Regno suo captivi dimitterentur, & quod Monasteriis ad honorem Christi in omnibus Civitatibus Regni illius constitutis, Fides Christi per Minores, & Praedicatores libere praedicari valeat, & etiam per quoscumque alios; & quod baptizari volentes, nullo modo prohiberentur. Factusque est tributarius Regi Carolo. Nam parasit machinis & aliis necessariis per terram, & per aquam Tunicium oppugnare disponebat. Eodem anno Alphonsus frater Sancti Ludovici, Comes Pictaviensis & Tolosae &c.

CAP. CCXXXV.

De Imperio Rodulphi, & sibi contemporaneis:

*Cujus Particula I. de gestis ejus,
& quibusdam contingentibus.*

Rodulphus Comes Honnesburch electus, approbatur a Gregorio X. in favorem Terrae Sanctae, ad quam plurimum anhelabat personaliter proficiisci. Unde ad ejus petititionem Rodulphus Crucesignatus est. Huic Rodulpho ad preces Papae Alphonsus Rex Castellae cessit, renuntians omni juri, quod haberet. Rodulphus autem redeunti Papae in Italiam occurrit cum Regina & filiis apud Bellicardorum, & juramentum praefecit fidelitatis Romanae Ecclesiae de conservando ipsam, quod habetur *Diplomation. LXIII. Cap. Tibi Domino.* Dedit autem unam filiam suam Comiti Palatino, qui est Dux Bajuariae, aliam Duci Saxonie, aliam germano Marchionis Brandenburgi.

A gensis, quartam Carolo Martello, primogenito Caroli II. Regis Siciliae, qui postea fuit Rex Hungariae. Primo autem filio suo Alberto, qui post eum fuit Rex Alamanniae, accepit filiam Comitis de Tirolo, cum quo postea expugnavit Regem Bohemiae, qui occupaverat Austriam, Stiriam, & Carinthiam, quae sibi debebatur, sive ratione Regni Alamanniae, sive ratione Imperii. Hie fuit probus in armis & prudens, deditque partem Carinthiae Comiti de Tirolo, & Ducatum Austriae Petro filio suo, cui successit frater ejus Albertus, postea Rex Romanorum, quem interfecit Johannes filius praedicti Petri, quia sibi Ducatum absulerat, propter quam occisionem fugitivus fuit. Et tamdem tempore Henrici VII. Pisas iens, de mandato Imperatoris capitur, carceratur, & in carcere moritur. Processit etiam contra filium Regis Bohemiae, comminans eidem de Regno, quod ivisset contra Dominum suum. Sed amicis mediantibus receptus in gratiam gener Regis efficitur. Ab hoe Rodulpho Nicolaus Papa III. requisivit, ut Romandiolam resignaret, & Exarchatum Ravennae, qui a Comitatu distinguebatur, & antiquitus Ravennae erat Senator, sicut Romae, & dictas Civitates gubernabat, inter quas erat Bononia, ut per Ludovicum I. scribentem Paschali Papae I. patet. Hanc regionem per Carolum datam, & recuperatam per Gregorium X. nunc iste repetit. Mandat Rodulphus omnibus Nobilibus Terrae, & Populi dictae regionis, ut Ecclesiae Romanae obdiant, & dictum dominium ad Romanam Ecclesiam afferit pertinere. Et sic Papa possessionem obtinuit. Tractabat quoque idem Pontifex cum dicto Rege super

super novitatibus faciendis in Imperio, ita ut totum Imperium in quatuor divideretur partes; in Regnum Alamanniae, quod debebat posteris Rodulphi perpetuari; in Regnum Viennense, quod dabatur in dotem uxori Caroli Martelli filiae dⁱcti Rodulphi. De Italia vero, praeter Regnum Siciliae, duo Regna siebant, unum in Lombardia, aliud in Tuscia. Sed interim Papa mortuus est. Rodulphus autem postea apud Spiram Alsatiae mortuus est; & Imperiali caruit benedictione. Eo etiam tempore Rex Francorum Crucesignatus est &c.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Innocentius natione Burgundus de Tarantasia Sabaudiae sedit menses V. dies I. Cessavit Episcopatus dies XVIII. Hic fuit Ordinis Praedicatorum, factus Archiepiscopus Lugdunensis, antequam consecraretur, fit Episcopus Oliensis, & intra annum Papa electus est. Adrianus natione Januensis sedit mensem I. dies VIII. Hic prius dictus Ottobonus, nepos Innocentii III., a quo factus est Cardinalis, & a Clemente III. missus est Legatus in Angliam pro guerra sedanda, quae inter Barones & Regem orta erat. Hic statim post suam creationem Constitutionem Gregorii X. de restrictione Cardinalium in electione Papae suspendit, intendens eam aliter ordinare; sed morte praeventus non potuit, nec Sacerdos ordinatus est. Johannes natione Ulisponensis sedit menses VIII. dies VIII. Cessavit Episcopatus quasi menses VI. Hic fuit Episcopus Tusculanus, Petrus antea vocatus, generalis & famosus Clericus, maxime in medica; unde & experimenta scripsit ad

A curas hominum, qui *Thesaurus pauperum* vocatur. Fecit & Librum de *Problematibus*, juxta formam V..... Azz..... Parum autem discretus fuit Princeps in verbo, minus autem in moribus. Ideo scientiae florrem, & Pontificalem dignitatem quadam stoliditate defornabat. Solitus erat intrare Cameram novam solus, quam ipse pro te Viterbi circa Palatium construxerat. Semel autem quum haec fecisset, & se ipsum aspiciens gloriaretur, resolutus in risum, camera subito cecidit; ipse vero collisus, sexto die exspiravit. Religiosos minus dilexit, & tunc contra eos aliquid statuere intendebat. Quidam Frater Minorum Viterbi in

C strato suo quiescens, subito fortiter exclamavit. Et acurrentibus Fratribus ait: *Niger vir grandi malleo Palatum Popae percutit. Orate, ne corrut.* Tertio ve^{ro} idem cernens exclamavit, & Palatum corruuit, & ipsa horā corruisse inventum est. Hoe laudabile habuit quod licet Papa, cum quocumque literato & paupere conversari non renuebat, eisque libenter providebat. Constitutionem de reclusione Cardinalium ad primam firmitatem reduxit. Nicolaus natione Romanus de Ursinis sedit annos II. menses VIII. excepis diebus IV. Cessavit Episcopatus menses VI. Hic electus est in festo Beatae Catharinae Viterbii, & parum ante electionem excrevit Tiberis super Altare Sanctae Mariae Rotundae quatuor pedibus. Constituit autem loco sui Protectorem Ordinis Minorum Dominum Matthaeum Rubeum Sanctae Mariae in Porticu Diaconum Cardinalem sub iis verbis: *Si beneficia per nos tibi imprevisa magna inveniuntur & multa, in nullo tamen..... dedimus tibi arrham aeternae vitae, sicut in eo, quem*

quensi modo tibi committimus. Damus enim quae te in Paradisum inducant, merita scilicet Sanctorum Fratrum Ordinis hujus. Damus tibi melius quod habemus. Damus tibi desiderium cordis nostri, & pupillam oculorum nostrorum. Et haec dicens, non modo lacrymas fudit, sed etiam singulus vir tantae maturitatis continere non valuit. Et extensis manu proprium anulum tradidit illi, dicens: *Tibi committimus Ordinem Fratrum Minorum.* Et illa verba Regulae recitavit: *Qui sit Gubernator, protector, & corrector &c. Gubernatione, inquiens, & correctione tua non egent, sed pauperes & imbecilles, & habentes impugnatores, tuā egent protectione defendi.* Proprium autem nomen illi fuit Johannes Gajetani. Fuit Diaconus Cardinalis titulo Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, moribus valde compositus & discretus. Religiosos multum dilexit, & fovit maxime Ordinem Minorum, cuius Protector fuit. Nam quum esset puer, pater ejus, qui erat de Tertio Ordine, eum Beato Francisco obtulit. Et Beatus Franciscus ait, quod non esset Frater habitu, sed futurus erat defensor Ordinis sui, & tamdem Dominus mundi. Hic declaravit Regulam Beati Francisci, quam ditavit Dominus Benedictus, postea Bonifacius VIII., & in Sexto ponitur. Fecit Cardinales duos de Ordine Minorum, Fratrem Bentevgnam, qui fuit Episcopus Albanensis & Summus Poenitentiarius, & Fratrem Hieronymum Generalem Ministrum, qui postea fuit Nicolaus Papa IV. & duos de Praedicatoribus Fratrem Latinum, nepotem suum ex sorore, & Fratrem Albertum Archiepiscopum Cantuariensem, & Dominum Jordarem germanum suum, Dominum Jacobum de Columna, & tres alios.

Hic ad Sanctum Petrum aedificavit solenne Palatum, ubi mandavit domos fieri pro omnibus Officialibus suis, & maxime pro Poenitentiariis, qui cladebantur sub uno cancellio. Ecclesiam Sancti Petri, quasi totam renovari fecit, & ibi auxit Canonicos. Constitutionem fecit de Electione Praefesti Domino Urbano, quocumque nomine censeatur, quod non possit eligi ad majus tempus unius anni absque auctoritate Apostolicae Sedis, quia tota Civitas juris est Romanae Ecclesiae, ut patet per Cap. Constantinus XCVI. Distinct. Et Distinct. LXIII. Cap. Ludovicus. Quae Constitutio habetur in VI. de Electione, Fundamenta. Propter hanc Constitutionem Rex Carolus privatur Officio Senatoris. Et eodem anno Vicaria Tusciae per * eundem. Consequenter Papa mittit unum Cardinalem, qui patientiam Regis tentaret super praeditis sibi ablatis. Et auditio, quod Cardinalem honorifice receperisset, & modeste respondisset, ait: *Felicitatem Carolus habet a Domo Franciae, ingenii perspicacitatem a Regno Hispaniae, distinctionem verborum a frequentatione Romanae Curiae.* Martinus natione de B. Campaniae sedit annos IV. dies XXIX. Cessavit Episcopatus dies IV. Hic fuit Presbyter Cardinalis titulo Sanctae Caecilie, & fuit longo tempore Legatus in Francia; primo missus per Urbanum IV., a quo fuit ad Cardinalatum promotus, secundo per Papam Gregorium X. Et multas bonas ordinationes ibi dimisit, firmatas in provincialibus Syndonis per eum congregatis. In sumptibus autem fuit multum magnificus. Religiones dilexit, maxime Minorum & Praedicatorum. Fecit quinque Cardinales, quorum unus fuit Dominus Benedictus Gajetani postea Boni-

Bonitacius VIII. Honorus natione Romanus de Sabellis sedit annos II. Cessavit Episcopatus a Coena Domini usque ad Festum Sanctae Catharinae. Hic fuit prudens homo, nulli nocivus, suis multum beneficus, fuitque in manibus & pedibus tam contractus, quod celebrare non poterat, nisi quibusdam Ministris adjunctis. Unum Cardinalem fecit Dominum Johannem Boccamazza. Frater quoque illius vir prudens Dominus Pandulphus, licet ab aliis ferretur de loco ad locum, quando siebat Senator, a malefactoribus tantum timebatur, quod procul a patria statim fugiebant. Nicolaus natione Marsicanus de Esculo sedit annos IV. & tantum plus, quantum est a Cathedra Sancti Petri usque ad Parasceve. Cessavit Episcopatus annos III. & menses quasi III. Hic vocatus est Hieronymus, magnus literatus, & valde religiosus, factus fuit Generalis Minorum. Demum Episcopus Praenestinus, postea Papa. Ad Cardinalatum promovit Dominum Neapoleonem, & Dominum Petrum de Columna, Generalem Minorum Fratrem Matthaeum de Aquasparta, Fratrem Hugonem Magistrum in Theologia Ordinis Praedicatorum. Dominus autem Hieronymus, quem esset Cardinalis, imminentे Electione Summi Pontificis, clausis Cardinalibus in Sancta Sabina, post mortem Honorii, ceteris propter infirmitatem locum fugientibus, solus ibi remansit & sanus. Mortuo tandem Papa Nicolao, Cardinales de communi concordia Perusium se transferunt. Et vacavit Pontificatus annos II. & menses III.

A Particula III. de discordia quorundam Regum.

Misit Papa Legatos ad Reges Franciae, & Castellae Fratrem Hieronymum Generalem Minorum, qui postea fuit Nicolaus IV. & Fratrem Johannem de Vercellis B Magistrum Praedicatorum, ut eos concordarent. Domina enim Blanca mater Sancti Ludovici, primogenita fuit Regis Castellae, quam Rex Ludovicus pater Sancti Ludovici, ut Franci dicunt, hoc pacto accepit, ut si Rex Castellae sine legitimo moreretur herede, Domina Blanca tamquam primogenita succederet. Mortuus igitur reliquit filium, qui Henricus vocatus est. Quo ex percussione cujusdam lapilli mortuo, soror junior dicta Berengaria, uxor Regis Legionis, Regnum patris cum filio suo per violentiam occupat. Tunc Sanctus Ludovicus quaestionem movet Regi Alfonso pro jure matris. Quae quaestio sic sedatur. Dat enim filiam suam dictam Blancam primogenito illius dicto Ferdinando hac conditione, quod si Ferdinandus ex Domina Blanca haberet filium, & ipse Ferdinandus præmoreretur patri, filius Ferdinandi in Regno succederet. Casus evenit, & mortuus Ferdinandus, duos ex Domina Blanca reliquit filios. Rex autem Alfonsus dicta pacta non servavit. Omnes enim Barones, duobus exceptis, allegabant secundogenitum regnare debare, secundum consuetudinem Regni, quam infringere non valuit sine consensu Baronum. Ideo quem provegae esset aetatis, ad petitionem dictorum Baronum de toto Regno se expolians, secundogenitum vocatura Sanctum Regem instituit. Filiis sa-

tem

tem Dominae Blancae certas Terras assignavit in confinio Saracenorum su..... Frontana. Propter quae disti duo Barones, qui pueris favebant, de Regno exeunt, & contra Regnum rebellant. Propter quae a Rege Franciae annuatim recipiunt sexdecim mille Libras Turonensem. Misit etiam Papa Legatos ad Palaeologum, petens, si ipse cum gente sua erat paratus Romanae parere Ecclesiae. Qui respondit, se paratum ad omnia, quae servanda Concilium Lugdunense mandaverat.

Particula IV. Quomodo Regnum Hierusalem obvenit Carolo Regi Siciliae.

MCCLXXVII. Damisella Maria filia Principis Antiochiae jus suum in Regno Hierosolymitano dedit Carolo Regi Siciliae, coram pluribus Cardinalibus & Praelatis, & majori parte Curiae. Declaratum enim pluries fuerat per Doctores Legum, & Magistros Decretorum, quod ipsa erat verus heres. Sed jus suum occupaverat Hugo de Lusignano nepos suus. Ipse quoque Rex mortuam uxore sua per nuntios petierat eam sibi matrimonio copulari, audiensque illius adventum ad Romanam Curiam, iterum misit Magistrum Bernardum Caracciolum de Neapoli Papae Notarium pro eadem caussa. Illa vero respondit, quod non mortalem intendebat accipere sponsum, sed immortali sposo in virginitate servire. Pro Regno tamen Hierusalem in excambium accepit Comitatum Annoniae, quem praedictus Rex tenebat tunc de consensu Regis Franciae. Deinde pro redemtione illius Comitatus recepit in Regno Siciliae annuatim Uncias MD. quae tandem usque ad CCCC. diminutae fuisse di-

Tem. XI.

A cunctur. Missus est autem Rogerius Comes Sancti Severini Bajulus pro Rege Carolo. Requisivit Milites Ptolemaidae de homagio sibi faciendo. Qui responderunt, quod Regi Cyprifecissent homagium, nec * posset alteri facere, nisi ejus obtentâ licentia, vel nisi is desiceret, in quo jus Regium tenebatur. Et quum ad Regem Cyprifacilius transmissi essent, ille responsis suis nil aliud quam tempus redimebat. Tandem Comes peremptorie mandat, ut vel homagium faciant, vel Hospitia & universa Feuda dimittant. Tunc interventione Magistri Templi obtainuerunt, ut adhuc temel ad Regem Cyprifmitterent. Et non habito sufficienti responso, Comiti fecerunt homagium, ipseque Comes juravit juxta Regni Statuta procedere. Denique fecit Senescalcum, Conestabulum, Marecalcum, Vicecomites, & alios Officiales, secundum morem patriae. Eodem anno inter Venetos & Dominum Tyri pax reformata est mediatione Templariorum, restitutâ Venetis tertiam parte Tyri, quam habebant ratione conquisitionis ipsius, & diu possederant. Sed Dominus Philippus de Monteforti jus illud eis abstulerat propter guerram, quam cum Januensibus habuerant. Eodem anno Bendogar audiens, quod aliqui Tartari &c.

E *Particula V. de quibusdam gestis inter Papam & Imperatorem, & aliis contingentibus.*

MCCLXXVIII. Papa Nicolaus III. requirit Rodulphum super resignatione Romandiola & Exarchatus Ravennae, qui erat Principatus super sex Civitates Romandiola, quae a Comitatu distinguebantur, & antiquitus in Ravenna erat Senator, si-

B b b

cut

cut in Urbe. Dictasque Civitates gubernabat, inter quas erat Bononia. Eodem anno Hospitalarii ad Castrum vocatum Margath quemdam Baluvim Saracenorum occiderunt, & terram laedere coeperunt. Tunc Sangulescat ivit ad debellandum Saracenos ante Damascum, & debellatus fugit ad Aquas Frigidas. Revocavit autem idem Pontifex quamdam Constitutionem Gregorii IX. in qua ordinaverat, neminem de genere quodam Urbis provehi debere ad statum Cardinalatus, unde & de ipsa domo Cardinalis fuit. MCCLXXX. Carolus adhuc Princeps Salerni, postea Rex Siciliae transtulisse dicitur Corpus Beatae Mariae Magdalene repertum in tumulo marmoreo, in illo Oratorio, in quo Sanctus Maximus eam tradidit sepulturae. Collocatur igitur Corpus in capsa pretiosa, caput vero seorsum in quadam pulcherrima theca ex argento & auro ac gemmis fabricata. Eodem anno Turriani de Mediolano pelluntur, & Vicecomites dominium tenuerunt usque ad Annū MCCCIII. Eodem anno etiam Rex Franciae exercitum parat ad intrandum Navarram pro filio suo Philippo, qui filiam Regis Navarrai acceptit uxorem. Cui ex successione debebatur Regnum praedictum & Comitatus Campaniae. Eunte autem eo in Navarram, exercitus ejus Pampilonam expugnat, & certam partem destruxit propter rebellionem, & usque nunc Rex Franciae tenet Navarram.

Particula VI. de ceteris emergentibus.

IN electione Martini IV. accidit turbatio, quia Dominus Matthaeus Rubeus Cardinalis fuit reclusus in quadam camera per Officiales Viter-

A bienses, consentiente Domino Ricardo nobili viro Romano de Annibaldensibus dicto de la Rota, qui tunc erat Dominus in Viterbio. Cardinales autem tunc non includebantur secundum formam Constitutionis, quae revocata fuerat per Papam. Reclusio tamen erat spontanea, ut de electoribus aliorum Praelatorum fieri solet. Ex hac igitur violentia omnes auctores sententiam excommunicacionis incurrerunt, & Civitas supponitur interdicto, & ex tunc Curia ibidem residentiam facere noluit. Praedictus tamen Ricardus cum multa humilitate venit de domo propria Romanam nudis pedibus, & cum corrigia ad collum usque ad domum Domini Matthei humiliter veniam petens, & idem Cardinalis ejus absolutionem impetravit. Papa quoque noluit in Viterbio coronari, sed in Urbe Veteri, ubi Cardinales fecit, Dominum Hieronymum Episcopum, qui erat Presbyter Gardinalis, & insuper Dominum Gerardum titulo Duodecim Apostolorum. Inter quinque vero priores promovit Dominum Benedictum Gajetani in Diaconum Cardinalem titulo Sancti Nicolai in carcere Tulliano. Electus quoque Senator Urbis, loco sui Regem Siciliae instituit, eligens de familia ejusdem Regis in Viterbio existentis Milites ad regendum tam Patrimonium, quam Campaniam, Marchiam, & Ducatum. In Romandiola vero destinavit Comitem Johannem de Appia cum soldatis Gallicis fere DCCC. contra Comitem Montis Feltri Guidonem, qui terram Ecclesiae in illis partibus detinebat. Tunc Piscis marinus captus est, habens leonis effigiem, in parte illa maritima, quae sita est versus Montem Altum. Cucurrit autem ad visendum monstrum multitudo Curi-

rialium. Erat enim pellis ipsius pilosa, pedes breves, cauda leonina, & caput super, & aures, & os & infra dentes linguam habebat instar leonis. Referebatur quoque, quod in captione planetus horribiles emiserat.

Particula VII. de bello Tartarorum cum Saracenis & Regum Siciliae & Aragoniae.

Eodem anno Tartari discurrerunt usque Calamelam & Alapiam, caedentes omnes Saracenos obviam sibi factos. Soldanus autem Babiloniae cum centum millibus equitibus & totidem peditibus occurrit eis, & convenierunt in partibus Calamelae; & in partem unam irruit Rex Armeniae, & per tres leucas eam fugavit usque Calamelam; & partem aliam Tartari debellaverunt, & per tres diaetas caedendo insequuri usque Civitatem Tara &c. Ad instantiam Regis Careli Papa Palaeologum excommunicatum denuntiari jubet, quia iuxta promissum, & sequentem requisitionem, cum sua gente ad obedientiam Romanae Curiae non venerat. Ex quo non parva incommoda se quuta sunt. Primo namque tractatur compositio inter Palaeologum, & Petrum Regem Aragonum, qui filiam Manfredi habebat uxorem, vocatam Constantiam. Mediatores autem compositionis fuerunt Benedictus de Zacharia Januensis, & Dominus Johannes de Procida, qui fuit unus de principalibus in auferendo Regnum Regi Carolo. Dum vero paratur exercitus, Papa scribit ad suggestionem Regis Caroli Regi Aragonum, quaerens cur paret exercitum. Respondit ille, linguam sibi amputatum, si secretum manifestare putaret. Eodem anno Siculi rebellaverunt con-

A

B

C

D

E

tra Regem, interfectis multis Gallorum, qui erant in Insula. In Panormo enim succensa est prima stupenda rabies. Propter enormitates enim Gallorum, cunctos inibi commorantes, mares & feminas, senes & pueros, morti tradunt. Et quod est magis horrendum, ceteras mulieres impregnatas a Gallis scindunt, ut foetus interimant. Tunc Rex Aragonum cum suo navigio vadit in Africam versus Hipponam, quae hodie Bonum vulgariter appellatur. Et applicuit apud Anicolem Villam nobilem in Numidia, & aliquas regiones vastavit. Inde transit in Sardiniam, & prope Castrum Castro applicat, ibique sua navigia restaurat, & necessaria parat. Rex quoque Carolus exercitum magnum parat Apulorum, Provincialium, Gallorum, Italicorum, & cum ipso in Siciliam transit. Messanam obsidet, quam capere potuisset, sed omisit timens Terrae destructionem, si violentia caperetur. Interim Rex Aragonum Panormi applicuit, & inde cum sua militia vadit Messanam. Quod audiens Rex Carolus ab obsidione recedit. Insuper & de Sicilia in Calabriam cum toto exercitu transit, timens ne suis vietualia perderent, & ne rebellarent aliae partes Regni. Scriptisque Regi Aragonum, se admirari. quomodo Regnum suum invaserat. Cui ille respondit, ratione uxoris filiae Manfredi ad se potius pertinere. Ad hujus autem litigii discussionem ad singulare certamen se invicem requirunt, & Vasconiam eligunt, ubi & convenienter dicuntur. Sed Rex Aragonum occulto veniens, comperto, quod ibi tutus non esset, praemissa protestatione recessit. Alii dicunt, eum in termino numquam comparuisse.

MCCLXXXIII. Hugo Rex Cypri transit Berithum, & processit usque Tyrum, & quum multi per terram equos transmittenterent, Saraceni de monte occurrentes prope Sidonem aliquibus interfectis, ceteros duxerunt cum bestiis. Intellexit autem Rex, opus esse Templariorum de Sidone. Ipso tempore Papa Legatum mittit ad Regis custodiam Dominum Gerardum de Parma, & eo existente Neapolim venit Rogerius de Loria Amiratus Regis Aragonum, & quasi in portu Neapolis existens, prope Urbe ad millaria septem, clamoribus & signis Gallos ad navale bellum excitat. Tunc Regis filius, vocatus & ipse Carolus, qui patri successit in Regno, gentem suam Galeas ascendere jubet, reclamante Legato; & facto congressu, pugnatur acriter cum paucis Galeis. Decem & septem enim Galeis suis per fraudem nautarum revertentibus Neapolim, in quibus nobiles erant & strenui pugnatores, filius Regis sua munitus potentia, multâ inimicorum strage editâ vietus in Siciliam dicitur. Quartâ itaque die sequenti Rex Carolus Neapolim applicat, meditatam defensionem cognoscens Civium, Gallicos in eos, quasi nescius, saevire permisit; & tamdem congregato exercitu, gratulandum, inquit, de capto filio, non dolendum; quasi uno Sacerdote amissio, qui suum impediens Regnum, vigoremque bellandi. Et nullo lamento facto, versus Calabriam pergit, ubi comes Atrebatenensis utiliter se gesserat, Pharum Messanae transire cupiens, & Civitatem obsidere. Sed quae Rex incepérat, tunc perficere non valuit. Sed partem navigii in Portu locat Brundusii, ne flatibus vastetur vernis, partem ad passus custodiendos disponit. Ipso anno Papa

A processum facit contra Regem Aragonum, ipsumque a Regno deponit, & ab omni dignitate. Eaque tradit Regi Franciae pro Carlo filio dicti Regis, totumque Regnum Aragonum supponit gravissimo Interdicto. Eodem anno inchoata est guerra inter Januenses & Pisanos. Tunc Rex Carolus continuâ febri corripitur, & universae carnis debitum solvit. O quâm huic Regi fortuna in primis arrisit, sed quomodo in finem risum convertit in luctum! Sic lubrica versat fortuna vices, &

„Ludit in humanis divina potentia
„rebus.

C Mortuo Rege, receptis prius Ecclesiasticis Sacramentis, & cum fidei invocatione nominis Christi, Legatus ibi ad monumentum Regni se firmat. Rex Franciae Comiti Atrebateni subsidia expensarum, quasi centum millia Librarum Turonensium, transmittit.

D Interim Carolus captus in Catalonia dicitur, & in Castro quodam detinetur. Hujus Martini Papae tempore Frater Bonagratia Generalis Minorum obiit Avinione; vir magnae religionis & ardoris zeli. In cuius morte, nullo funem trahente, campana multis cernentibus pulsabatur. MCCLXXXIV. Dominus Johannes Cardinalis Legatus mittitur in Franciam ad praedicandum Crucem contra Regem Aragonum. Sequenti anno Papa moritur. Hic Papa Honorius IV. statim post electionem Comiti Atrebateni viriliter Regnum tuenti, & ceteris stipendiatis misit stipendia, multum eum accendens ad suscepta negotia persequenda. Ordinem Carmelitarum solidavit, qui prius in Concilio remanserat in suspenso.

spenso. Tunc Mantellos catabriatos mutaverunt. Eodem etiam tempore Augustinenses permoti sunt ad habendum proprium Magistrum, ex certa causa prius impediti. Eodem anno Rex Franciae exercitum maximum parat, & vadit ad occupandum Regnum Aragonum; propter quod Petrus Rex de Sicilia in Aragoniam transiit. Legatus autem, qui tunc in Francia erat, Crucem praedicans contra Aragonenses & Catalanos, venit Perpinianum. Et inde favente Rege Majoricarum, sive ex timore damni sui, sive ex amore; quia cognatus ejus erat, transiit Montes Pyrenacos. Qui in Hispania Castra caput, & unam Civitatem circa dictos Montes a parte Cataloniae vocatam Gerundam. Volebat autem ulterius procedere, sed tanta fuit epidemia in exercitu, ut consuleretur Regi, ne omnino ultra procederet, alioquin multitudini unus resistere potuisset. Quaedam tunc pars militiae descendit in Vallem Cataloniae, quae obvium habuit Regem Aragonum cum sua militia. Et quum pugnassent, multi utrinque eccliderunt. Ibi quoque Rex Aragonum vulneratur, de quo vulnere tandem moritur. Rogerius autem de Loria cum suis Galeis navalem exercitum Regis Franciae male custoditum prope Narbonam combussit. Tunc Rex Franciae prius infirmus moritur apud Perpinianum. Eodem anno Pisani & Januenses pugnaverunt in mari generali exercitu, & post magnam concertationem Pisani in dicto loco La Melora juxta Portum Pisanum, ubi Praelatos cuperant tempore Friderici, debellantur. Eodem anno Soldanus Aegypti cepit Margath. Et Johannes Rex Cyprii moritur, cui successit frater Henricus, qui MCCLXXXVI. introivit

A Ptolemaidam cum pulchro Stolo, & gratae receptus est. Sed Hugo de Piliçino pro Rege Carolo ibi erat, & tenuit contra Regem Castrum, & fecit intrare omnes, qui erant ibi ad stipendia pro Rege Franciae, quorum erat Capitaneus, exceptis paucis, qui amore Regis Henrici intrare noluerunt. Obsesso Castro, quinta die Rex Henricus Castrum obtinuit, & postea Tyri Rex Hierusalem coronatus est, dimisitque Dominum Philippum de Ubelino avunculum suum Balivum Ptolemaidae.

B Anno eodem Odoardus Rex Angliae facto prius homagio Regi Franciae pro Ducatu Aquitaniae, & aliis, quae in Regno Franciae tenebat, venit in Vasconiam, mutaturus & liberaturus Regem Carolum, qui erat in Catalonia. Nati enim erant ex duabus sororibus. Et cum Alfonso tunc Rege Aragoniae primogenito Petri, qui patri suo cesserat, & Jacobo fratre ejus cum matre in Siciliam ivit. Honorius autem Papa sententiam Martini promulgatam contra Petrum contra filios renovavit. Alfonsus vero contra Regem Majoricarum patrum suum, qui cum Ecclesia se tenebat, insurrexit, & terras alias occupavit. Circa Natalem autem Domini venerunt ad Curiam Nuntii Aragoniae & Siciliae, in Consistorio excusantes Alfonsum, quod Nuntios post patris obitum ad Romanam Curiam non misisset, quia tranfire tunc non poterant propter guerras. Secundo dicebant eum innocuum, & in nullo conscientum de factis paternis. Tertio asseveraverant, eum diu ante mortem patris Regni possessionem habuisse, & ideo petebat pacifice sibi dimitti. Quarto se ad servitium Ecclesiae offerebat. De primo Papa non curavit. Ad secundum

dum respondit. Placeret nobis multum, quod esset innocens, sed contrarium ostendit, mittens continue in Terram Siciliae gentem suam. Item non sinebat Interdicatum Papae in illo Regno servari, & quod Regis Majoricarum, Ecclesiae adjutoris, occupaverat Terras. Item detinet Principem Salerni innocentem. Et quod in Regno Aragoniae nullum jus habebat, sed Carolus frater Regis Franciae. Parati tamen sumus, si venerit, eum audire, & exhibere justitiae complementum. Pro Siculis autem dixerunt, quod multum fuerant a Francis oppressi, & quod intendebant eos curialiter licentiare de Sicilia; sed aliqui maligni in eos egerrunt crudelia, quae bonis viris displicerunt. Et Constantiam excusabant, quia oportuerat eam sequi vi zum suum; sicut autem rogabat, ut vocatum a Siculis filium coronaret. Quibus verbis Papa aurem non praebens de concordia tractat. Eodem anno Rex Rodulphus Vicarium mitit in Italiam Dominum Princivallem de Flisco, qui ditior Clericus erat in simplicibus Praebendis, quam aliquis Clericus; & omnibus cessit propter dictum Principatum. Factus est autem tam pauper, quod coactus est vendere jurisdictionem Imperii Civitatum Tusciae. Unde Lucani dererunt ei de dominio, quod habebat in suo territorio, duodecim millia Florenorum. Eodem anno, alii dicunt tempore vacationis, idest MCC-LXXXVII. Galeae Regnicolarum euntes contra Siculos obviam habuerunt Rogerium de Loria, qui eas multo ingenio superavit. Ubi erat Philippus filius Comitis Flandriae. Eodem anno Soldanus misit Letaram ad recuperandum Castrum, quod tenebat Sangolescar, quo obtento, habuit Castrum Liciae. Postea venit

Soldanus ad obsidendum Tripolim. Sed interim filius ejus moritur, & prae dolore destitutus.

MCCLXXXVIII. Soldanus Meleth Melehor grave bellum dedit Civitati Tripolis, & Turrim Episcopi, quae magnos habebat muros, usque ad medietatem machinis diruit. Sustinerunt Christiani usque ad Nonam. Postea Saraceni quasi per totum occupaverunt muros; pedites curci coeperunt se ad mare trahere. Et tandem equites non valentes ictus lapidum sustinere, occisi gladio, aut submersi usque ad septem millia aestimati, multis navigiis sunt salvati. Captam autem Civitatem Soldanus jussit dirui & cremari. Et post paucos dies pro paucis captis recepit ac diruit Castrum Nephim, & mandavit Civitatem aedificari in loco vocato Monte Peregrino. Tunc Nicolaus IV. fecit armari Venetas Galeas XX. pro subsidio Terra Sanctae; quibus praefuit Jacobus Teupulus dictus Scopulus. Providit quoque Papa Johanni de Grilli Capitanco stipendiariorum Regis Franciae in mille uncias auri, & mille Rubeo de Scalibus, qui se obtulit ad eundum. Praedictus quoque Johannes transiens per Siciliam a Rege Jacobo V. Galeas obtinuit bene munitas. Sed quia ipso anno Soldanus contra Ptolemaidam non venit, omnes praedihi nil notabile egerunt. **MCCLXXXIX.** Rex Carolus de carcere liberatur, mediante Rege Angliae, tribus filiis ejus datis obsidi bus pro pectis servandis. Promisit enim suo posse pacem Aragonensem cum Romana Curia, & Rege Franciae procurare, unde ad preces ejus Carolus frater Regis Franciae, Comes Valeshi, accepta una filia Caroli Regis, cum Comitatibus Andegaviae & Cenomaniae remisit omne jus, quod

quod habebat in Aragonia & Valentiae Regno. Eodem anno discordia oritur inter Regem Franciae, & Odoardum Regem Angliae, quae magna fuit, & multum duravit. Et mittuntur duo Cardinales, scilicet Dominus Benedictus Gajetani, & Dominus Gerardus de Parma, qui super negotio nihil facere potuerunt. Concordarunt tamen Clerum cum Rege, propter quod aliqui putant eos principaliter missos.

MCCXC. cogitavit Soldanus Melch Meschor de Syria exterminare Christianorum reliquias. Et facto apparatu in itinere mortuus est; successitque illi filius Seraph, qui paternum assumit propositum, eo maxime motus, quod XIX. mercatores Saraceni a Cruce signatis in Ptolemaida contra treguarum fidem occisi sunt; & MCCXCI. obfedit Acon, quinto Aprilis, & dicitur habuisse in suo exercitu quadraginta millia equitum, & centum sexaginta milia peditum; & machinis demolitus est muros. Venit autem Rex Henricus obfessis in auxilium cum CC. equitibus, & D. peditibus, & decimaoctava Maji intra Civitatem Saraceni violenter irruperunt. Tunc Christiani fugam arripiunt versus mare. Rex autem, & Magistri Trium Mansionum, & Johannes de Grilli, & ceteri bellatores, procedentes ad Portas Civitatis exierunt ad barba-canem. Sed major fuit virtus resistentium. Ibique occisus est Magister Templi spiculo percussus, & ad Templum usque delatus est. Tunc cuncti, qui poterant, ad navigia se reducunt, & turbato mari plures submerguntur. Patriarcha habens Galeam paratam, in parvo navigio volens cunctos j�are, cum eis submergitur, ponens animam suam pro ovibus suis. Eo-

A dem die Tyrii Civitatem vacuam reliquerunt, & intra paucos dies omnis Syria amissa est. Intra annos autem XL. capta ajunt haec loca: Hierusalem, Ascalonem, Zapham, Nazareth, Gazara, Caesaream, Balutiam, Antiochiam, Zibelet, vel Biblum, Tripolim, Acon, Sur, vel Zit, Sidoniam, Baruthi, Tortosam. Castra XII. nobilissima amissa sunt. MCCXCII. Rodulphus Rex Alamanniae moritur sine Imperiali benedictione. Qui sua probitate Regnum Alamanniae in magna pace tenuit annis XVII. Eduardus Rex Angliae eodem anno fingens se ad Terram Sanctam proficiendi, magnum apparatus faciens, Normanniam terram Regis Franciae invasit, & loca alia occupavit, & in Rocellam plures fecit insultus. Hoc auditio Rex Franciae mandavit Regi Angliae, & ejus Locumtenentibus in Guasconia, ut malefactorum certum numerum in Petrigora in sua conjicerent prisione. Contemto vero mandato, Rex Franciae per suum Constabularium fecit in manu sua totam saifire Vasconiam ad Regni sui Feudum pertinentem, & Regem Angliae ad suum Palatum citavit. Interea Johannes Comes Annoniae coepit vastare Terras & Gentes Regis Franciae, nec correptus desistere voluit. Unde Rex misit Carolum Comitem Valesii, cuius imperium Johannes non ferens, ad eum supplex accessit, & ad Regem perductus de omnibus satisfecit. Eduardus vero citationes plures contemnens, misisse dicitur Regi Franciae; quod ei quietabat quidquid ex ejus Feudo tenebat, intendens illud & plura sine homagio possidere. Unde MCCXCIV. in Guasconiam misit classem, quae Insulam dictam Dure, versus Rupellam, combussit & de-

popula

populavit. Et inde versus Burdegalam navigans Castrum Blaviae, & tria Oppida super mare occupavit perfidiâ Vasconum. Et dimissâ Burdegalâ, quia Constabularius Regis Franciae intererat, apud Bajona stolum conduxit, quam proditione ci-vium, expulsis Francis, in deditio-nem accepit. Comes autem Valelii in Vasconia Roncium fortissimum Ca-strum cepit, & Villam Sancti Seve-rini. Sed haec, eo redeunte in Fran-ciam, a fide defecit. Bonifacius Pa-pa ad componendum inter Reges duos Cardinales misit.

C A P. C C X X X V I.

De Imperio Adulsi, & sibi contemporaneis.

Cujus Particula I. de Imperatore, & summis Pontificibus.

Adulfus Comes de Anaxone con-gregavit exercitum contra Al-bertum Ducem Austriae, ubi occisus est. Hic strenuus fuit in armis, sed, quia pauper in potentia, deficiens. Caelestinus natione Aprutinus, fudit anno quasi dimidio. Hic vocatus Pe-trus de Morone eremiticam agebat vitam. Hic Pontifex factus, viam innocentiae tenuit. Decipiebatur tam-en in gratiis conferendis, earum notitiam habere non praevalens tum propter aetatem decrepitam, tum propter inexperientiam. Et invenieban-tur ter & quater gratiae replicatae, & vacuae membranae bullatae. Haec igitur aliqui de Collegio percipi-en tes, submurmurate cooperunt, Eccle-siam fluctuare. Et tandem Papae intimant, ut animae suze periculo caveat. Interim Curia transfertur Neapolim, & facta solemni proces-

sione, supplicatur ei ex parte Regis & Populi, ut non cedat. Ille an-nuit. Modò paret. Post haec non-nulli carnis suasionem replicant, o-stendentes sub pallio sanctitatis posse animae imminere periculum, quia ex tua simplicitate multa evenirent e-normia. Quibus tandem vir Sanctus consensit, & primo Constitutionem facit de Fratrum consilio, quod Pa-pa in certis casibus resignare potest. Quam Constitutionem Bonifacius VIII. in Sexto posuit de Renuntiatione Cap. I. Post Neapoli in Vigilia Sanctae Caeciliae in conspectu Cardinalium resignavit Papatus oneri & honori; & Papatus deponens insignia, praebuit humilitatis exemplum. stupen-dum cunctis, imitabile paucis. Hie fecit Cardinalem Dominum Landul-fum de Neapoli, Dominum Guilliel-mum de Pergamo, Cancellarium Re-gis Siciliae Caroli II. Dominum Jo-hannem Monachi, & alios. Bonifa-cius natione de Anagnia sedit Annos VIII. menses IX. dies X. Cessavit Episcopatus dies XX. Hic Benedictus prius vocatus est, qui longam habuit Curiae experientiam, prius in Cu-ria Advocatus, post Papae Notarius, poste Cardinalis; poste in Cardi-nalatu expeditor ad casus Collegii terminandos, & exteris ad respon-dendum. Nec habuit in iis parem. Sed ex hoc factus est fastuosus & ar-rogans, omnium contemtivus. Unde factus Pontifex, praedecessorum suo-rum Nicolai & Caelestini gratias re-vocavit. Abeuntem Caelestinum ad eremum detinuit, & in custodia po-fuit ad cautelam evitandi dissidii. Aliqui missitabant, quod cedere Pa-patui non potuit. MCCXCV. de Neapoli Curiam transfert Romam, & Caelestinum recludit. Eodem anno statuit festa Apostolorum, Evangelistarum,

starum, & quatuor Doctorum Ecclesiae esse duplia. Alfonso Rege Aragoniae defuncto, successit ei Jacobus frater invasor Siciliae, & saetate pace cum Carolo, unam de filiabus ejus accepit. Sed Fridericus alter frater Siciliam occupavit eodem anno. Sequenti autem Papa deposituit duos Cardinales de Columna; & Sanctum Ludovicum Regem Franciae adscripsit catalogo Sanctorum. Eodem anno fecit publicari Sextum. Hic fecit inter alios Cardinales Fratrem Nicolaum Generalem Fratrum Praedicatorum, qui post eum Papa fuit, & Fratrem Gentilem Magistrum in Theologia, & Fratrem Jacobum nepotem suum Ordinis Minorum, & Fratrem Johannem de Murro Generalem ejusdem Ordinis, & Petrum Hispanum. Eodem anno Scotti Regi Franciae confrederati incurvant Regnum Angliae. Sed in reditu eorum Rex Johannes a quibusdam proditus Regi Angliae destinatur. Rex Franciae propter guerras gravem exactionem pecuniarum postulat, quae *Malatolta* vocabatur. Et primo super mercatores tantum. Postea Centesimam, postea Quinquagesimam tam a Secularibus, quam a Clericis accepit. Propter quae Bonifacius in Reges & Principes a Clericis & Ecclesiis talia auferentes absque Papae licentia sententiam excommunicationis tulit. Frater Regis Angliae in Guasconia missus Bajonae moritur; & quum gentis illius oppida Regis Angliae virtualibus munire vellent, Robertus Comes Atrebati, qui illuc missus fuerat, impeditivit, nec contra eum adversarii exire de cetero praesumserunt.

Eodem anno Guido Comes Flandriae per Robertum filium deceptus videtur. Regi Franciae mandavit, se nihil ab eo tenere in Feudum. Rex

Tom. XI.

A vero Flandriam intrans, Insulanos obsedit. Robertus autem Comes Atrebati relinquens Guasconiam, ex parte illa Flandriam est aggressus, & multis Flandrensiem profligatis & captis, ac Parisius, & per Villas alias carceratis, Villam de Furnes in ditionem accepit. Deinde Castellum cum tota Valle sua occupavit. Interea Insulani se Regi dederant, salvis personis & rebus, Roberto primogenito Regis Angliae nimirum fugiente apud Bruges ad patrem & Regem Angliae, qui paulo ante illuc venerat. Illuc autem Rege Franciae accedente, Rex Angliae cum Comite Gandavum vadit propter loci munitionem. Ideo territi Brugenses se Regi Franciae tradunt. Demum Rex Franciae vadens contra Gandavum, nuntios recepit petentes inducias duorum annorum ob imminentem hymenem, & maxime ob amorem Regis Caroli Siciliae, qui propter hoc veniebat in Franciam. Qui Rex vix annuens, circa festum Omnia Sanctorum rediit. Tunc Praelatis ostendit Rex literas Papae Bonifacii, quod in necessitatibus possit Ecclesiarum Decimas recipere, & unius anni Praebendas vacantes, Praesulibus exceptis, & Monasteriis. MCCC. dedit plenam Indulgentiam omnium peccatorum visitantibus ipso anno Limina Apostolorum Petri & Pauli, & futuris temporibus omni Centesimo concessit. MCCCCII. post ortam similitatem cum Rege Franciae, Anagniae, ubi putabat esse securior, a familiaribus proditus, capitur in Vigilia Nativitatis Beatae Virginis. Sentiens autem adversariorum ingressus, quorum Vexillifer fuit Guillermus de Nogareto, Pontificalibus indui voluit, tenens in manibus Crucifixum. Die autem tertio a Populo

Ccc

in

in armis redemptus est. Post paucos dies Romam ivit ad Sanctum Petrum, & XXXV. die a sua captione decessit ex tremore cordis, & ab omni superveniente putabat capi, & ideo in eorum oculos & facies manus injicere cupiebat. Benedictus natione Tarvisinus sedet menses VIII. dies XVII. Cessavit Episcopatus menses X. dies XXIX. Hic fecit Fratrem Nicolaum de Prato Episcopum Ostiensem. Hic etiam denuntiavit excommunicatos auctores captionis Bonifacii, & nominatim Guillielmum de Nogareto, & Sciarram de Columna cum sex aliis. Hic etiam reconciliavit, non tamen ad Cardinalatum restituit, illos de Columna. Et privilegia ac libertates Regi Franciae restituit, quae Bonifacius abstulerat.

Particula II. de morte Palaeologi.

VAcante Papatu per mortem Nicolai IV. Palaeologus moritur, cui succedit filius Andronicus. Tunc factus est tumultus magnus in Constantinopoli per Calogeros acclamantes, Palaeologum non debere sepeliri in Coemeterio, quia Latinis adhaesit, & usque nunc insepultus manet. Tunc etiam Rex Carolus de Provincia veniens, per Perusium transit, & ad eligendum Pontificem Cardinales precibus inducit. Dura quoque verba cum Domino Benedicto Gajetani habuit. Nihil tamen profecit.

Particula III. de quibusdam gestis, & canonizatione Caelestini V.

IN MCCXCIV. Petrus de Macerata, & Petrus de Forosemponio, Apostatae fuerunt Ordinis Minorum, & haeretici. His potentibus eremiti-

A ce vivere, ut Regulam B. Francisci ad literam servare possent, Caelestinus suā purā, sed periculosa, simplicitate concessit, & sibi adherentibus. Quibus pluses Apostatae adhaeserunt, qui statum communitatis damnabant, & declarationes Regulæ; & vocabant se Fratres Sancti Francisci. Seculares autem vocarunt Bizocios, vel Fraticellos, vel Bocafotos. Ii dogmatizabant, quod nullus Summus Pontifex Regulam Beati Francisci declarare potuit. Item quod Angelus abstulit a Nicolao III. Papatus auctoritatem, & ab illo tempore nullus fuit Summus Pontifex in Ecclesia, nec verus Praelatus, vel Sacerdos, nisi inter eos solum. Et quod ipsi soli sunt in via Dei, & vera Ecclesia. Et mutaverunt illi duo sibi nomina. Primus vocavit se Liberatum, secundus Angelum, quia angelicas se fingebat revelationes habere. Bonifacius vero quinto anno damnavit Sectam Fraticellorum, sive Bisochorum dictorum. Et quum inquireret contra eos per Inquisidores, recesserunt de Urbe in Siciliam, & ibi postquam satis comedenterunt & bibenterunt, surrexerunt ludere, & tubis arundineis tubicinare dicentes: *Exultet Ecclesia meretrix, exultet.* Et fratris tubis & uno Calice in contumum Romanæ Ecclesiae, transierunt in Graeciam, & suos errores ibi publicaverunt. Papa autem praedictus mandavit Praesuli Constantinopolitano, & Archiepiscopis Patrensi & Atheniensi, ut contra eos & eorum receptatores & fautores procederent. Qui in Achaja se receperant. Tunc temporis frater Matthaeus de Bosicis de provincia Provinciae fugit cum Libris Petri Johannis de Biterris; & in Ecclesia Sancti Petri per quinque Biginos, & tredecim mulieres in Pa-

pam electus est, & fugit cum An-
gelo & Liberato & eorum complici-
bus. MCCXCVI. Sequana totam Ci-
vitatem Parisius inundavit (quod i-
nauditum a seculis) & Pontes deje-
cit in Vigilia Sancti Thomae. De
canonizatione autem Caelestini postea
apud magnos viros cura fuit. De-
num datis examineribus in Curia
per Clementem V. ad instantiam Re-
gis Franciae, & aliquorum aliorum
Principum super vita & miraculis e-
jus; ac investigatis & inventis, &
per Collegium approbatis, dictus Cle-
mens ipsum Sanctorum catalogo ad-
notavit sub nomine Sancti Petri Con-
fessoris, per quem nunc sua cessio ap-
probatur. Actum est hoc Avinioni
MCCCXIII. fuitque instituta ejus Na-
tivitas celebrari XIV. Calendas Ju-
nii, quo die migravit ad Dominum.

CAP. CCXXXVII.

De Imperio Alberti:

Eius Particula I. de ejus electione.

Albertus filius Rodulphi, electus
apud Aquisgranum, per solem-
nes Nuntios confirmari petit a Boni-
facio; qui primo Nuntios repulit,
electionem asserens multis allegatio-
nibus esse nullam. Postea inter eum,
& Regem Franciae ortâ simultate,
eum confirmat, eique Regnum Fran-
ciae subjicit, sicut cetera Regna. Im-
periali tamen benedictione caruit, &
occisus est a nepote filio fratrui sui
MCCCVIII.

Particula II. de Summis Pontificibus.

Clemens natione Vasco sedet an-
nos VIII. menses X. dies XV.
Ecessavit Episcopatus Hic fuit

A Episcopus Convenarum annis quin-
que. Inde per Bonifacium Burdega-
nas translatus est. Hic recepto decre-
to Lugdunum profectus, evocatis ad
se Cardinalibus, ibi coronatus est, &
ibidem decem Cardinalium ordinatio-
nem fecit XVII. Calendas Januarias,
& duos Cardinales de Columna re-
stituit. MCCCIX. electionem Hen-
rici confirmavit de mense Junii. Eo-
dem anno misit Nuntios ad Regem
Rasiae, qui ad obedientiam Romanae
Ecclesiae promiserat se venturum,
quia Veneti cum Carolo Sineterra
concordaverant Imperium accipere:
& vacuos remisit. MCCCX. fecit a-
liam ordinationem quinque Cardina-
lium IX. Calendas Januarii. MCCCXI.
congregavit Concilium apud Vien-
nam, & in prima Sessione, XVII.
Calendas Novemboris proposuit de a-
gendis, videlicet de Ordine Templa-
riorum, qui graviter culpabatur; de
Passagio transmarino; & generaliter
de Reformatione totius status Eccle-
siae, & conservatione Ecclesiasticae
libertatis. In sequenti Martio, XI. Ca-
lendas Aprilis, multis vocatis Praela-
tis cum Cardinalibus in privato con-
sistorio Ordinem Templiorum cas-
savit. Tertio autem die Aprilis M-
CCCXII. fuit secunda Sessio Conci-
lii, & praedicta cassatio coram om-
nibus publicata est. Tertia Sessio fuit
pridie Nonas Maii, fuitque Conci-
lium protractum quasi menses VII.
Eodem anno X. Calendas Januarii pro-
duxit Constitutiones prius editas, &
intendebat Septimum Librum Decre-
talium componere. Sed morte pree-
ventus non potuit.

Particula III. de quibusdam continentibus.

MCCXCIX. Saraceni Armeniam discurrerunt, Castra & loca fortissima occupantes. Rex autem Johannes se usque in montibus salvans, in arce positus, Tartarorum implorat auxilium, eosque contra Saracenos instigat, ostendens plurimam habituros praedam. Eodem anno Dux Calabriae Robertus filius Regis Siciliae navigio Siciliam intrans, quaedam Castra occupavit, & sua gente munivit. Cujus felix auspicium frater ejus Philippus Taranti Princeps, sequens minus caute, cum gente sua a Siculis captus fuit. Facta tunc pace inter Reges Franciae & Angliae. Rex Angliae Margaritam sororem Regis Franciae accepit uxorem, de qua Thomam filium habuit. Transacto termino treugarum inter Reges Franciae & Angliae, Carolus Comes Valesii contra Flandrenses mittitur, & cum Gandavum obsidere disponeret, Comes Guido cum duobus filiis Roberto & Guillermo supplex ad Carolum accessit, & Terram suam ei sub quibusdam conditionibus dedit. Qui ad Regem perducti Parisius in diversis locis usque ad tempus miserationis sub custodia missi sunt. Mortuâ tunc conjuge Caroli Valesii, duxit Catharinam, cui jus Imperii Constantiopolitani debebatur. Ideo cum Venetis composuit pro * Constantiopolitano Imperio recuperando. Et venit Romam MCCC. & a Papa Bonifacio honorifice suscepitus, Vicarius, & Defensor Ecclesiae constituitur, & per totum annum adversarios Ecclesiae suppeditavit in Tuscia. MCCCI. Ferrariae corpus cujusdam Armanni,

A quod venerationi a quibusdam habebatur, mandato Inquisitorum exhumatum, & combustum est. Eodem anno Primus Apamensis Episcopus, qui de Rege Franciae in multis locis multa contumeliosa disseminaverat, & conspirationem contra Regem provocabat, ad Regis Curiam evocatus, ut se de objectis purgaret, sub nomine Narbonensis Archiepiscopi. de voluntate sua, in custodia detinetur. Hoc auditio Papa Bonifacius Narbonensem Archidiaconum misit cum literis, unde indilate Episcopus sibi redderetur; quod Rex se nosset, Romano Pontifici tam in spiritualibus quam in temporalibus esse subjectum; revocans etiam gratias Regi fætas de Decimis & Praebendis vacantibus. Rex autem reddens Episcopum, Nantio mandavit, ut de Regno suo festinanter recederet. Consequenter, Rex congregans omnes Principes & Magistratus Regios, & Milites, & Praelatos, sciscitavit, a quo sua tenerent Feuda? Et quum omnes respondissent, a Rege Franciae, tunc ille promisit corpus & omnia sua pro libertate Regni conservanda exponere. Similiter & Barones promiserunt pro libertate Coronae. Tunc Rex preecepit, nullum thesaurum de Regno extrahi, & fecit passus diligentissime custodiari. MCCCII. Comes Valesii jussu Papæ de Tuscia in Siciliam profectus, Thermae Castrum in ditionem accepit. Atud Bruges propter illicitas exactiones ab Officiali Regio, nil valente reclamatione apud Regem, minutus Populus contra Majores insurgens, seditionem commovit. Ad hoc motus moderate corrigendos Rex Franciae sub Jacobo Sancti Pauli Comite mille viros in armis & amplius misit, qui a Brugensibus reveren-

verenter suscepti sunt. Sed informati A
Brugenses, quod prior Officialis Re-
gis se jaestasset, quamplurimos Brug-
ensium in crastino suspendi facere,
desperatione concepta enorme faci-
nus praesumserunt. Evasit tamen Of-
ficialis praedictus hic rabiei incen-
tor. Expulsa quoque gente Regis,
Gaidonem Namursii, Guidonis Co-
mitis Flandrenium filium, in suum
defensorem & Dominum vocaverunt.
Qui Theotonicorum vallatus multi-
tudine, eos ad debellandum fortius
animavit. Tunc missus est contra
eos Atrebatii Comes. Franci viden-
tes adversarios venire pedites, quasi
textores & mechanicos despiciunt, &
amoris suis pedibus absque belli or-
dine in eos irruentes, a lanceis Bru-
gensium primi euntes in morte coa-
eti sunt, ceteris turpiter fugientibus.
comes autem Atrebatensis a Guar-
diano Fratrum Minorum denudatus,
& triginta vulneribus consecutus in-
venitur, & in quadam proxima Cap-
pella Monialium sepelitur.

Eo tempore Praelati Regis Fran-
ciae consilium habentes, pro eo quod
ad Curiam vocati fuerant, Papae se
excusant, quia thesaurum opportu-
num non possent de Regno extrahe-
re. Episcopos tamen tres pro se mit-
tunt, ne possent de inobedientia re-
prehendi. Rex quoque Episcopum
Autissiodorensem mittit, rogans, ut
supercederet usque ad tempus magis
opportunum. Comes Valeshi tota ae-
state per Siciliam discurrens, anima-
lia quidem suae genti necessaria in-
venit, sed obvium sibi nullum repe-
rit. Audiens vero nova de Flandria,
suorum consilio ad ea quae sunt pa-
cis intendit, sub hac forma, ut sci-
licet Fridericus toto tempore vitae
suae Siciliam absque Regis nomine
possideret; & quidquid in Calabria

teneret, dimitteret, & Alienoridem
filiam Regis Caroli acciperet; &
quod ipse Carolus & Robertus Dux
Calabriae fideliter laborarent apud
Regem Aragoniae, quod jus Regni
Sardiniae, vel Comes de Brenna jus
Regni Cypri Friderico darent, con-
sentiente praedictis Romano Pontifi-
ce. Praelatis Franciae in Curia non
comparentibus, Bonifacius misit Car-
dinalem Johannem Monachi, qui ha-
bitum Praelatorum secretum consi-
lium Parisius scripsit Papae. Apud
Sanctum Adamarum in Flandria quin-
decim millia Flandrenium a Francis
caesa sunt. MCCCXXXIII. Rex Fran-
ciae Terram Guasconiae, quam diu
occupatam tenuerat, Regi Angliae
restituit, & firmata est pax inter
eos. Ipso tempore Rex Franciae con-
vocavit Barones & Praelatos Parisius,
ubi tractatum est de Rege Franciae
& Praelatorum gravaminibus, quae,
ut communiter dicebatur, Papa illi
inferre volebat. Ibi publice imposita
sunt Papae haeresis, simonia, homi-
cidium, & alia nefanda. Et fuit ap-
pellatum, donec Papa Concilium
congregaret. Sed Papa Concilium ad
sui purgationem fieri denegavit. Et
quia multos offenderat, Anagniam,
unde oriundus erat, se transtulit, u-
bi captus fuit. MCCCIV. Rex Fran-
ciae Papae Benedicti literas legi fe-
cit in Curia; quibus ipse & Regnum
suum absolvebatur ab excommunica-
tione, quae a Bonifacio credebatur
illata, & concedebantur sibi Deci-
mae duorum annorum. Tunc Rex
tertio ivit in Flandriam, cujus co-
pias juxta Montem Pabulam debe-
llavit, & Insulani depositis armis se
reddiderunt. Et ceteris Villis treu-
guis datis in Franciam rediit. Gui-
do Comes Flandriae, qui apud Com-
pendium diu detentus fuerat, & hoc
anno

anno in Castello Pontisarae cum tribus filiis Roberto, Guillielmo, & Guidone, Flaminicii moritur, & jussu Regis apud Minores tumulatur. Regina Franciae Johanna similiter moritur, & Parisius apud Minores sepelitur. MCCCV. Clemens confirmavit Regem Aragoniae in Regno Sardiniae, & ille juravit Papae fidelitatem pro dicto Regno, promittens sub juramento ascendere ad dictam Insulam de mense Septembri proximo futuro.

Particula IV. de Santo Ludovico.

IN praedicto MCCCV. XIV. Kalandas Septembribus, Rex Angliae de Scotis totaliter triumphans, eos privat Regia dignitate, & Scotiam Anglorum provinciam facit. Sequenti anno Scotti Regis dominium non ferentes, sibi Regem praeficiunt, contra quos Rex Angliae filium misit, & superatus est. Eodem anno Eduardus moritur senectute & armorum labore pressus, ita ut in lectica portaretur. Cui succedit Eduardus primogenitus, qui Isabellam filiam Regis de Regina Johanna accepit uxorem. Beatus Ludovicus de Ordine Minorum Episcopus Tolosanus ex hoc seculo migravit ad Christum. Hic admodum puer in aula paterna & Regia aetatem moribus transcendentis, nulli voluptati animum dedit; & quum fratres & socii puerilibus jocis intenderent, ille semotus vel orationibus, vel sacris meditationibus intendebat. Nil puerile agebat in opere. Quum vero ad annum XIV. pervenisset, pro patre in Catalonia obses fuit. Exinde semper adstiterunt ei viri religiosi de Ordine Minorum, a quibus bonae indolis adolescens sumvit legem vitae & disciplinae.

A Jamque puer fortitus animam bonam, magno animo suas suorumque portavit injurias, & multa humilitate sibi ac fratribus attentata opprobria toleravit. Factus annorum XVI. coepit esse mundi, siue contemtor. Speculabatur frequenter imagines & formas hominum mortuorum. ut amplius sibi mundus vilesceret. Tantum coepit * timore Altissimum, tantum Dei formidabat offendam, ut aliquando diceret, gratum sibi fore per Castri crepidinem detrahi, quia vita haec nullo modo est appetenda, in qua sumus inimici Dei, & frequenter eum offendimus, ad minus venialiter delinquendo. Servandae pudicitiae curam egit pervigilem & jejunii, vigiliis, & orationibus carnem cogebat servire spiritui Vigilias Domini; in pane jejunabat & aqua; ceteras Vigilias, & Adventum Domini, etiam quum necessitas suadet, & sociorum instantia hortaretur, nolebat absque communi saltu transire jejuno. Familiarem loquutionem non admittebat, nisi cuius sibi honestas, ac vita laudabilis nota esset; utque corporei nitoris testes haberet afflitos, tam sui quam camerae custodiā commisit continuam, vixque & raro Seculares admittebat personas. Onni die Missam audiebat devote, & in Missa volebat audire sermonem. In magnis praeципue Festis communicabat devote, & post Nonnam faciebat dici Letaniā cum cero accenso, & totam familiam convocabat. Tantis fulgebat exemplorum splendoribus, ut deputati ad ejus custodiā, ad Deum conversi, confiterentur peccata, dicerentque, quia Omnipotens in posterum ipsius meritis multa esset facturus miracula.

B

C

D

E

Licet autem in oratione esset assiduus, numquam tamen pro sua liberatio-

ratione orare voluit, nisi semel; idque sub conditione, videlicet, si animae ejus saluti congrueret. Post quam autem orationi vacaverat, ad lectio[n]em transibat. Ajebat enim, ab una ad alteram transeundum. Infra quinquennium Grammaticam, Logicam, Moralem Philosophiam, & quod majus est, Sacram Theologiam sic ebibit, memoriterque retinuit, ut erudit[us] Viri de fama scientiae ejus increduli, auditis colloquutionibus atque argutionibus & responcionibus ex ore ejus, sumtā experientiā, stupefacti recederent. Interea, ut funditus mundum relinqueret, disponit serio, & pertractat juri renuntiare principalis hereditatis & Regiae. Et tandem per votum expressum se Domino obligavit, quum liber foret, Ordinem intrare Minorum. Interim vero Pater illi per Confessorem suadet, ut conjugem accipiat sororem Regis Francorum, spondens illi continuo dare Provinciam. Perhorret ille virginali proposito continentiae suadelam, & in die sancto Pentecostes Cappellam solus introivit, & Votum perpetuae castitatis emisit. Quum autem ad annum XXI. pervenisset, libertate donatus, Narbonae Ordinem Fratrum Minorum introire voluit; sed non adiuit, qui recipiendi facultatem haberet. Invento autem in Monte Pessulano Provinciali Ministro, ad Ordinem recipi instanter petiit. Minister vero Regalem excellentiam offendere reformatans, pio ejus desiderio nequaquam annuit. Tunc juvenis Deo gratus, quod potuit, hoc fecit; Votum castitatis perpetuae in manibus iteravit ejusdem Ministri, promittens se ad intrandum Ordinem paratum & promptum, quandocumque eum Fratres recipere vellet. Et subintulit: *Quod meum est,*

A feci. Vos videritis, quid agere debeatis. Cupiebat tamen remoto loco ignotus esse, ut contemplationi ac humilitatis obsequiis liberius vacare posset. Cernens autem, quod taliter suum desiderium implere non poterat, elegit fieri de forte Domini, & militare Domino in ordine Clericali. Quum autem tonsurati debuit, genua flectens, & demissio capite, Psalmista dicebat versiculum: *Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Tu es, qui restitus hereditatem meam mibi.* Et hoc promebat tam dulciter, tam devote, ut nullus assisteret, qui non provocaretur ad fletum. In Nativitate Domini Romae in Cappella Papae Acolytatus humiliiter egit officium, ante altare sedens in medio Clericorum, non dignans humilem locum, illius amore, qui de regalibus sedibus descendit ad ima. Ipso die ad Sanctum Petrum in Missa Maiori cereum portavit humiliiter coram Summo Pontifice, non erubescens Cardinalem, & Praelatorum asperatum, non Cleri & Populi frequentiam, qui adstabant.

B Suscep[t]urus Ordines Sacros, ad partem locari non consensit, sed quasi unus ex turba, nullā voluit praerogativa pollere. Et factus Subdiaconus vasis aureis & argenteis uti noluit, nec variis pellibus griseisque. Sed nec alio animali, quam mulo vehi. Cappam quoque usque ad mortem portavit stamineam. Solicitus etiam erat de aliorum salute. In Catalonia enim multos baptizavit factusque eorum patrinus, eleemosynas illis sollicite ministrabat. Manu propria duos Judaeos baptizavit Neapolii. Factus autem Minor in Vigilia Nativitatis Domini, & de licei iā Summi Pontificis, continuo per fluviō lacrymarum, emissā professione,

C num-

numquam habitum, mantellum, vel cappam pretiosam admissit, licet ipsa die pronuntiatus fuit Episcopus Tolosanus, & sequenti Dominicā consecratus. Sed & pauperes dilexit, eosque visitare studuit, monuitque infimos, praecipue de animarum salute, & purā confessione peccatum. Semel procuravit ad se duci leprosum: & cum quanta potuit caritatis dulcedine, blande consolatus est, voluitque in suo lecto reponere, nisi aliqui obstatissent. In crastino vero eum fecit diligenter perquiri, sed inveniri non potuit. Vocatus ad comedionem, prius suspirabat mortalitatis & miseriae hujus statum, & aliquantis per orabat. Demum tredecim pauperibus devotissime serviebat. Post Episcopatum vero vigintiquinque aquam praebebat manibus, & panem scindebat flexis genibus, quasi Christum haberet praesentem; & ferculum primum suis manibus cum tanta caritatis ponebat dulcedine, ut saepe adstantes provocaret ad fletum. Licet enim in cunctis polleret virtutibus, honestas tamen, caritas, & humilitas in eo specialius resulgebant. Exemptionem enim suadentibus, id respondebat: *Beati Angeli non desiderant non subesse Archangelis.* Tamdem arduis urgentibus negotiis, ad Comitatum transit Provinciae. Quum ad Villam, quae Brigola dicitur, pervenisset, gravi, de qua decessit, infirmitate gravatus, puram suo more confessionem praemisit, patientissime infirmitatem sustinens; orationi continue deditus, requirebat saepius Crucem Christi, Missasque in camera audire volebat. Postremo putantibus medicis abesse periculum, ipse ait, extremum sibi imminere agonem. Et orationem illam: *Domine Deus Omnipotens, qui ad principium tuus dici &c.*

A saepius replicavit. Et converlus ad quendam fratrem ait: *Vos non creditis, quia mori debeam?* O tamen statim videbitis. Et ex tunc amplius loquutus non est. Sed tam dulciter & quiete emisit spiritum, ut vix hora adverti potuerit, quā exspiravit. Et factus est post mortem pulchrior quam ante infirmitatem fuerat; & adstantibus dormiens, non mortuus videbatur.

B Sanctissimum autem Corpus ejus, juxta quod decreverat, Massiliam deportatum est. Ibi quum agerentur exsequiae, in capite Chori cum habitu & mantello pulcro & laeta facie visus est a Senescalco Provinciae Milite veridico & celebri, & a Domino Roberto de Bauso Vicario Massiliae. Et dicto; *Requiescat in pace,* ille quidem disparuit, & Angelicis sociatus est choris. Post felicem vero transitum ejus, coepit continuo miris splendere miraculis. Inter cetera autem quindecim mortui rediere ad vitam. Venerabiles autem Archiepiscopi Arelatensis, & Ebredunensis, Aquensis, eorumque suffraganei, ac Cives Massiliae eadem ipsa seriosius explicantes, supplicaverunt devotā instantiā praefato Summo Pontifici, qui sanctitatis vitae ipsius non erat ignarus, ut eum, quem Deus tantis & tam continuis clarificabat miraculis, Sanctorum catalogo dignaretur adscribere. Sed quia in iis Romana Sedes cum multa maturitate procedit, & Summus Pontifex ante exactae disquisitionis indaginem vitā funditus est, iidem Praelati, Civesque Massiliae successori ipsius Clementi V. per solemnes Nuntios porrexerunt supplicationem eamdem, multiplicata ajentes miracula, & testimonia sanctitatis. Iis perceptis Summus Pontifex solitā in hisce maturitate procedens

cedens, Guidoni Zantonensi, & Raymundo Lacconiensi Episcopis, egregiis ac literatis viris, de Fratrum suorum consilio per Apostolica scripta mandavit, ut de vitae ipsius meritis veritate diligentius inquisitâ, quidquid super iis invenire contigerit, scriptum fideliter, & sub ipsorum sigillo, per certos & idoneos auctrios delegarent. Ipsi vero ad complenda mandata Massiliam personaliter accedentes, quae denuntiata fuerunt Summo Pontifici tam de miraculis quam de vitae sanctitate per testes plurimos ac fide dignos vera fore reperiunt, & juxta formam mandati sub propriis transmittunt sigillis. Tunc Summus Pontifex transmissam inquisitionem nonnullis Cardinalibus discutiendam commisit; & ex luce hac, pendente discussione, migravit. Post hunc Johannes Papa XXII. Ecclesiae praefuit. Hic Magister Sancti Ludovici non medico tempore fuit. Hic ex continua conversatione cum eo, & de sanctitate ipsius certior erat, puta qui ejus gesta & acta & vidi oculis, & manibus contrectavit. Ideoque coepit securius ad debitum finem deduxit, & inquisitionem praefatam examinari fecit per plures Dominos Cardinales. Quâ tandem & a cunctis Cardinalibus approbatâ, idem Summus Pontifex de Fratrum suorum consilio, & omnium Praelatorum, qui tunc erant in Curia, communis assensu, canonizandum decrevit; & miris, quae longum foret enarrare, solemnis, Sanctorum adscriptis catalogo, Anno Domini MCCCXVII. Idibus Aprilis, Pontificatus sui anno primo, in Civitate Avinione, ubi tunc Romana Curia residebat, praecipiens festum ejus XIV. Kalendas Septembres a cunctis fidibus devote & fideliter celebri; ipsa die visitantibus ejus

A Sepulerum dans Indulgentiam duorum annorum, & duarum quadragenarum. Infra octavam autem unum annum & dies quadraginta. Anno quoque Domini MCCCXIX. Idibus Novembris, idem Summus Pontifex ad Translationem ipsius misit sex Cardinales, & in praesentia Regis Hierusalem atque Siciliae, germani ejus ac Regiane, multorum Praelatorum ac Baronum, concurrente etiam Cleri ac Populi mirâ multitudine, cum miris solemnis, & reverentiâ multâ, Corpus de terra levatum est, & in argenteo & ornato sarcophago super Altare reconditum in Ecclesia sumtuoso opere ad ipsius dedicata honorem; ubi mirabilis Deus in Sanctis suis stupenda miracula operatur. Nam per ipsius invocationem & merita votis emissis a propinquis & notis, quindecim verè mortui rediere ad vitam. Multa quidem & alia exstant miracula, quae juxta morem gratiâ brevitatis in hoc Libro scripta non sunt. Nam circa viginti variis legi infirmitatibus liberatos, & totidem juxta Notarium haberi, & in quinternis alios ultra ducentos. Quae omnia manu publica scripta & diligenter examinata de mandato Massiliensis Episcopi, ab iis dumtaxat exposta, qui & oculis viderunt, & manibus contrectaverunt, & firmata sunt praestito sacramento.

E Particula V. de ceteris contingentibus.

A Nno MCCCVI. in festo Magdalena fuerunt capti omnes Iudei & expulsi, confiscatis eorum bonis in Regno Franciae. Eodem anno Hospitalarii invaserunt Insulam Rhodi, & habuerunt eam. MCCCVII. Templarii Fratres subito in toto Regno Franciae capti sunt, & tandem depositi in sequenti Concilio Generali.

D d d

CAP.

CAP. CCXXXVIII.

De Imperio Henrici VII.

Cujus Particula I. de gestis ejus.

Henricus ex Comitibus de Lumburch, operibus quam opibus memorabilior, in festo Sanctae Catharinae electus, & in sequenti Epiphania Aquisgrani coronatus, sequenti Anno, idest MCCCIX. ad Papam Clementem misit Nuntios tres Comites & duos Archiepiscopos, petens coronationem Imperii. Qui mense Aprili confirmavit electum; tempus coronationis assignans post biennium, festum Purificationis Virginis. Hic strenuus in agendis, & acris in hostes, pacatis usque ad Oceanum Alamanniae finibus, primogenito in Regno Bohemiae coronato, quia Romanum tunc vacabat Imperium, Carinthiae Duce submoto, ad partes Italiae divisione concusas venire disponit, pollicentibus subsidia non paucis, qui a concivibus in Lombardia ac Tuscia pulsi erant. Igitur praemissis Episcopis ac Legatis, ut Populorum favorem sibi conciliet, denuntians in pace decentibus, se eorum laudabiles approbare mores, invidiam passis restitutionem, universis pacem, Alpes transgressus, Italiam adiit. Circurrerunt autem Taurini ingresso ex Lombardia & Tuscia complures. Inde Astem properat, & cunctos pacificans, Vicarium instituit. Coeperrunt oppressi sperare remedia; qui concives pepulerant, novitatibus deterreri. Quorum Philippus Papiae Comes, Simon de Colubrano Vercellarum, & Antonius de Fisiraga Laudi, Rectores, paribus votis statum Urbium, salutem civibus suadere conati, in reliquias obtainendas partes auxilia Caesari promisere. Quibus

A Rex, eorumque Populis pacem pollicitus, jussit, aequo animo esse ac bene sperare. Consequenter Albuini & Canis de Scala Nuntii, deinde Pisani grandia obtulerunt. Interea Gallis, Germanis, Italique ad Caesarem confluentibus, Guido de la Turre Mediolani Praepositus, milites intus districtus sui fines continuit, & munitionum ac Urbis vigilem curram egit, veritus ne partiales Maphaei de Vicecomitibus contra se molirentur. Uno mense hinc Rex Urbis commotionem exspectat. Inde Guido instabilem fidebat regere exercitum, & Lombardiae ac Tusciae praestolatur auxilia. Deinde Rex Guidoni appropiat, ut illi fiat formidini factionis audaciâ, & Guidonem interpellans, ut regalibus jussis obtemperet, Vercellas introivit. Annuit Guido. Auxit vero tam validè Mediolani deditio Regis famam, ut omnis Lombardia, Alexandriâ demtâ, fidelitatis juramenta praestiterit. Bononia vero ad rebellionem se preparat. Padua in proposito mente vacillat. Tunc Caesar MCCCXI. Mediolani in festo Epiphaniae a Dioecesano unam suscepit de Coronis Imperii; quod Modoëtia aegre tulit, ubi id fieri consuevit. Parvo post tempore, dum cuncta pacata videntur, gravis emerit turbatio. Quum enim in Regis adulationem hinc Guido, inde Maphaeus, majorem suaderet regio Fisco contributionem fieri, centum millium Florenorum summa taxata est. Quo auditio coepit Populus palam Regi detrahere, servitutem afferens se commutasse, non evasisse, & Theutonicorum importabilem esse furorem. Et dum acrius colligenda instatur pecuniae, in Praetorii Forum ad arma clamantis vox audita, universam faciliter commovit Urbem. Tunc

Tunc Caesaris Principes profligare cum suis, quorum nonnulli ad Turrianorum loca, quasi magis suspecta, occurrentes, triginta hastatos reperiunt, qui concursum Regiorum equitum, licet prius viatores, quum ferre non possent, in fugam conversi sunt. Junxit exinde Theutonicis Galeaz Maphaei filius, & saevit in hostes. His cognitis proelia ubique revixere & dissidia. Crema & Cremona pulsis Vicariis excusare jugum. Regimi expulere fautores Imperii. Madii Brixiae paulo ante dominatores in Thebaldum de Brusatis & suos paulo ante Imperatorio jussu receptos insurgunt, atque succumbunt. In Parma Rubei per Caesarem introduci cum Giberio de Corrigia initam pacem scangentes, vici Urbe diffugunt.

Talibus eventis stupefactus Caesar, post deliberata consilia, ut Regii corripiantur domestici, Mediolanensem reconciliatio fiat, commotionum harum caussae dulciter perquirantur, pecuniarum moderentur exactiones, vocatis familiaribus suis, ait: *Deum obtestor, commilitones, necessarii, atque propinquai, quia multa me honorum ac temporalium rerum affectio ad hos turbines commotionum adducit. Deum sursum clementem, Populum deorsum intueror. His ducibus vehor. Eurum de proximi cura & dilectione mandatis adstringor. Quis, oro, proximus meus est? Germanus, vel Gallus, Longobardus, vel Tuscus, cui hunc singularem impendam affectum? Prob nefas! ad quid veni? Num incensur sebismatum antiquorum. Si quos vestrum delectant talia, retrorsum abite, aut..... saevire auctoribus, non me principe vel auctore. En Italia diu talibus concussa vulneribus justa indignatione hujus refugii..... quaque monente natura, perniciose devitent. Post haec*

missi ad reconciliandam Cremonam audiunt Populum inediâ afflictum, impotentem ad gravem contributio- nem; Theutones datâ licentiâ in Latinos saevire; Vicarios instiui Gibellinos, ut Guelfum abradant; proinde amicorum communicato nolunt respondere consilio. Interea Legati Januensium subjectionem professi, ad coronationis conductum propriis summis navigia spendor. Amadeus Sabaudiae Comes Cremonensium populationem indixit, & Cataraeos ut Imperii rebelles damnavit. Laudi au- tem Civitate Caesari tradita, omnis Cremonensium virtus periit, & Caesari Civitas data est. Brixenses pre- pter praeteritos contemtus, abjecta reconciliationis spe, segetes & quae- que viridia colligunt, imbelles ab- jiciunt, pro defensione cuncta dispen- sount. Interea Caesar suae coronatio- nis dilationem accepit, & Paduae Nuntii Civitatem Caesari subjiciunt. Legati Caesaris Venetiis, nulla quae- sita fidelitate, solam petunt navigia copiam, si necesse fuerit, ad corona- tionis progressum. Eisdem Legatis subjiciuntur postea Tarvisini. Et Bri- xia Caesari post varia bellorum & cladum hinc inde tormenta, media- tore Cardinale Domino Luca de Fli- sco, tradita est. Placentia Vicarium ejus suscipit, Alberto Scoto repulso. Audiens vero Imperator factiones & rebelliones multiplices Lombardorum, Guarnerium de Hoembruch fecit Prae- sidem Lombardiae, ut emergentia hujus coerceret. Sed vix cum centum intra Placentiam receptus, audit, Guelfos per Vicarios ubique gravari, & hoc impatientiae caussam esse, & hac quasi repulsa, Guarnerius redit. Tunc illustissima Regina Margarita defuncta est, & sepulta in loco Mi- norum Januae, MCCCXI. in festo

Sanctae Luciae. Venerunt deinde Pisanorum Legati quasi ad Augusti solarium plurima pollicentes. Venit & Rizardus Gambatesa Secretarius Regis Roberti, & magnorum Principum ambitione introductus est. Paucis tractatus innotuit, & infecto negotio redit Nantius. Caesar vero Comitem de Sabaudia ad Urbem mittit, qui per Columnenses introducetus, Lateranum consernit. Tunc Urbs in varia vota divisa ubique patetabat discrimini. Admiratus etiam Friderici Regis aliqua tractaturus advenit, post paucos dies reversus Siciliam. Florentia cum suis complicibus, similiterque Bononia, Deganum Marescalcum Regis Roberti cum militum praesidio venientem fulciunt; & jam minuuntur Caesaris opes. Jam gravati Januenses contributione sexaginta millium aureorum publice clamabant. Proinde mittit fidelibus suis Pisaniis, ut in tantis necessitatibus mittant praesidia. Paduani iis auditis, a muris pietas Aquilas detraxerunt.

Post haec egressus Januâ Caesar, in portum Veneris quasi diebus XL. perstitit tempestate subortâ. Inde Pisias profectus, nullo strepitu, Romanorum tantum factionibus confusus, per Plumbinum ac maritimam Viterbiuum petiit. Exinde a Clero & Romanorum parte Romae suscepimus, in Lateranense Palatum introductus est. Et post convivium quasi familiare, evocatis Nobilibus ait: *Quid me, o Quirites, hic attraxit? Amor certe Romani extollendi Imperii; cuius paene defectione Romanus mundo, quasi barbarus, sit ignotus. Quid frequenter litteras? quid nuntii celebres tories petiere? nisi ut meum carum vistem Se natum, Populumque Romanum. Venio ne violentus invisor?* A Clemente Papa

A missus, tres Cardinales testes addico. Frustra ne ergo missus adsum? Vocatus adveni. Sciam proinde in hujus caritate convivii, quae vos vota allicuerunt; quibus vobis fulcentibus adjuver, id edat optio singulorum. Tunc Stephanus de Columna se, suos & sua despontit. Nicolaus de Milite, Militiae decus a Carolo se suscepisse ait, protestans sui esse propositi, ejus posteris nullatenus adversari. Anibaldus de Anibaldis, & Johannes de Sabel lis, & Thealdus de Campo Floris, se obtulerunt contra omnes, Caesari parituros, suae cognationis viris dum taxat exceptis. Erant enim Ursinorum affines. Qam conditionem Caesar aegre tamdem admisit, & in scriptis redigi imperavit. Et Stephanum quidem, datis obsidibus, liberum abire permisit, ceteros retineri jussit, & fortilitia reddi. Hinc insultus oriuntur, vulnerationes, & caedes; privata quoque odia publice deteguntur. Vincunt primo Caesaris partes, postea dilabuntur. Et crescente Ursinæ famâ victoriae, fautores Caesaris subtrahuntur. Admiratus quoque Regis Roberti vocatos a Caesare Pisanos balistarios invasit, fuditque incertos. His Caesar agitatus angustiis, soli expedienda coronationi intentus in Laterano, quum in Ecclesia Apostolorum Petri & Pauli non posset, aureum diadema suscepit. Arctatus deinde vietualium & pecuniarum inopiam, & Romano ob quaestam contributionem turbato Populo, Tibur Caesar abiit, relieto cum Columnenibus in Urbe CCCC. militum manipulo. Ad Johannem autem Regis Roberti germanum undique milites confluerebant; donec Papalibus re scriptis tam Caesaris, quam Regis Roberti copiae pelluntur ab Urbe. Post haec Caesar fortunam in mari expe-

experiri coxatur, visus per nuntios tractare varia, & plurima polliceri. Et profectus usque Orgiam fluvium, peracti coenā in fluvii ripam conſcendens, tinctis ob refrigerationem in aqua cruribus, subeuntem ſenſit languorem. Et compertā ſub dexteri cruris genu puſtulā, quae Antras ve- catur noctem duxit inſomnem, & dato mane ſigno tollendorum caſtro- rum, Bonconventum properat, pa- gum XII. milliariis a Sena diſtan- tem, ibique viam universae carniſ ingressus eſt, Regni ſui anno V. Imperii autem anno primo, mense uno, & diebus XXIV. in festo Beati Bar- tholomei. Quo die Conradinus a Carolo ſuperatus eſt.

Particula II. de quibusdam con- tingentibus.


MCCCVIII. captus eſt Dulcinus Haereſiarcha de Novaria, & Margarita Tridentina, & alii circa CL. Mortui autem fuerunt in mon- tibus & feſtatoribus ejus, frigore, fame, & gladio ultra CCCC., qui libertatis ſpiritum praedicabant. Mar- garita autem praedicta ante Dulci- num in fruſta concifa eſt, confors ejus in ſcelere & errore. Poſtea ipſe cum multis aliis ultimo pariter com- buſtus. MCCCIX. Clemens V. mag- num proceſſum fecit contra Vene- tos, quia Ferrariam Urbem Eccleſiae indebitē occupaverant. Eodem anno Carolus H. Rex Siciliae moritur V. die Maji, cui ſucceſſit Robertus fi- lius, coronatus apud Avignonem pri- mā Dominicā ſequentis Auguſti. M- CCCIX. Soldanus Aegypti claudus de mense Martii ad Cratum cum gente & familiā ſua iuit, & Bibar- ſimcher abſtuliffe ſibi videbatur do- minium Cayri & Babylonis. Hic nom..... de ſchismate Saraceno-

A rum, qui poſt caedem plurium Sol- danorum factus eſt iſte claudus, ut diectum eſt. Et poſt eum quatuor e- rant potentes viri valde, quorum duo principaliores Naboifer, & Bibarſim- cher ſe muſuo oderant; tertius voca- batur Merencandal, cui duo primi in- videbant, oderuntqſe. Hic ſe ac Sol- danum ab eis cavere quantum po- terant, perſuadebat. Quartus vero di- eſtus Camelmuſ exitum rei tacitus conſiderabat. Ceteri vero Admirandi atque Officiales, quantum poterant, de Fisco regio rapiebant. Duo au- tem praediſti Alaboifer, & Bibar- ſimcher, licet invicem diſſiderent, adverſus tamen Merencandal non mul- to poſt conſpiraverunt, eorumque fa- ctione non ſolum de Curia, verum etiam de toto Aegypto pulſus eſt cum gente ſua; pulſus vero ad par- tes Safeti Ptolemaidis, & Caſtri Pe- regrinorum ſe contulit, obtinuitque dominium regionis. Quibus gestis anno praenotato Soldanus in Carach fortalitio ſe tutavit. Sequenti vero anno, ideſt MCCCIX. & mense A- prili ad Cayrum & Babyloniam re- diens, quaſi cunctos Admirandos, potentes & veteres deſtruxit, novo- que inſtituit. Interfecit enim Bibar- ſimcher, Naboifer, Merencandal, & Camelmuſ, & etiam Sandamor, qui fuit Georgianus, & diu circa Tripoli- lim dominium viriliter tenuit. Ca- rasanchor quoque Christianus fuit di- ves valde & potens, qui dominaba- tur in Contrata Antiochiae & Semi, qui fratrem Soldani interfece- rat. Se- raph praediſum Soldanum claudum timens, Euphratem transire, & cum theſauris ſuis ad Tartaros fugere coa-etus eſt, & induxit Carpendam, ut contra duo Caſtra Soldani ſuper Eu- phratem ſita veniret MCCCXIII. quorum unum vocatur Eberachembe,

alte-

alterum Elcyere. Sunt autem ipsa Castra in confinio Tartarorum ultra Euphratrem. Promiserat enim Carasanchor de Castellanis & habitatoribus Castrorum confidens, quod cito & leviter Tartaris traderentur; sed irritatis Castellanis & ceteris per Soldanum, promissum implere non potuit. Et fuisse dicuntur in illo exercitu ultra M..... bestiarum cabal linearum. Post mensem autem obsidionis propter defectum herbarici, & quia morbus vulgariter dictus Pedana, equos invaserat; & quia Soldanus cum magno exercitu in Damasco venerat, habitâ deliberatione Carpendas ad deducendum aestivum tempus ad Contratam Baldacensem transiit, misitque ad fratrem suum Henregi, qui sua concessione in Turchia dominabatur, veniebatque ejus iussu contra Soldanum, ut rediret & ipse.

MCCCX. in festo Assumptionis Hospitalarii ceperunt Civitatem Rhodi, caput totius Insulae. MCCCXIV. in Kalendis Martii, fere per duas horas ante auroram impressio heic depicta apparuit in aere, sicut ipse vidi.



A Et apparuerunt tres Lunae Cruce signatae. Eadem impressio in ortu Solis apparuit circa ipsum. MCCCXIX. Papa Johannes legit in Consistorio cum magno favore literas sibi missas infra scripti tenoris: quia videlicet Religiosi viri de Ordine Minorum atque Praedicatorum missi pro praedicanda fide infidelibus usque Ormuse, quum nil ibi proficerent, ad Indianum transire cupiunt in Columbum, & quum pervenissent ad Insulam, quae Dyo vocabatur, Fratres de Ordine Minorum a ceteris tam Praedicatoribus quam secularibus Christianis divisi ad aliam Terram profecti sunt, quae Thana vocatur, ut inde in Columbum transirent. Erat autem in loco unus Saracenus de Alexandria Iusufus nomine, qui accessit ad Melichum, idest ad Rectorem Terrae, & induxit, ut inquireret, quomodo. & ad quid venisset. Ille accersitos interrogat: *Qui res homines nuncupamini?* Illi se Francos esse responderunt, sanctae paupertatis amatores, ad Sanctum Thomam profici sci cupientes. Tunc de fide interrogati. se veros Christianos afferunt; & de fide Christi cum sancto fervore multa dixerunt. Quum vero a Melicho licentiati essent, praefatus Iusufus usque tertio Melichum induxit, ut eos caperet & detineret. Tamdem congregati sunt Melicus, & Cadi, & Populus Terrae tam Saraceni quam Pagani, & Idololatriæ, & interrogaverunt Fratres: quomodo Christus, quem dicitis filium Virginis, potest esse filius Dei, quum Deus uxorum non habeat? Illi de generatione divina plura dixerunt, exempla de radiis solis, de arboribus, de germine terrae, ita ut infideles resistere non valerent spiritui, qui loquebatur in eis. Sed accenderunt ignem copio-

copiosum Saraceni, & dixerunt: *Vos afferitis Legem vestram meliorem Lege Mahumeti. Si verum est, ignem intrate, & Miraculo, quod dicitis comprobate.* Fratres responderunt, quod pro honore Christi libenter id agerent. Et accedens Frater Thomas, primus intrare voluit, sed contradixerunt Saraceni, eo quod ceteris senior videbatur. Tunc junior accessit Frater Jacobus de Padua, novus athleta Christi, & incunctanter ignem intravit, & usque ad ignis poene consumtionem in eo permanxit laetabundus & laudans, absque ulla capilli vel pili tunicae adustione. Videntes autem qui adstabant, alta voce clamabant: *Verè isti homines boni & sancti sunt.* Cadi vero tam praeclarum miraculum inficiari volens, ait: *Nor est, ut creditis, sed vestimenta ejus de terra fuerunt Aben..... magni amici Dei, qui in igne positus Chaldaeo laedi non potuit. Ideo iste in igne illaeus manxit.* Tunc exscoliaverunt innocentem juvenem, & totus nudus sicut de matre natus fuerat, a quatuor viris in ignem projectus est. Ille vero innocue ignem sustinuit, & cum gaudio de igne illaeus exivit. Tunc Melichus eos libertati restituit, ut secundum voluntatem suam abirent. Cadi vero & praedictus Isufus, iniquitate pleni, scientes eos in domo cujusdam Christiani receptatos, Melico ajunt: *Quid agis? cur Christicolas hos non interficias?* Ille respondit; *Quia nullam causam mortis invenio in eis.* Illi vero ajunt: *Si eos dimiseris, omnes credent in Christum, & Lex Mahumeti totaliter destruetur.* Melichus iterum ait: *Quid*

A vultis, ut faciam, quum causam mortis nullam inveniam? Illi vero dixerunt: *Sanguis eorum super nos.* Dicitur enim, quod qui non potest peregrinari ad Meham, si unum interficere Christianum, ita plenam obtinet veniam peccatorum, ac si Meham praesentialiter visitasset. Nocte igitur sequentes tres praedicti Melichus, Cadi, Isufus, miserunt satellites, qui tres Fratres Thomam, Jacobum, & Demetrium cum palma martyrii ad caeli gaudia transmiserunt. Postmodum vero Fratrem Petrum in loco alio existentem sibi praesentari fecerunt; & quum firmus in Christi Fide persistaret, duobus diebus eum diris martyriis affixerunt, & tertiam die capitis obtruncatione complevit martyrium. Audientes vero socii Praedicatorum & alii, ad partes occidas hoc scripserunt, lugubri lamentatione querentes, quod a Sanctorum Martyrum societate disjuncti fuerant, & quod recuperandis Martyrum Reliquiis devote intenderent. MCCCXX. congregatio multorum facta est valde periculosa in Gallicanis partibus, qui *Pastorelli* vocabantur. Ii omnis superioris potestatis jugum excusserant; ut necessitatibus suis consulerent & avaritiae, Judaeorum bona capiebant, si baptizari nolebant, & eis mortem inferebant. Locis & Castris, per quae transibant, violentias inferebant & damna, maxime in bonis Clericorum. Contra hos & fautores eorum, Camerarius Domini Papae per religiosos mandavit praedicationes fieri. Cito autem incomposita & agrestis illa multitudo evanuit.

B**C****D****E**

ELENCHUS

TOMI UNDECIMI.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA PRIMA.

De origine, & progressu in Italia Gibellinae & Guelphae Factionum. Pag. 9.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SECUNDA.

De Regino, ac divisione Nobilium & Plebis in Civitatibus Liberis Italiae. 93.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA TERTIA.

De Institutione Militum, quos Cavalieri appellamus, & de Insigniis, quae nunc Arme vocantur. 141.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA QUARTA.

De Principib[us], aut Tyrannis Italiae. 177.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA QUINTA.

De Reprefaliis. 249.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEXTA.

De Religione Christianorum per Italiam post Annum Christianae Epochae quingentesimum. 281.

DISSERTATIO QUINQUAGESIMA SEPTIMA.

De Ritibus Ambrosianae Ecclesiae. 401.

Beroldi Mediolanensis Ordo & Ceremoniae Ecclesiae Ambrosianae circiter Annum MCXXX. 453.

Breve Chronicon Regum Langobardorum, & Augustorum Francic[orum] Generis ab Anno Christi DLXVIII. usque ad Annum DCCGLXXIII. ex Manuscripto Codice Patavino. 613.

Excerpta ex Chronico Jordani ab Anno circiter DCCCCL. usque ad MCCCXX. Primū prodierunt in Editio[n]e Mediolanensi ex Manuscripto Codice Bibliothecae Vaticanae. 621.

